1ª
3900

LIRA
BIBLIA
SACRA

5

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

1ª
3900

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Saliabor, cum apparuerit g...

# BIBLIA SACRA

## CVM GLOSSA INTERLINEARI. ORDINARIA,

Et Nicolai Lyrani Poſtilla, eiuſdemque Moralitatibus, Burgenſis Additionibus, & Thoringi Replicis.

### TOMVS QVINTVS.

Continet Libros Matthæi, Marci, Lucæ, & Iohannis.

*Omnia ad Hebræorum & Græcorum fidem ſuo nitori reſtituta, & varijs ſcholijs illuſtrata: Nuperrimè poſt omnes editiones accuratiſſimè recognita:*

In qua prœterea ſummo labore, peruigilíq; cura cautum eſt, ut ſacrę ſcripturę allegationes ueris numeris annotarentur, in librorumq; marginibus ad maius ſtudentium commodum reponerentur.




Donavit Illus. mus D. D. Calderon de la Barca Salmantino PP. Cle. S. Caietani.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

VENETIIS, MDLXXXVIII.

... D. Blasio Reynado ...

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

# A INCIPIT PRAEFATIO NIC. DE LYRA C
## ordinis minorum in quatuor euangeliſtas.

Ezech. 1. b
Super Ezechi. p. 1. home. 1.

QVatuor facies uni, Ezech. 1. Secundum quod ſcribit beatus Gregorius. Quia per faciem unuſquiſque cognoſcitur, recte per faciem noticia deſignatur: Lex autem ſeu doctrina euangelica licet ſit una, quia ab unigenito filio Dei data & ad unum finem ordinata, ut uidebitur inferius: tamen quadruplici noticia excellit omnem aliam legem datam humanam & diuinam. & ideo bene de ipſa dicitur: Quatuor facies uni. Ad cuius euidentiam aduertendum, quòd cuiuſlibet legis conuenienter datæ, ſunt quatuor conditiones. Legis enim proprium eſt uitia extirpare: Mores ſeu actus hominum ordinare. Inducere ad fælicitatem, ac plane & lucidè tradere ueritatem. In his autem quatuor conditionibus lex ſeu doctrina euangelica excellit omnem aliam legem diuinam & humanam, ut patebit diſcurrendo per ſingula.

Conditiones legis cuiuſcunque quatuor
Euangelica lex omnes alias leges excellit.

Prima igitur conditio legis eſt, quòd debet uitia extirpare. Ad hoc enim leges ſunt datæ, ut quos priuata caſtigatio cohibere non potuit, metu pœnarum, quæ legibus infliguntur, a maleficijs retrahantur. Propter quod dicit Apoſtolus. Lex iuſto non eſt poſita, ſed iniuſtis, & non ſubditis, impijs, & peccatoribus, ſceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis, homicidis & fornicarijs, maſculorum concubitoribus, plagiarijs, mendacibus & periuris: & ſi quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur.

1. ad Timo. 1. b

Lex humana defectiua eſt

In hac autem extirpatione uitiorum lex humana inuenitur defectiua, quia non poteſt prohibere omnia mala. Cuius ratio eſt, quia lex communitati præponitur obſeruanda. In communitate autem pauci inueniuntur virtuoſi & perfecti & plures imperfecti & defectuoſi. & ideo ſicut pueris aliquando permittuntur quæ non permitterentur uiris perfectis, ita in legibus, quæ communitati ſeruandæ imponuntur, aliqua mala minora permittuntur vt maiora euitentur. Sicut lex ciuilis meretrices in ciuitatibus permittit, ne reſpublica propter interfectionem multitudinis, quę caſtitatem obſeruare non poteſt, diſſenſionibus, quæ propter libidinem inſurgerent, conturbetur. vnde dicit Augu. Aufer meretrices a ciuitatibus, & omnia conturbabis libidinibus. Veruntamen iſta mala quæ bono modo auferre non poteſt, relinquit diuino iudicio punienda. Vnde dicit Auguſt. Lex iſta, quæ regendis ciuitatibus fertur, multa concedit atque impunita relinquit, quæ per diuinam prouidentiam vindicantur.

Lib. 1. de ord. tom. 1.
1. de lib. arbit. tom. 1.

B

Lex Moſaica defectiua eſt
Deut. 24. a.
Deut. 23 d.

Similiter lex Moſaica diuinitus data aliqua mala permittit, ſicut permiſit dare libellum repudij, vt habetur Deuter. ne uiri uxores interficerent: Et tradere ad uſuram extraneis, ne fratres proprios grauarent, vt habetur Deuter. Cuius ratio fuit, quia lex illa fuit data populo rudi duræ ceruicis & imperfecto. ideo ſunt eis permiſſa aliqua mala minora, vt euitentur maiora. Propter quod Saluator dicit Iudæis de permiſſione libelli repudij: Ad duriciam cordis ueſtri permiſit uobis Moyſes dimittere vxores ueſtras.

Matt. 19. a

Sic igitur patet, quòd tam lex humana quam Moſaica permittit aliqua mala: & ſic quantum ad hoc eſt imperfecta. Sed lex euangelica nullum malum permittit tanquam perfectiſſima, ſed omnia excludit & punienda prædicit. propter quod legiſlator euangelicus Ieſus Criſtus dicit. Dico autem uobis, quòd de omni uerbo ocioſo, quod locuti fuerint homines ſuper terram, reddent rationem in die iudicij. ſi de omni uerbo ocioſo, multo magis de nociuo. Et ſi de uerbo, multo magis de facto. & ſic patet primum, videlicet, quòd lex euangelica præcellit omnem aliam legem in extirpatione malorum.

Mat. 12. e

Secunda conditio
2. Ethi. c. 3.

Secundo ad legem pertinet mores ſeu actus humanos ad bonum ordinare. unde dicit philoſophus. Intentio cuiuſlibet legiſlatoris eſt ciues facere bonos. In hoc quoque inuenitur lex humana defectiua, quia homo non poteſt de ſecretis cordium iudicare: & ideo non poteſt lex humana niſi de actibus exterioribus ordinare. unde dicitur. 1. Reg. Homo uidet ea, quæ patent, Deus autem intuetur cor. & ideo ad legem diuinam ſolam pertinet actus interiores ordinare.

1. Re. 16. b

Lex uetus prohibebat manum non animum, dupliciter intelligitur

Sed & lex Moſaica inuenitur in hoc defectiua. propter quod dicitur a doctoribus antiquis, quòd lex uetus prohibebat manum, non animum: vt habetur in glo. ſuper epiſtolam ad Phil. iij. ca. Quod dupliciter intelligi poteſt. Vno modo erronee, & ſic intelligebant doctores Iudæorum, dicentes uoluntatem malam non eſſe peccatum niſi aliquo modo exeat in actum, ut patet per Ioſephum. xiij. libro antiquitatum. Et quando arguebatur contra eos, quia ſcriptum eſt. Non concupiſces uxorem proximi tui. Reſpondebant ſic, quòd hoc præcepto non prohibetur concupiſcentia interior, ſed manifeſtatio exterior, quaſi dicat. Non concupiſces, id eſt ſigna concupiſcentiæ non facies, vt amplexus & oſcula uel conſimilia. Sed hoc manifeſte patet falſum, quia actus exterior non habet maliciam uel bonitatem moralem, niſi inquantum procedit ab actu interiori: quia peccatum intantum eſt peccatum, inquantum eſt voluntarium: quòd ſi non uoluntarium, non eſt peccatum.

Exo. 20. c

Alio modo intelligitur prædictum uerbum, ſcilicet quod lex uetus prohibebat manum non animum, ſane & bene, videlicet quòd lex uetus in paucis prohibebat animum ſeu concupiſcentiam interiorem, uidelicet in uitio mœchiæ & auaritiæ tantum: Et adhuc licet prohiberet in illis concupiſcentia, non tamen tranſgreſſoribus infligebat aliquam pœnam. & ideo in talibus inuenitur imperfecta Lex autem euangelica tanquam perfectiſſima generaliter prohibet concupiſcentiam malam: & concupiſcentibus indicit pœnam infligendam. propter quod Saluator dicit: Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non occides. qui autem occiderit, reus erit iudicio. & eodem modo dicit in alijs præceptis. Ex quo patet quòd lex euangelica non ſolum ordinat actus exteriores ſed generaliter actus interiores: & ſic patet ſcd'm

Matt. 5. c

Tertia conditio

Tertio dico q̄ ad legem pertinet ad fælicitatem hoı̄es inducere. Veruntamen lex humana non inducit niſi ad fælicitatē politicam q̄ eſt tranquillus & pacificus ſtatus ciuitatis in uita iſta mortali. Homo autem ſcd'm intellectum, qui eſt pars principalior hoı̄s, immortalis eſt, vt dicitur. x. Ethi. & iō oportet aliam fælicitatem extra uitā iſtam aſſignare. Ad hanc aūt lex diuina ordinat quod non pōt facere lex humana. Per hoc. n. neceſſitas ſacræ doctrinæ ab oı̄bus doctoribus aſſignatur, quia homo ad quandam beatitudinem ſupernaturalem ordinatur: ad quam per legem ſibi diuinitus reuelatam dirigitur. Veruntamen & in hoc lex Moſaica inuenitur defectiua, quia beatitudo ſupernaturalis non habetur niſi per gratiam, ſecundum quod dicitur. Gratia Dei uita æterna. Hanc autem gratiam lex Moſaica non dabat, ſed tantum ad ipſam diſponebat. propter hoc dicitur. Nihil enim ad perfectum adduxit lex: Sed hanc perfectionem a Chriſto dandam expectabat, ſecundum quod ſcribitur. Lex per Moyſen data eſt, gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. propter quod Saluator in principio euangelicæ legis dicit. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum: & ſic patet tertium.

Rom. 6. d
Heb. 7. e
Ioan. 1. b
Matt. 3. a

Quarta conditio

Quarto ad legem pertinet ueritatem plane ac lucide tradere. Cuius ratio eſt: quia lex proponitur multitudini intelligenda & ſeruanda. In multitudine autem plures ſunt deficientes ingenio, & pauci ſubtiles & ingenioſi. propter quod lex, quæ multitudini proponitur, debet veritatem lucide ac plane tradere. in hoc autem inuenitur lex humana defectiua: quia ibi inueniuntur multæ obſcuritates & perplexitates: Quod patet propter legum multitudinem ac uarietatem & mutationem & aliquarum abrogationem, vt patet intuenti iura ciuilia ac canonica. Similiter & in hoc deficit lex Moſaica, quia in uelaminibus & figuris tradit ueritatem de agibilibus & credendis. In cuius figura Moyſes uelata facie loquebatur ad populum, ut habetur Exod. xxxiiij. propter quod dicit Apoſtolus. Omnia in figura contingebant illis.

D

1. Cor. 10. c

Sed lex euangelica in hoc inuenitur perfecta, quia ueritas, quæ in ueteri Teſtamento in figuris latebat occulta, per euidentiam facti facta eſt manifeſta. In cuius ſignum in paſſione domini quando myſteria nouæ legis fuerunt impleta, uelum templi ſciſſum eſt in duo media, propter quod dicit Saluator. Venit hora cum iam non in prouerbijs loquar uobis, ſed palam de patre annunciabo uobis. Et ſequitur: Dicunt ei diſcipuli: Ecce nunc palam loqueris: & prouerbium nullum dicis: Et ſic patet quartum, uidelicet, quòd lex euangelica excedit omnem aliam legem in tradendo plane ac lucide ueritatem. De his quatuor prædictis dicitur Pſ. xviij. b. Lex domini, id eſt lex euangelica, quæ eſt domini noſtri Ieſu Chriſti, immaculata, quia nullum uitium permittit. Conuertens animas, quia actus interiores animæ perfecte ordinat & diſponit. Teſtimonium domini fidele, quia ad felicitatem promiſſam efficaciter inducit. Sapientiam præſtans paruulis, quia ueritatem capabilem omnibus lucide tradit. Igitur ſicut patet ex prædictis lex euangelica omnem aliam legem excellit in noticia quadruplici. ideo conuenienter dicitur de ipſa uerbum aſſumptum: Quatuor facies vni, quia per faciem noticia deſignatur.

Luc. 23. f
Ioan. 16. f

Quatuor cauſæ, euangelicæ doctrinæ

Ad cuius uerbi ulteriorem intellectum ſciendum, quòd in uerbo propoſito notantur quatuor cauſæ huius euangelicæ doctrinæ. videlicet cauſa effectiua principalis, ſubiectiua ſeu materialis: finalis & formalis. Tres autem primæ cauſæ coincidunt in idem numero, vt patebit. ideo notantur in hoc nomine, uni. Cauſa autem formalis ſub facie quadruplici, cum dicitur: Quatuor facies.

Cauſa effectiua.

Ad euidentiam autem primi aduertendum, quod Chriſtus ſiue Deus incarnatus, quod idem eſt: quia Chriſtus eſt nomen ſuppoſiti in duplici natura, diuina uidelicet & humana, ipſe eſt cauſa efficiens huius euangelicæ doctrinæ. Huius ratio eſt, quia in omnibus artibus uidemus, quòd architector per miniſtros diſponit materiam, ſed per ſeipſum introducit formam, ſicut carpentator per miniſtros facit lignorum dolationem, ſed per ſeipſum ipſius domus uel nauis compaginationem, ut habetur. 1. Metaphy. Lex autem uetus fuit diſpoſitio ad nouam, propter quod dicitur ad Gal. iij. d. Lex pædagogus noſter fuit in Chriſto: & ideo licet utrunque teſtamentum ſit a Deo datum, tamen uetus teſtamentum fuit datum ab ipſo mediantibus angelis, vt habetur expreſſe Act. vij. c. vbi dicitur de Moyſe: Hic eſt, qui fuit in eccleſia in ſolitudine cum angelo, qui loquebatur ei in monte Sina & cum patribus noſtris, qui accepit verba vitæ dare nobis. Quia tamen ille angelus in perſona Dei loquebatur Moyſi, ideo aliquando nominatur angelus, aliquando dominus, ſecundum quod dicit beatus Greg.

In proœmio
Gal. c. 3. d



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E

tus Greg.1.moral. Ex quo patet, ꝙ uetus teſtamentum dedit dominus per miniſterium angelorum.unde Act.vij.g. poſt uerba præmiſſa dicitur Iudæis: Recepiſtis legem in diſpoſitione angelorum, & non cuſtodiſtis: ſed nouum Teſtamentum dedit dominus per ſeipſum incarnatum. Propter quod Augu.in li.de ſermone domini, exponens illud Mat. v.a. Et aperiens os ſuum &c. dicit: Tunc aperuit os ſuum, qui in lege ueteri aperiebat ora prophetarum. & hoc eſt quod dicit Apoſtolus. Multifarie multiſque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio &c. Patet igitur quòd Chriſtus eſt cauſa effectiua huius euangelicæ doctrinæ. Similiter ipſe eſt cauſa ſubiectiua ſeu materialis. Ad cuius euidentiam ſciendum, quòd idem eſt ſubiectum totius ſcientiæ & partis, ſub alia tamen ratione: quia ſub ratione uniuerſali eſt ſubiectum totius ſcientiæ, ſub ratione autem determinata & particulari eſt ſubiectum in parte: ſicut patet in philoſophia naturali, ubi, Corpus mobile uniuerſaliter, eſt ſubiectum: Corpus autem mobile animatum in libro de anima eſt ſubiectum, & in libris ſequentibus ad ipſum: Ita ſimiliter illud quod eſt ſubiectum in tota ſacra ſcriptura ſub ratione generali, debet aſſignari pro ſubiecto in parte ipſius ſub ratione determinata & ſpetiali. De ſubiecto autem theologiæ duplex eſt opinio. Vna, quòd Chriſtus eſt ibi ſubiectum ſub ratione generali. & ſecundum hoc dicendum eſſet quòd Chriſtus ut promiſſus, eſt ſubiectum in ueteri Teſtamento. Et hoc manifeſte patet ex proceſſu legis & prophetarum, ut omnes doctores dixerunt, quòd uetus Teſtamentum non eſt niſi diſpoſitio ad Chriſtum. Chriſtus autem ut præſentialiter exhibitus, eſt ſubiectum in nouo, vt patet ex proceſſu euangeliſtarum & apoſtolorum. Alia eſt opinio de ſubiecto ſacræ ſcripturæ, ſcilicet quòd Deus ſub ratione deitatis in communi, eſt ſubiectum ſcripturæ, & per conſequens ſub ratione ſpeciali, eſt ſubiectum legis euangelicæ ſacræ, videlicet Deus inquantum incarnatus, quod eſt idem quod Chriſtus: Et ſic redit ad idem cum prima opinione, ſcilicet quòd Chriſtus eſt nomen ſuppoſiti in natura duplici, ſcilicet humana & diuina. Et propter hoc Matthæus, qui eſt primus in ordine euangeliſtarũ, intitulat euangelium ſuum de Chriſto tanquam de ſubiecto dicens: Liber generationis Ieſu Chriſti &c. Similiter & alij euangeliſtæ non faciunt aliud niſi facta & doctrinam domini Ieſu Chriſti tradere. Ex quo patet, quòd Chriſtus eſt ſubiectum. Tertio dico, quòd Chriſtus eſt cauſa finalis huius doctrinæ. Ad cuius euidentiam conſiderandum, quòd cuiuſlibet ſcientiæ duplex eſt finis. Vnus intrinſecus: & hic eſt cognitio proprij ſubiecti. Alius eſt finis extrinſecus: & hic eſt fœlicitas ad quam omnis perfectio

Heb. 1.a

Cauſa materialis ſiue ſubiectiua euangelicæ doctrinæ

Theologiæ ſubiectum non uniformiter à doctoribus aſſignatur.

Cauſa finalis.

F

humana aliqualiter ordinatur: Sic in propoſito, euangelicæ doctrinæ duplex eſt finis: Vnus intrinſecus, qui eſt cognitio ipſius Chriſti enigmatica, quæ eſt per fidem, & habetur in uia. Alius eſt finis extrinſecus, quæ eſt cognitio eius clara per apertam viſionem, quæ habetur in patria: & hoc quod dicitur Iohan.xx.g. Hæc autem ſcripta ſunt, ut credatis quoniam Ieſus eſt Chriſtus filius Dei: Hic eſt primus finis. Sequitur: Et ut credentes uitam habeatis in nomine eius: Hic eſt ſecundus. Igitur patet ex prædictis, quòd Chriſtus eſt cauſa efficiens, materialis & finalis huius doctrinæ euangelicæ. Et ideo iſtæ tres cauſæ concurrunt in unum numero: & ideo bene deſignantur ſimul in hoc nomine: uni. Et de hoc poteſt accipi quod ſcribitur. Hi tres unum ſunt, ſcilicet efficiens, ſubiectum & finis. Secundo in uerbo propoſito tangitur cauſa formalis ſub facie quadruplici, cum dicitur: Quatuor facies uni. Ad cuius euidentiam conſiderandum, quòd duplex eſt forma ſcientiæ, ſcilicet forma tractandi & forma tractatus. Forma tractandi eſt modus agendi: Et iſte habet quatuor facies: quia quilibet euangeliſta quadruplicem noticiam tradit de Chriſto: uidelicet, Noticiam humanitatis, quæ figuratur in facie hominis: Notitiam diuinitatis, quæ figuratur in facie aquilæ deſuper ipſorum quatuor: Notitiam etiam ſui ſacerdotij, quæ figuratur in facie bouis, qui erat animal immolaticium in lege: Notitiam etiam ſui regni, quæ notatur in leone, qui eſt rex animalium. Vel in facie hominis, notitiam ſuæ conuerſationis & natiuitatis: in facie bouis, notitiam paſſionis: in facie leonis, notitiam reſurrectionis: in facie aquilæ, notitiam ſuæ aſcenſionis: & ideo bene dicitur, quòd quatuor facies uni. De hoc autem bene poteſt exponi quòd dicitur. Cumque aſpicerem animalia, apparuit rota una habens quatuor facies. Iſta animalia ſunt quatuor euangelia ſeu quatuor euangeliſtæ, quæ aliquando dicuntur quatuor, aliquando unum. Licet enim Matthæus principaliter uerſetur circa humanitatem, Iohannes circa diuinitatem, Lucas circa ſacerdotium: Marcus circa regnum: quilibet tamen ipſorum iſta quatuor conſiderat. Vnde dicit beatus Grego. ſuper Ezechi. homel. 1. Si quæras, quid Matthæus circa incarnationem domini ſenſerit: Hoc nimirum quod Marcus Lucas & Iohannes, & ſic de alijs. Et ſequitur: Quicquid in uno inueneris, hoc ſimul in quatuor recognoſces. Dicit ergo: Cumque aſpicerem animalia, id eſt quatuor euangelia: quia doctrina euangelica præ alijs doctrinis eſt intente ac diligenter conſideranda, quia ibi conſiſtit uita ſecundum quod ſcribitur. Verba, quæ ego loquor uobis, ſpiritus ſunt & uita. Propter quod dicitur: Scrutamini ſcripturas, in quibus putatis vos uitam habere; quia illæ ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me. Apparuit una rota: Iſta rota, quæ eſt circularis figura, eſt doctrina euangelica, in qua coniungitur finis principio, ſcilicet natura humana, quæ deſcribitur ultimo facta Gen.1. & tamen in Chriſto, qui eſt ſubiectum huius doctrinæ, eſt coniuncta ipſi Deo. Item circulus

1.Ioan.5.b

Cauſa formalis

Ezechi.1.c. Ezechielis uiſio quatuor euangeliſtis adaptatur

Rota comparatur doctrinæ euangelicæ

Ioan.6.g

Ioan.5.f

circulus eſt figura perfectiſſima: propter quod ſignificat legem euangelicam, in qua imperfectio cuiuſlibet alterius legis eſt ſuppleta. Sed dicitur habere quatuor facies propter quadruplicem notitiam Chriſti, quam deſcribit quilibet euangeliſta: Et ſic apparet forma tractandi. Forma autem tractatus eſt diuiſio ſcientiæ per libros partiales, iſta notificatur per quatuor prædictas facies. Ad cuius euidentiam conſiderandum, quòd partes alicuius totius heterogenei debent adinuicem habere diſtinctionem, connexionem & ordinem: aliter non eſſent partes actu. Diſtinctio autem euangeliſtarum quadruplex, connexio, & ordo, conuenienter deſignatur in quatuor faciebus prædictis. Ad cuius intellectum attendenda eſt breuiter uiſio imaginaria Ezechielis prophetæ. Videbat enim quatuor facies in uno corpore, ita quòd corpus erat quaſi rectum, ſicut corpus hominis habens ſecundum longitudinem quatuor latera uel ſuperficies: & ideo in ſummitate illius corporis erant quatuor capita, in quolibet latere erat unum caput, ſcilicet caput hominis in latere vel ſuperficie anteriori, caput aquilæ in oppoſita, ſcilicet in poſteriori parte, caput leonis in dextera parte, caput bouis in ſiniſtra. Quod autem dicitur: Facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor, hoc eſt, quia collum aquilæ eſt longius: & ideo caput aquilæ ſupereminebat alijs, & per conſequens habebat illud corpus aſpectum ad quatuor partes oppoſitas, quia poſteriora capitum erant coniuncta interius, & anteriora ſeu facies capitum erant prominentia exterius. Similiter in illo corpore erant quatuor tibiæ, & non habebant flexionem magis ad unam partem quàm ad aliam, ſicut ſi genu hominis eſſet flexibile æqualiter ad omnem partem indifferenter: & propter hoc dicuntur pedes eorum pedes recti. Et accipitur ibi pes pro tota longitudine a crure uſque ad plantam pedis. Ex prædictis patet, quòd illud animal poterat ire ad quatuor partes oppoſitas ſine ſui conuerſione, quia habebat aſpectum ad quatuor partes oppoſitas per quatuor facies, & pedes ſimiliter flexibiles æqualiter ad quatuor partes. Et hoc eſt quod dicitur in textu: quòd per quatuor partes illorum ibant, nec reuertebantur cum ambularent: quia per quatuor partes poterant ambulare ſine illius corporis conuerſione. Ex iſtis apparet diſtinctio euangeliorum, connexio & ordo eorum. Per hoc enim quòd erant capita diſtincta, apparet euangeliorum diſtinctio. In capite enim hominis vel facie deſignatur euangelium Matthæi, quod principaliter uerſatur circa humanitatem. In facie aquilæ euangelium Iohannis quod deſcribit præcipue ipſius diuinitatem. In facie bouis euangelium Lucæ, quod deſcribit Chriſti ſacerdotium. In facie leonis euangelium Marci, quod deſcribit ipſius regnum, ſicut ſupra dictum eſt: Vel aliter in facie hominis generatio, in facie bouis paſſio, in facie leonis reſurrectio, in facie aquilæ aſcenſio. Quia licet prædicta ab omnibus euangeliſtis conſiderentur, quilibet tamen illorum circa unum principaliter uerſatur, vt ſupra declaratum eſt. Similiter ex prædictis faciebus denotatur connexio euangeliorum: & ideo illa quatuor capita erant in uno corpore coniuncta, & per conſequens procedente una facie aliæ ſequebantur, quia quod in uno euangelio narratur, per alia tria euangelia probatur: quia ibi idem factum uel conſimile narratur: ſicut Iohannes euangeliſta ſolus narrat illuminationem cæci nati, alij autem narrant de multis alijs cæcis illuminatis, quod eſt eiuſdem poteſtatis. Similiter in prædictis faciebus apparet ordo euangeliorum: Sic enim ſtabat illud corpus habens quatuor facies in aſpectu prophetæ, quòd facies hominis erat ſibi directe oppoſita, facies leonis ad dexteram partem illius animalis. facies autem bouis ad ſiniſtram, caput aquilæ in parte poſteriori, quia tamen collum aquilæ eſt longius, ideo ſupereminebat cæteris: ideo dicitur facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor. Iſto ergo modo ordinantur euangelia: quia primo ponitur euangelium Matthæi, ſicut facies hominis primo opponebatur aſpectui prophetæ, & ſecundo loco euangelium Marci, quia dextera pars prior eſt quam ſiniſtra, & tertio euangelium Lucæ, & quarto euangelium Iohannis, quia facies aquilæ erat in poſteriori parte: & hoc eſt quod dicitur: Similitudo vultus eorum facies hominis, & facies leonis a dextris ipſorum quatuor, & facies bouis a ſiniſtris ipſorum quatuor, & facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor. Secundum enim ordinem euangeliorum ponitur hic ordo iſtarum facierum. Igitur quia euangelium Matthæi quod primo loco ponitur, in facie hominis figuratur, ideo de ipſo poteſt dici ante faciem hominis ſimilitudo alterius hominis. Homo eſt enim animal rationale, manſuetum & ciuile: & ideo ſignificat Matthæum euangeliſtam, qui uixit rationabiliter, manſuete & ciuiliter, non ciuilitate politica, ſed illa ciuilitate, qua efficimur ciues ſanctorum & domeſtici Dei, ſuperædificati ſuper fundamentum apoſtolorum & prophetarum, ſecundum quod dicit Apoſtolus. Dicit igitur: Ante faciem hominis, quia ante conſiderationem euangeliſtæ Matthæi, ſicut obiectum proprium eſt poſita ſimilitudo alterius hominis, id eſt Chriſti, cuius præcipue conſiderat humanitatem. Et bene dicitur Chriſtus alter homo, quia fuit alter ab omnibus alijs hominibus: quia omnes alij proceſſerunt de radice peccati, iſte autem ſolus innocens, per quem ad iuſtitiam ſunt alij reducti, ſecundum quod ſcribitur. Sicut per unius hominis obedientiam peccatores conſtituti ſunt multi, ita per unius hominis obedientiam iuſti conſtituentur multi, hic in præſenti inchoatiue per gratiam, & in futuro per gloriam quæ eſt gratia conſummata.

G

Euangeliſtarum ſiue euangeliorũ, diſtinctio cõnexio & ordo

Ezec.1.b

H

Cap.9.a Matt.9.c 12.b. 20.d. 21.b. Marc. 8.c. 10.g Luc. 7.c. 18.f

Ezech. 1.a

Homo

Eph. 2.d

Rom. 5.d



A

# EPISTOLA BEATI HIERONYMI ad Damaſum Papam in quatuor Euangeliſtas incipit.

C

BEATISSIMO Papæ Damaſo, Hieronymus. Nouum opus me facere cogis ex veteri, ut poſt exemplaria ſcripturarum toto orbe diſperſa quaſi quidã arbiter ſedeã: & quia inter ſe uariant, quæ ſint illa, quæ cum Græca cõſentiant ueritate, decernam. Pius labor, ſed periculoſa præſumptio, iudicare de cęteris ipſum ab omnibus iudicãdum: ſenis mutare linguam, & caneſcẽtem iam mundũ ad initia retrahere paruulorum. Quis.n.doctus pariter uel indoctus, cùm in manus volumen aſſumpſerit, & à ſaliua, quã ſemel imbibit, uiderit diſcrepare, qđ lectitat: nõ ſtatim erumpat in vocem, me falſarium, me clamans eſſe ſacrilegum, qui audeã aliquid in ueteribus libris addere, mutare, corrigere? Aduerſus quã inuidiã duplex cauſa me conſolatur: quod & tu, qui ſummus ſacerdos es, fieri iubes: & uerum non eſſe quod uariat, etiam maledicorum teſtimonio comprobatur. Si.n.latinis exemplaribus fides eſt adhibenda, reſpõdeant quibus: tot.n. ſunt exemplaria penè quot codices. Sin autem ueritas eſt quærenda de pluribus, cur non ad Græcam originem reuertẽtes, ea, quæ uel à vicioſis interpretibus malè ædita, uel à præſumptoribus imperitis emẽdata peruerſius, uel à librarijs dormitantibus, aut addita ſunt aut mutata, corrigimus? Neq; verò ego de veteri diſputo Teſtamento, quod à ſeptuaginta ſenioribus in Græcam linguam uerſum tertio gradu ad nos uſque peruenit. Non quæro quid Aquila, quid Symmachus ſapiant, quare Theodotiõ inter nouos & veteres medius incedat: ſit illa vera interpretatio, quã apoſtoli probauerunt. De nouo nũc loquor Teſtamento, quod Græcũ eſſe non dubiũ eſt, excepto apoſtolo Matthęo, qui primus in Iudęa Euãgelium Chriſti Hebraicis literis ędidit: hoc certò cùm in noſtro ſermone diſcordat, & in diuerſos riuulorũ tramites ducit, uno de fonte quærendũ eſt. Prætermitto eos codices, quos à Luciano & Eſytio nuncupatos paucorum hominũ aſſerit peruerſa cõtentio: quibus utiq; nec in toto ueteri Inſtrumẽto poſt ſeptuaginta interpretes emendare quid licuit, nec in nouo profuit emendaſſe, cùm multarum gentium linguis ſcriptura antè tranſlata doceat falſa eſſe, quæ addita ſunt. Igitur hæc præſens præfatiuncula pollicetur quatuor tãtum Euãgelia, quorum ordo eſt iſte, Matthęus, Marcus, Lucas, Iohannes: codicum Græcorum emẽdata collatione, ſed & ueterum, quæ nec multũ à lectionis latinæ cõſuetudine diſcreparent, ita calamo imperauimus, vt his tantùm, quæ ſenſum videbantur mutare, correctis, reliqua manere pateremur, ut fuerãt. Canones quoq;, quos Euſebius Cæſariẽſis epiſcopus Alexandrinum ſequutus Ammoniũ in decẽ numeros ordinauit, ſicut in Græco habentur, expreſſimus. Quòd

B ſi quis de curioſis voluerit noſſe, quæ in Euãgelijs vel eadem vel vicina vel ſola ſint, eorum diſtinctione cognoſcet. D

Magnus ſiquidẽ hic in noſtris codicibus error inoleuit, dũ quod in eadẽ re alius Euãgeliſta plus dixit, in alio ꝗa minus putauerint, addiderũt: uel eundẽ dũ ſenſum alius aliter expreſſit, ille, qui unum è quatuor primũ legerat, ad eius exemplum cæteros quoq; æſtimauerit emendandos. Vnde accidit, vt apud nos mixta ſint omnia, & in Marco plura Lucæ atq; Matthæi. Rurſum in Matthæo plura Iohannis & Marci: & in cæteris reliquorũ, quę in alijs propria ſunt, inueniantur. Cum itaq; canones legeris, qui ſubiecti ſunt, cõfuſionis errore ſublato, & ſimilia omniũ ſcies, & ſingulis ſua quęq; reſtitues. In canone primo concordant quatuor, Matthæus, Marcus, Lucas, Iohannes. In ſecundo tres, Matthæus, Marcus, Lucas. In tertio tres, Matthæus, Lucas, Iohannes. In quarto tres, Matthęus, Marcus, Iohannes. In quinto duo, Matthæus, Lucas. In ſexto duo, Matthæus, Marcus. In ſeptimo duo, Matthæus, Iohannes. In octauo duo, Lucas, Marcus. In nono duo, Lucas, Iohannes. In decimo propria unuſquiſq; quę nõ habentur in alijs ædiderunt. Singulis uerò Euãgelijs ab uno incipiẽs uſq; ad finem librorum diſpar numerus accreſcit. Hic nigro colore perſcriptus ſub ſe habet alium ex minio diſcolorẽ numerum, qui ad decẽ uſq; procedẽs, indicat prior numerus in quo ſit canone requirẽdus. Cum ergo aperto codice (uerbi gratia) illud ſiue illud capitulũ ſcire volueris cuius canonis ſit, ſtatim ex ſubiecto numero doceberis, & recurrẽs ad principia, in quibus canonum eſt diſtincta cõgeries, eodẽq; ſtatim canone ex titulo frontis inuẽto, illum, quem quærebas numerum eiuſdem Euangeliſtæ, qui & ipſe ex inſcriptione ſignatur, inuenies, atq; è uicino cęterorũ tramitibus inſpectis, quos numeros è regione habeant, annotabis: & cum ſcieris, recurres ad volumina ſingulorũ, & ſine mora repertis numeris, quos ante ſignaueras, reperies & loca, in quibus uel eadem uel vicina dixerunt. Opto ut in Chriſto ualeas & memineris mei Papa beatiſſime. Finit epiſtola beati Hiero.ad Dam.Pa.

## Incipit Prologus ſancti Hieronymi ad Euſebium.

PLures fuiſſe, qui Euangelia ſcripſerunt, & Lucas Euangeliſta teſtatur, dicens. Quoniam quidem multi conati ſunt ordinare narrationẽ rerum, quæ in nobis completæ ſunt, ſicut tradiderũt nobis, qui ab initio ipſi viderunt ſermonẽ, & miniſtrauerunt ei: & perſeuerãtia uſq; ad præſens tẽpus monimenta declarãt, quę à diuerſis autoribus ædita diuerſarum hęreſum fuere principia: ut eſt illud iuxta Aegyptios & Thomam & Matthiam & Bartholomęum: duodecim quoq; apoſtolorũ, & Baſilidis atq;† Apolinis ac reliquorũ, quos enumerare longiſſimum eſt: cùm hoc tantùm in præſentiarum neceſſe ſit dicere, extitiſſe quoſdam, qui ſine ſpi-

Luc.1.a



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E ritu & gratia Dei conati ſunt magis ordinare narrationem, quã hiſtorię texere ueritatẽ. Quibus iure poteſt G
Ezec. 13.a illud propheticũ coaptari: Væ qui prophetant de corde ſuo, qui ambulãt poſt ſpiritũ ſuũ, qui dñt: Hæc di-
Ioan. 10.b cit Dominus, & Dominus nõ miſit eos. De quibus & Saluator in Euãgelio Iohannis loquitur: Oẽs qui ante
me venerũt, fures fuerunt & latrones. Qui venerunt, nõ qui miſſi ſunt. Ipſe enim ait: Veniebant & ego non
mittebam eos. In uenientibus præſumptio temeritatis, in miſſis obſequiũ ſeruitutis eſt. Eccleſia autẽ, quæ
Can. 2.b Domini voce ſupra petrã fundata eſt, quã introduxit rex in cubiculũ ſuũ, & ad quã per foramen deſcenſio
nis occultæ miſit manũ ſuã, ſimilis damulæ hinnuloq; ceruorũ, quatuor flumina paradiſi inſtar eructans,
† immobilibus quatuor & angulos & anulos habet: per quos quaſi arcã teſtamenti & cuſtos legis Domini lignis† mobili-
bus vehitur. Primus omniũ Matthæus eſt publicanus, cognomẽto Leui, qui Euangeliũ in Iudæa Hebræo
ſermone ædidit, ob eorũ vel maximè cauſam, qui in Ieſum crediderant ex Iudæis: & nequaquam legis vm
brã ſuccedente Euangelii veritate ſeruabãt. Secundus, Marcus interpres apoſtoli Petri, & Alexandrinæ eccle
ſiæ primus epiſcopus, qui Dominũ quidẽ Saluatorẽ ipſe nõ uidit, ſed ea, quæ audierat magiſtrũ prædican
2. Cor. 8.d tem, iuxta fidẽ magis geſtorum narrauit quã ordinẽ. Tertius Lucas medicus, natione Syrus Antiochenſis,
† Bœotiæq; Ioan. 13.c. & 21.f cuius laus in Euangelio, qui & ipſe diſcipulus apoſtoli Pauli in Achaiæ† Bithiniæq; partibus uolumen con
didit, quædam altius repetens, & ut ipſe in procemio cõfitetur, audita magis quã uiſa deſcribens. Vltimus,
Ioan. 19.e Iohannes apoſtolus & Euangeliſta, quẽ Ieſus plurimũ amauit, qui ſuper pectus Domini recumbens puriſ
ſima doctrinarum fluenta potauit, & qui ſolus de cruce meruit audire: Ecce mater tua. Is cùm eſſet in Aſia,
& iã tunc hæreticorum ſemina pullularent, Cherinthi & Hebionis, & cæterorum, qui negant Chriſtum in
2. Ioan. b carne veniſſe, quos & ipſe in epiſtola ſua Antichriſtos uocat & apoſtolus Paulus frequenter percutit, coa-
ctus eſt ab omnibus penè tunc Aſiæ epiſcopis, & multarum eccleſiarum legationibus de diuinitate Salua
toris altius ſcribere: & ad ipſum (vt ita dicam) Dei uerbum non tam audaci quàm felici temeritate prorum
pere: vt eccleſiaſtica narrat hiſtoria, cùm à fratribus cogeretur ut ſcriberet, ita facturum ſe reſpondiſſe, ſi in
dicto ieiunio in commune omnes Deum deprecarentur. Quo expleto reuelatione ſaturatus, in illud proce
Ioan. 1.a Ezech. 1.b mium è cælo ueniens eructauit: In principio erat verbum & verbum erat apud Deum, & Deus erat uer-
bum, hoc erat in principio apud Deum. Hæc igitur quatuor Euangelia multo ante prædicta Ezechielis
quoq; volumen probat, in quo prima viſio ita contexitur. Et in medio ſimilitudo quatuor animalium &
vultus eorum: Facies hominis, & facies leonis, & facies uituli, & facies aquilæ. Prima hominis facies, Mat-
thæum ſignificat, qui quaſi de homine exorſus eſt ſcribere: Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij
Abrahaam. Secunda Marcum, in quo vox leonis in eremo ruggientis auditur: Vox clamantis in deſerto: pa
rate viam Domini, rectas facite ſemitas eius. Tertia uituli, quæ Euangeliſtam Lucam à Zacharia ſacerdote
F ſumpſiſſe initium præfigurat. Quarta Iohannem Euangeliſtam, qui aſſumptis pennis aquilæ, & ad altio- H
Ezec. 1.b ra feſtinans, de verbo Dei diſputat. Cætera, quæ ſequuntur, in eundem ſenſum proficiunt. Crura eorum re
cta & pennati pedes, & quocunq; ſpiritus ibat, ibant, & non reuertebantur: Et dorſa eorum plena oculis,
Apoc. 4.a & ſcintillæ ac lampades in medio diſcurrentes, & rota in rotam, & in ſingulis quatuor facies. Vnde & Apo
calypſis Iohannis poſt expoſitionem viginti quatuor ſeniorum, qui tenentes citharas & phialas adorant A-
gnum Dei, introducit fulgura atq; tonitrua, & ſeptem ſpiritus diſcurrentes, & mare vitreum, & quatuor
animalia plena oculis, dicens: Animal primum ſimile leoni, & ſecundum ſimile uitulo, & tertium ſimile
homini, & quartum ſimile aquilæ uolanti. Et poſt paululum. Plena (inquit) erant oculis, & requiem nõ
habebant die ac nocte dicentia: Sanctus ſanctus, ſanctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat & qui eſt &
qui venturus eſt. Quibus cunctis perſpicuè oſtenditur, quatuor debere tantùm Euangelia ſuſcipi: & omnes
apocryphorum nenias, mortuis magis hęreticis quàm eccleſiaſticis uiuis canendas.

## Incipit argumentum ſancti Hieronymi in Euangelium ſecundum Matthæum.

### GLOS. ORDINARIA.

MOdus tractandi talis eſt. Prius Genealogiã Chriſti deſcribit, diſtinguens eam per tres teſſeradecades, poſt ait de nutritura Saluatoris, & de aduẽtu Magorum in Bethleem, & de occiſione paruulorum: deinde de baptiſmo Chriſti, & ieiunio quadraginta dierum, & de tentatione triplici. Poſtea de doctrina eius, ſcilicet de ſermone habito in monte: deinde geſta & miracula Chriſti exponit. Tandem de paſſione & reſurrectione & aſcenſione agit. Huic autem libro Hier. prologum præmittit in quo oſtendit, vbi euangelium ſcripſerit, & de quàm imo ſtatu ad quàm dignum ſit aſſumptus: de quibus & quo ordine in hoc euangelio tractet.

a Duo in gene. Chri. prin. i. prẹmittens Abraham & Dauid in generatione Chriſti, quibus facta eſt vel factæ ſunt promiſſiones.

MAtthęus ex Iudęa ſicut in or-[a] dine primus ponitur,[b] † ita[c] Euangelium in Iudęa primus ſcripſit: cuius uocatiõ ad † Dñm

† infra. 9.a

† deum à quo dicta Iudæa.

### Expoſitio Nicolai de Lyra in primum Prologum ſuper Matthæi Euangelium.

Diuiſio MAtthæus. *Hic eſt primus prologus beati Hieronymi, qui præponitur euangelio Matthæi. Qui quidem prologus diuiditur in quatuor partes. In prima parte deſcribitur Euangeliſtę ſtatus, ſecundò ſcribendi modus, ibi: Duorum in generatione Chriſti. tertiò huius Euangelij materia principalis, ibi: Quarum omnium rerum. Et quartò vtilitas huius operis, ibi: In quo Euangelio vtile eſt. In prima parte deſcribitur Euangeliſta ex nomine, cùm dicitur.*

a Matthæus. *qui interpretatur, datus: quia inter alios Euangeliſtas primò datus eſt à deo ad ſcribendũ Euang. ad inſtructionem omnium fidelium. Secundò, deſcribitur ex natione, & patria, cùm dicitur,*

b Ex Iudæa. *quia natione fuit Iudęus: & de Iudæa natus. Quæ quidem Iudæa primo dicta eſt terra Chanaan, quia poſt diluuium inibi habitauerunt filij Cham, quibus expulſis per filios Iſrael tempore Ioſue nominata eſt Iudæa à tribu Iudæ, quæ erat principalis & regia. Tertiò, deſcribitur quantum ad ordinem inter Euangeliſtas, cùm dicitur,*

c Sicut in ordine primus ponitur. *In ordine ſcilicet Euangeliſtarum, ita in Iudæa primus ſcripſit Euangelium. Quarto, deſcribitur quantum ad ſtatum præcedentem eius conuerſionem ad*

¶ *Chriſtum*



A

### NIC. DE LYRA.

Publicanus ¶ *Chriſtum. Quia autem erat Publicanus, id eſt curam habens de publicis actibus. Erant enim tunc Iudæi tributarij Romanorum, & ideo illi qui colligebant tributum Romanis mittendum, dicebantur publicani: huiuſmodi communiter ſunt campſores, & pecuniarum numeratores. Et quia talia negocia vix aut nunquàm ſine peccato exerceri poſſunt, vt dicit beatus Gregorius: ideo in hoc patet gratia diuina quæ ex talibus reuocauit Matthæũ ad ſtatũ apoſtolicum. & hoc eſt quod dicit: Cuius vocatio &c. Sequitur:*

a Duo in ge. *Hic tangitur modus ſcribendi quem tenuit euangeliſta Matthæus in deſcriptione genealogiæ Chriſti, a qua incipit ſuũ euangelium. Et primo tangitur modus ſcribendi quantum ad radicem genealogiæ Chriſti, qui ponit duos patres, videlicet Dauid & Abraham quaſi radicem genealogię huius ſicut patet in principio euangelij, cum dicit: Liber generationis, &c. Ratio autem huius aſſignatur: quia Abraham fuit primus qui fidem vnius Dei publice confeſſus eſt. Et in ſignum huius primo circunciſionem accepit quæ fuit ſignum diſtinguens fideles ab infidelibus. Dauid autem fuit primus rex electus a Domino ſecundum voluntatem Domini ad fidelem populum regendum, ſecundum quòd*
1. Reg. 13.c *dicitur. Quæſiuit Dominus virum iuxta cor ſuum, &c. Saul autem licet primo fuerit electus a Domino, hoc tamen non fuit ſecundũ cor Domini, ſed ſecundum exactionem populi, propter quod dixit Dominus Samueli.*
B
1. Reg. 8.b *Audi vocem populi petentis regem. ſcilicet ſuper ſe. Sequitur: Non enim abiecerunt te ſed me, ne regnem ſuper eos & hoc eſt quod dicit Hiero.* Duo in generatione Chriſti principia præſumens. *Id eſt ante ſumens duos homines, videlicet Abraham & Dauid, quaſi principia & radices genealogiæ Chriſti. Sequitur.*

(a ¶ i. Dauid & Abraham.)
ex publicanis actibus fuit, duo in[a]
generatione Chriſti principia præ-
(¶ Abrahæ ſcilicet. ¶ Fuit.)
ſumẽs: vnius, cuius prima circunci-[b]
(a ¶ Scilicet Dauid.)
ſio in carne: alterius, cuius ſecũdum[c]
(a ¶ Domini ſcilicet. b ¶ Saule reprobato.)
cor electio fuit. Ex vtriſq; enim pa-[d]
(¶ Vel patribus.. ¶ Supple, natus eſt.)
tribus Chriſtus. Sicq; quaterdena-[e]
rio numero triformiter poſito prin[f]
(¶ Generationis ſcilicet. a ¶ i. ab Abraham. b ¶ Alias via. c ¶ Dauid.)
cipium a credendi fide in electionis
tempus porrigens, & ex electione[g]
vſq; in tranſmigrationis diem diri-
gens: atq; a tranſmigrationis die uſ-[h]
(¶ Terminans.)
que in Chriſtum definiens, decur-[i]
ſam aduentus Domini oſtendit ge-
nerationem, vt numero ſatisfaciens[k]
& tempori, & ſe quid eſſet oſtende-[l]
(¶ Miſericorditer actum.)
ret: & Dei in ſe opus monſtrans: etiã[m][n]
in his, quorum genus poſuit, Chri-
ſti operantis a principio teſtimoniũ
non negaret. Quarum rerum om-[o]
nium tempus, ordo, numerus, di-[p][q]
ſpoſitio, uel ratio, quod fidei neceſ-[r][s]
ſarium eſt: Deus Chriſtus eſt † qui fa[t][u]
ctus eſt ex muliere, factus ſub lege,
natus ex virgine, paſſus in carne, om[x]
nia in cruce fixit, ut triumphans ea[y]
in ſemetipſo reſurgens in corpore,[z]
& patris nomen in patribus filio,[a][b]

b Vnius cuius circunci. *id eſt ipſius Abrahæ, qui primo accepit circunciſionem: vt dictum eſt.*

c Alterius cuius ſecundum c. electio. *i. ipſius Dauid, qui electus primo fuit rex a Domino vt dictum eſt.*

d Ex vtriſque enim patribus Chriſtus. *in hoc redditur cauſa prædicti. q.d. propter hoc Abraham & Dauid ponuntur principaliter radix genealogiæ Chriſti, quia Chriſtus naſci debebat ex patriarchis & regibus tanquàm eis promiſſus.*

e Sicque quaterdenario. *Hic tangit modum ſcribendi genealogiam Chriſti quantum ad deductionem ex prædictis duobus patribus ſeu principijs, quia euangeliſta ponit tres quaterdenas. Vna fuit in tempore in quo populus eſt gubernatus per iudices. Secunda in tempore quo gubernatus eſt per reges. Et tertia in tempore quo gubernatus eſt per ſacerdotes: & hoc eſt quod dicit:* Sicque quaterdenario triformiter poſito. *id eſt in tribus temporibus quibus triformiter gubernatus eſt populus. Sequitur:*

f Principium a credendi in fide in electionis tempore porrigens. *quia prima quaterdena incipit ab Abraham, qui primus fidem vnius Dei publice confeſſus eſt: & terminatur in Dauid, qui primus electus eſt in regem a Domino, vt dictum eſt.*

g Et ex electione vſque in tranſmigratio. *quia ſecunda quaterdena incipit a Dauid excluſiue, & terminatur in Iechonia filio Ioſiæ in tranſmigratione Babylonis. Sequitur.*

h A tranſmigrationis die. *quia tertia quaterdena incipit a tranſmigratione Babilonis & terminatur in Chriſtum.*

i Decurſam. *Decurſam dicit, quia deſcribit genealogiam Chriſti deſcendendo. Lucas autem econtrario aſcendendo. Sequitur.*

k Et numero ſatisfaciens & tempori. *q.d. in hoc quòd ſic deſcripſit genealogiam per tres quaterdenas, ſatisfecit numero: quia poſuit numeros conuenientes myſterio Chriſti: quia per quaterdenam, quæ componitur ex quatuor & decem, ſignificatur lex Chriſti, quæ decurrit per quatuor euangelia, & lex Moyſi, quæ decurrit per decem legis præcepta. Per ternarium vero ſignificatur myſterium trinitatis quod fuit traditum in utraque lege, ſed in noua lege magis explicite: & ſic patet qualiter euangeliſta ſatisfecit numero. Satisfecit etiam tempori: quia per tres quaterdenas deſcripſit tres generationes illius populi in diuerſis temporibus. Sequitur.* C

l Et ſe quid eſſet oſtenderet. *quaſi dicat in ſcribendo euangelium Chriſti Matthæus oſtendit ſtatum ſuum, quia ibidem deſcripſit vocationem ſuam ex publicis actibus ad ſtatum apoſtolicum.*

m Et Dei in ſe opus monſtrans. *quia in hoc oſtendit operationem Dei vocantis ipſum per ſuam miſericordiam.*

n Etiam in his quorum genus poſuit Chriſti. *Hoc eſt dictum quòd ſimiliter in Abraham & Dauid, qui electi ſunt a Deo ab antiquo: vnus ad fidem, alter ad regnum, Dei operationem oſtendit. Conſtrue ergo ſic literam: Etiam non negaret. Minus dicit & plus ſignificat, id eſt concederet ſeu declararet. Teſtimonium Chriſti operantis, ſcilicet per gratiam. A principio, id eſt ab antiquo. In his quorum genus poſuit Chriſti, id eſt deſcribendo genealogiam Chriſti: & hoc fuit in Dauid & Abraham, quos poſuit radices genealogiæ Chriſti.*

o Quarum rerum omnium. *In hac parte Hieronym. oſtendit intentionem principalem euangeliſtæ Matthæi ſeu ſubiectum ſui euangelij, quia genealogiam ordinate ab Abraham vſque ad Chriſtum deſcripſit, vt oſtenderet quòd ipſe Chriſtus eſt verus homo & verus Deus, qui ſecundum humanitatem natus eſt de muliere, paſſus in cruce, vbi omnia peccata noſtra deleuit, & reſurgens a mortuis nos per adoptionem in filios Dei regenerauit. & hoc eſt quod dicit: Quarum rerum omnium, &c. in genealogia ſcilicet Chriſti deſcriptarum.*

p Tempus. *quia ibi tria tempora deſcribuntur, vt viſum eſt.*

q Ordo. *quia ordinate tempora & perſonæ in diuerſis temporibus deſcribuntur.* D
† Gal. 4.a

r Numerus. *quia ſub certo numero, id eſt in tribus quaterdenis comprehenduntur.*

s Diſpoſitio vel ratio. *quia rationabiliter diſponuntur.*

t Quod fidei neceſſarium eſt. *Hoc eſt dictum. ad hoc omnia prædicta ſic ſunt ordinate deſcripta, vt oſtendatur quòd Chriſtus eſt verus Deus, quod credere neceſſarium eſt ad ſalutem: & quòd eſt verus homo. vnde ſubditur:*

u Quia factus eſt. *quia onera legis voluit obſeruare. Hoc autem accipitur de epiſtola ad Gal. iiij.* Gal. 4.a

x Paſſus in carne, omnia in cruce fixit. *id eſt omnia peccata noſtra in cruce deſtruxit. Et accipitur hoc de epiſtola ad Col. ij. vbi dicitur* Coloſſ. 2.c *ſic: Delens quod aduerſum nos erat chirographum decreti, id eſt obligationem ad pœnam inferni: ſed illum tulit de medio affigens illud cruci. Et eſt loquutio metaphorica ad ſimilitudinem illius qui deſtruit aliquam chartam vel obligationem, quia perforat eam vel corrumpit. ſic Chriſtus per paſſionem ſuam illud decretum, quo eramus obligati gehennæ, deſtruxit. Sequitur.*

y Vt triumphans ea in ſemetipſo. *id eſt deuincens in corpore proprio.*

z Reſurgens in corpore. *Ad euidentiam huius literæ conſiderandum, quòd pater & filius correlatiue dicuntur: relatiua autem poſita ſe ponunt, & perempta ſe perimunt. igitur quia Iudæi noluerunt recipere Chriſtum, Abrahæ & cæteris patribus promiſſum, ideo deſierunt eſſe filij Abrahæ, id eſt imitatores ipſius per fidem: & per conſequens Abraham & cæteri patres deſierunt eſſe patres eorum. Gentiles autem econuerſo ad prædicationem apoſtolorum receperunt fidem Chriſti: & ideo in loco Iudæorum a fide Abrahæ recedentium facti ſunt filij Abrahæ: & ſic paternitas quæ deſierat eſſe in Abraham & cæteris patribus, reſtituta eſt per filiationem gentium, qui facti ſunt imitatores eorum per fidem. Et econtrario ſibi filiatio reſtituta eſt ipſis credentibus, reſtituta prædicta paternitate: quia hæc eſt natura correlatiuorum, vt dictum eſt. Et hoc eſt quod dicit Hieron.* Reſurgens in corpore, *ſcilicet Chriſtus, & præcipiens prædicare baptiſmum pœnitentiæ in omnes gentes factus eſt reſtituens.*

a Et patris nomen in patribus. *ſcilicet antiquis.*

b Filio. *hoc eſt ad honorem filij, quia hoc cedit ad honorem Chriſti.*



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a Et filij nomen patri reſtitués in filijs.*i. in gẽtibus fidẽ recipiẽtibus.*
b Patri.*hoc eſt a honorem patris eterni.*
c Sine principio,ſine fine. *quia Chriſtus ſecundum diuinitatem manet in eternum.*
d Oſtendens vnum Deum ſe eſſe cum patre.*per opera.ſ.diuinitatis quæ egit.quia propria operatio vniuſcuiuſque rei,oſtendit naturam eius.*
e Quia vnus eſt.*i.Deus qui eſt pater & filius, quia non ſunt duo dij,ſed vnus Deus.*
f In quo euãge. *Hæc eſt quarta pars huius prologi in qua oſtenditur vtilitas huius euangelij Matthęi. & primo oſtenditur iſta vtilitas in generali reſpectu omnium fidelium. ſecundo vero oſtenditur in ſpeciali, quantum ab beatum Hiero. ibi:* Nobis enim in hoc,&c. *In prima ergo parte oſtenditur vtilitas quantum ad quatuor:quia illi qui legunt hoc euangelium perfectè poſſunt perpendere miſericordiam Dei in vocatione Matthæi ad ſtatum apoſtolicum, & diligẽtiam apoſtoli in ſcribendo euangelium,& dilectionem Dei ex qua voluit incarnari,& perfectionem humanam quæ eſt in coniunctione ad Deum per fruitionem,qui voluit ſibi naturam humanam coniungere per ipſius aſſumptionem. & hoc eſt quod dicit,*In quo euangelio vtile eſt deſiderantibus Deum, *ideſt noticiam Dei.*
g Sic prima vel media.*ideſt principium,medium & finem huius euangelij,in quo conſiſtit perfectio.*
h Vt & intelligant vocationem apo.*in quo conſiſtit perfectio:quia de hoc fit ibi mentio.*
i Et opus euangelij.*quod ipſe deſcripſit fideliter.*
k Et dilectionem Dei in carne naſcentis. *quia ex dilectione voluit incarnari.*

a b & filij nomen patri reſtitués in filijs,ſine prin
c d cipio,ſine fine, oſtédens ſe unum cum patre
e f eſſe, quia † vnus eſt.In quo euágelia utile eſt
a Hiſtorialis. b Allegorica.
g deſiderátibus Deum ſic primá vel média vel
a Moralis.
h perfecta cognoſcere, ut & uocationé apoſto
i k li,& opus euágelij,& dilectioné Dei in carne
naſcentis per vniuerſa legéres intelligát, atq;
id in eo in quo appreh éſi ſunt & apprehéde- l
re expetunt,recognoſcát: Nobis enim hoc in m n
ſtudio argumenti fuit, & fidé factæ rei trade o p
re,& operátis Dei intelligendá diligenter † eſ q
ſe diſpoſitionem quærentibus non tacere. r s

*incarnari. Sequitur:*
l In quo apprehenſi ſunt. *ideſt ad hoc vtile eſt euangelium hoc, vt legentes ipſum.*
m Recognoſcant in eo. *ideſt in Chriſto eſſe, ſupple id, in quo reprehenſi ſunt & apprehendere appetunt ipſam diuinitatem, cui natura noſtra coniuncta eſt in Chriſto in vnitate ſuppoſiti per incarnationem, & quam apprehendere quærimus per fruitionem. Et accipitur ibi iſte modus loquendi de epiſtola ad Phil. vbi dicit ſic Apoſtolus: Sequor autem ſi quo modo apprehendam, in quo & comprehenſus ſum.* † vnum Phil. 3.c
m Nobis enim. *Hic tangitur motiuum Hieronymi ad transferendum ſeu exponendum Matthæi euangelium,ſcilicet vt traderet certitudinem rei geſtæ in euangelio Matthæi, vbi oſtenditur vera diuinitas & vera humanitas Ieſu Chriſti. & hoc eſt quod dicit:* Nobis enim. *id eſt rationis motiuæ, quia argumentum quædam ratio eſt.* • eſſe
n In hoc ſtudio. *id eſt ad ſtudendum in hoc euangelio transferendo & exponendo.*
o Et fidem.*& oper id eſt certitudinem.*
p Factæ rei tradere. *id eſt geſtorum Chriſti, & non tacere, ſed magis ſupple declarare.*
q Quærentibus.*ideſt ſcire volentibus.*
r Diſpoſitionem Dei operantis in carne.*ſcilicet aſſumpta.*
s Intelligendum eſſe diligenter. *hoc eſt cum magna diligentia & ſtudio, quia talibus reuelatur euangelij intelligentia, ſecundum quod dicitur infra. vij. e. Quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis.*

---

Expoſitio Nico. de Lyra in prologum euange. ſecundum Matthęum.

F Matthæus cum primo prędicaſſet euangeliũ. *Prologus iſte diuiditur in duas partes:quia primò ſcriptor huius euangelij manifeſtatur,ſecundo ſui euangelij autoritas declaratur ibi: Cum autem plures. In prima parte oſtẽditur quando ſcripſit, quia primus inter alios euãgeliſtas. Vbi ſcripſit?Quia in Iudęa. Qualiter ſcripſit? quia.Hebraice.Quare ſcripſit? vt veritas euangelij certa maneret apud credentes. in Iudæa a quibus recedebat, volens prædicare gentilibus Iudęis pro maiori parte in infidelitate obſtinatis hoc enim fuerat eis præceptum a Domino ſecundũ quod dicitur Actu. xiij. g. Vobis autem oportebat primum loqui verbum Dei:ſed quoniam repuliſtis illud,& vos indignos indicaſtis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes:ſic enim præcepit nobis Deus. Hac igitur de cauſa Matthæus volens tranſire ad conuerſationem gentilium ſcripſit fidelibus in Iudæa remanentibus euangelium,ut illuc cõcurrerẽt pro certa regula ad euitandum errores hæreticorum inſurgentium, & hoc eſt quod ſubditur.*
b Sicut enim neceſſe fuit ad confirmatio.fidei euangelium prædic.*prędicatione ſcilicet confirmata euidentibus ſignis,vt dicitur Marci vlti.*
c Sic & contra hæreticos ſcribi. *vt ceſſantibus miraculis poſſemus recurrere ad doctrinam euangelicam doctrinis & miraculis confirmatam, ſicut ad regulam certam hæreſes inſurgentes confutantem.*
d Cum autem plures euangelium ſcripſerint. *Hic oſtẽditur euangelium Matthæi*

## *Prologus in Matthæum.*

a Matthæus cum primò prędicaſſet euangelium in Iudæa,uolens tranſire ad Gentes, primus euágelium ſcripſit Hebraice: quod fratribus a quibus ibat, ad memoriam reliquit. Sicut enim b neceſſe fuit ad confirmationem fidei euangelium prædicare, ſic & contra hæreticos ſcri- c bi. Cum autem plures euangelium ſcripſe- d rint, quatuor tantum habent autoritatis teſtimonium:quia per quatuor mundi partes fidem núciant trinitatis,& ſunt quaſi quatuor rotæ in quadriga Domini, quæ uehit eum per prædicationé euágelij, & genus humanú quadrifida morte peremptú eorú erat prædicatione viuificandú: vnde & aliorú euágelia deciděrút,nec recepta ſunt, quia nolebát præ finitum numerú caſſari propter uirtutem ſacramenti.Deſignátur etiá euágeliſtę quatuor e figuris,quæ nó ſunt deceptoriæ, ſed iucundi myſterij ſibi conſciæ. Matthæus in homine intelligitur,qa circa humanitaté Chriſti principaliter immoratur. Marcus in leone, quia agit de reſurrectione: Lucas in uitulo agés de ſacerdotio. Iohannes in aquila ſcribens ſacramenta diuinitatis.Chriſtus vero, quem deſcribút,homo fuit de virgine natus:vitulus in immolatione, leo in reſurrectione, aquila in aſcenſione. Vel in homine humanitas, in uitulo ſacerdotium, in leone regnum, in aquila exprimitur diuinitatis ſacramentum.

*Matthæi autenticum. Et primo oſtenditur quod dictum eſt. Secundo declaratur quoddã ibi poſitum,ibi:Deſignãtur.In prima parte dicitur ſic,q plures ſcripſerunt euangelium.Et aliqui ſcripſerunt ſub nomine apoſtolorum & diſcipulorum Chriſti, immiſcẽtes eidem falſitates, vt facilius ſub nomine apoſtolorum fideles deciperentur. Et ad euitandum quatuor euãgelia, quorum ſcriptores ſunt certi & noti,ſunt ab eccleſia recepta & approbata.Et hoc rationabiliter,qa numerus quaternarius euangeliorum fuit pfiguratus Ezechielis.1.vt prædictum eſt. Sunt enim euãgeliſtæ quaſi quatuor rotę in quadriga domini qbus portatur fides Chriſti per totum mundum:Similiter genus humanũ quadruplici morte fuit peremptũ in tranſgreſſione Adæ.Primo morte culpæ.ſ.do morte naturæ:qa p hoc incurrimus neceſſitatem moriẽdi.tertio morte gebennæ,quia ex hoc oẽs deſcẽdebãt ad limbũ vſq; ad liberationẽ per Chriſtum factã. Quarto morte ciuilis pœnæ, Eſt enim mors ciuilis ſeruitus vel exiliũ p quæ ſcinditur aliqs à cõitate. Per peccatũ aũt genus humanũ erat eiectũ à ciuitate cœleſti & ſubditum ſeruituti diaboli. igitur conueniẽs fuit numerus quaternarius euangeliorum, quia per ipſorum prædicationem genus humanum quadrifida morte peremptum & viuificandum deſignatur.* H
e Deſignantur etiam euangeliſtæ quatuor figuris,quæ non ſunt deceptoriæ,ſed iucundi myſterij ſibi cõſciæ. Matthæus in homine intelligitur, quia circa humanitatem Chriſti principaliter immoratur.*Hic declaratur quoddam dictum, videlicet qualiter euangelia prædicta fuerunt præfigurata Ezechielis.1. Et patet ex prædictis qualiter in quatuor faciebus ſignificantur quatuor euangeliſtæ. Et ſic patet textus.*



A *Incipit euangelium ſecundum Matthæum.*

CAPVT I.

Cõ.in Mat. lib.1.ca.1. tom.9. Liber generationis. Hiero. Hebræi voluminibus ſuis a principiis nomen imponunt, vt liber Geneſis ex ſuo principio noiat, vbi dr: Liber generationis Adę,& hæ ſunt generationes cœli & terrę. Qui liber principium eſt veteris Teſtamenti,ſm quod in principio noui dr: Liber generationis Ieſu Chriſti: qũuis in hoc ſit parua pars libri:ſed ſic nouum Teſtamentum conſonat veteri. Et ſicut vetus carnali proponitur Iſraeli, ita nouũ ſpirituali:& vtriuſq; vnus & idẽ autor oñdit. Plenior ſenſus eſſet:Hic eſt liber generationis,ſed hic mos eſt in multis,maxime in prophetis,vt viſio Iſaiæ, ſubaudis,hæc eſt. Hiero. Ra. In principio ſatis declarat ſe agere de humanitate Chriſti,cũ incipiat a carnali gñatione. Hier. Generationis ſingulr dicit,qũis multi p ordinẽ replicẽt,qa vnius tñ Chriſti generatio quæritur propter q̃ cęteræ hic inducuntur. Nõ diuinam proponit narrationem generationẽ,quod impoſſibile eſt, vt Iſaias ait:Generationem eius quis enarrabit?ſed humanã, quamuis & hæc ex magna parte ſit inenarrabilis. Sed illa tota inenarrabilis eſt,qua etſi dicitur filius a patre genitus, tamen qualiter, nec apoſtolus, nec propheta nouit,nec angelus.
Vbi ſup. Iſa.53.c †Luc.3.c Ioan.1.a
b *Ie.Chri.* Idem Saluatoris non perditoris,quod fuit Adam. Chriſtus ipſe eſt q & Meſſias. Iõ hoc nomine retunditur Iudæorum infidelitas,q Meſſiam,id eſt regem ſuum nondum veniſſe ariolantur.
†Ge.12.a 1.Pa.1.b Gen.25.d
Hũc vero eſſe Xpm conſequenter ſic probat euangeliſta.qm hic eſt qui de patriarcharum & regum ſtirpe progenitus, de virgine mirabiliter eſt editus,ſicut eiſdem fuerat ante promiſ
B ſus.*Ieſu Chriſti.*vt per regiam & ſacerdotalem perſonam natura Dei & hominis monſtraret. Olim Ieſus rector typice nũc eſſentialiter,ſm q Deus potens ſaluare. Chriſtus nomen officii eſt,non naturæ, quia vnctus eſt in ſacerdotem ad interpellandum pro nobis,qui bene in terrã promiſſionis inducit.
Ieſus Chriſtus
*c Filij Da.fi.Abr.* Ordo præpoſterus ne pmiſſo Abrahã gñationis contextio interrumperetur Horũ duorum ſpãliter dr filius, quia vnus primus inter patriarchas, alter inter reges ad quos facta eſt de Chriſto promiſſio, vt Iudæis Chriſtum ex lege venturum aperiret,in quo viderent vaticinia impleri.*Fi. Da.fi.Abra.*Hos duos de omnibus elegit quorum filius dicitur Chriſtus,vt Iudæis quib.ſcribit,ſcientib.ex lege Chriſtũ venturum,appareret hic eſſe qui diu erat promiſſus, in quo viderentur impleri omnia vaticinia. his.n.ſolis in veteri Teſtamẽto legitur facta promiſſio. Abrahę,In ſemine tuo benedicentur oẽs gentes. Cui conſonat Dauid:Benedicẽtur in ipſo omnes tribus terrę,vnde Zacharias,hoc eſt, ſubaudis: Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum daturũ ſe nobis Dauid aũt:Iurauit Dñs Dauid veritatem & non fruſtrabitur eum,de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. Item,Semel iuraui in ſancto meo.i.Chriſto:ſemen eius in ęternũ manebit,& thronus eius ſicut ſol in cõſpectu meo &c. Quę nullatenus de Salomone accipi poſſunt, ſed de Chriſto ex Dauid orto. In libro verborum dierum:Cũ dormieris cũ patrib. tuis dabo ſemen tuum poſt te, quod nullatenus de Salomone dicitur;qui viuo patre cępit regnare, ſed de Chriſto. vnde Hieremię:Suſcitabo Dauid germen iuſtum,& regnabit rex, & ſapiens erit. Abraham & Dauid ſunt duæ columnę verſantes ĩ lege quaſi in veſtibulo añ oſtiũ qđ eſt Xps,quas ambit funiculis duodecim cubitorũ.i.fides apſorũ. Amplectit hos ĩ genealogia pfes,de quorũ medio oſtiũ Xps aperitur credentib.
Gene.22.d Pſal.71.d Luc.1.g Pſal.131.b Ibidẽ.88.e 1.Pa.17.b Hier.23.a
*d Abra.ge.Iſaac;Iſaac au.ge.Ia.* Ab eo congrue ſit gñationis exordiũ,cui pmiſſus eſt primũ,in quo eſt bñdictio oĩm. Matthęus gñationẽ incipit ab exordio promiſſionis. Et ẽt vſq; in finẽ libri hęc agitur vt q ex hac gñatione natus eſt, Deus & hõ inteligat. Ab initio ab eo cui primũ facta eſt pmiſſio fidei incipit

## *Incipit Euangelium ſecundum Matthæum.*



CAPVT I.

a ❡Liber apotheca gratiæ in qua omnis anima quod neceſſe habet inueniat.
a † Liber Generatiõis a b
a ❡Saluatoris non perditoris.
b c Ieſu Chriſti filii c
Dauid,filii Abra d
a ❡Cui promiſſum eſt: In ſemine tuo be.om.gen.& Chriſtus eſt ſemen illud in hoc gentes quærunt benedici. b ❡Fides. c ❡Spes.
a hãm: † Abrahãm genuit Iſaac. e

*clarat.ſ.Xpm verũ eſſe hoĩem & verũ Deũ.Scđo determinat de redemptione noſtra facta per ipſum.q̃ incipit in medio quarti capituli,ibi: Cũ audiſſet Ieſus q Iohãnes traditus eſſet.Iterũ prima diuiditur in quatuor ſcđm q quadrupliciter declarat Xpm verũ Deũ & verũ hoĩem. Primo .n declarat hoc teſtimonio angelico & pphetico.Scđo, ex illuſtratione cœleſti & veneratione regali:Tertio ex pdicatiõe Iohãnis & teſtificatione Dei patris.Quarto ex dæmonis tẽtatione,& ſanctorum angelorũ obſequio & veneratione. Scđa incipit capitulo ſequenti.Tertia tertio,& quarta quarto.Prima adhuc in duas: quia primo oſtendit veritatem humanæ naturæ, eius genealogiam deſcribendo.Scđo ueritatem diuinæ naturæ et modum ſuæ conceptionis mirabilem oſtendendo,ibi:Chriſti aũt generatio.Prima adhuc diuiditur in tres, quia in deſcribendo genealogiam Chriſti pmittit quendam prologum ſeu pfationẽ.Scđo ponit eiuſdẽ genealogiæ deſcriptionẽ,ibi: Abraham. Tertiò genealogiæ deſcriptæ recapitulationem,ibi: Omnes ergo generationes.In prima ergo parte intitulat librũ ſuum à Chriſti generatione,dicens:Liber generationis: quia ſcripſit Hebraice, ut uiſum eſt. Modus aũt Hebræorum eſt denominare libros ab eo de quo tractatur in principio, ſicut dicitur liber Gene. quia in principio tractatur de creatione mundi.Similiter Matthæus, qui incipit euangelium à genealogia Chriſti, ideo ab ipſo denoĩat ſeu intitulat ipſum.Ratio ãt quare incipit à genealogia Chriſti,hæc fuit, quia Iudæi negabant Ieſum Nazarenum eſſe uerum Chriſtũ,& deſcendiſſe a Dauid, quia Galilæus erat ſecundum quod dicitur Ioh.vij:Nũquid a Galilæa venit Chriſtus? q.d. non. Ideo ſubditur:Nonne ſcriptura dicit:Quia ex ſemine Dauid & Bethlẽ caſtello, vbi erat Dauid uenit Chriſtus,quaſi dicant, Sic & iu ex hoc noie bant falſe concludere,quod non eſſet uere Chriſtus nec ex ſemine Dauid. Hunc ergo errorem uolens Matthæus excludere in principio euangelii ſui oſtendit ipſum à Dauid deſcendentem per ipſius genealogiam:Oſtendit etiam eum in Bethleem natum, ut patet in principio ſequentis capit.Cum natus eſſet Ieſus in Bethleem Iudæ licet fuerit in Galilæa conceptus & nutritus. In deſcribendo autem genealogiam ponit duas partes tanquam radices,uidelicet Dauid & Abraham,quia ad iſtos eſt facta ſpecialiter promiſſio de Chriſto.Itẽ quia Dauid fuit principalis inter reges,Abrahã inter patriarchas. Chriſtus autem debebat deſcẽdere ex patriarchis & regibus.Præponitur autem Dauid ipſi Abraham:licet ſit poſterior ſecundum tempus,propter eminẽtiam regię dignitatis,& iterum ut conuenientius generationis ordo texatur:quia ſic à radice ultimo nominata inchoatur.Dicit ergo:* C D Ioan.7.a
a Liber gene.*ſupplendum eſt.Hic eſt liber ſecundum modum Hebræorum,vbi communiter fit talis ſuppletio,vt patet Iſa. 1. Viſio Iſaiæ filij Amos,ſubintelligitur,hæc eſt.Et eodem modo in pluribus alijs locis.* Iſa.1.a
b Genera.*ſ.temporalis,quia generationem Chriſti æternam deſcribit Iohannes in principio euangelij ſui.*
c Ieſu Chri.*Ieſus nomen eſt perſonæ,Chriſtus,nomen naturę. Significat.n.duplicem naturam in uno ſuppoſito.ſ.diuinam & humanam.*
d Filii Dauid,filii Abra.*Hoc eſt intelligendum ſecundum naturam humanam tantum.Vnde dicit Apoſtolus.Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem.* Roma.1.a
e Abraham ge.*Hic incipit Chriſti genealogiam narrare. Et diuiditur in tres partes ſecundum tres quaterdenas,quas ponit in iſta genealogia. Prima incipit ab Abraham,& terminatur in Dauid incluſiue. Secunda à Dauid excluſiuè,& terminatur in Iechoniam filium Ioſię incluſiuè. Et tertia incipit à Iechonia filio prædicti Iechoniæ incluſiue, ut uidebitur & terminatur in Chriſtum incluſiue.Secunda pars incipit ibi: Dauid autem.*

MORALITER.

* a *Liber generationis Ieſu Chriſti filij &c. Omnes itaque generationes ab Abraham uſque ad Dauid generationes quatuordecim.* Chriſti genealogia deſcribitur hic per tres quaterdenas generationum: Quarum aliquæ fuerunt ante legm datam Moyſi,& aliquæ tempore legis datæ & vltima.ſ.generatio Chriſti tempore gratie,quod incæpit ab eius conceptione.Et per hoc ſignatur quòd aliqui temporibus iſtis tribus ſaluati ſunt per fidem Chriſti. Vnde dicit Saluator.Abraham pater veſter exultauit,vt videret diem meum, vidit,& gauiſus eſt.Item in quaterdena ſunt duo numeri,ſcilicet denarius & quaternarius.Per denarium vero,ſignatur impletio decalogi.Per quaternarium,impletio euangelij quadrupliciter deſcripti.Per ternarium vero ſanctæ trinitatis myſterium. Per iſtos igitur numeros in genealogia Chriſti contentos myſtice ſignatur q per obſeruationem decalogi in fide trinitatis Chriſtus,qui ſol eſt iuſticiæ per ſpiritualem illuminationem oritur in nobis.2 Petr.1. Ioan.8.g
* Habemus

---

## Incipit poſtil. Nic. de Lyra ſuper Matthæum.

CAPVT I.

Diuiſio Liber gene.Ie.Chri.*Euangelium ſecundum Matthæum diuiditur in duas partes,quia prim. ſtabilit ſubiectum ſuum ſeu de clarat*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Incipit, vt in hoc patre diſcāt cui primum facta eſt promiſſio, E qui eſt, quales eſſe debeant, qui volunt in eius ſemine benedici. Matthæus generationem deſcendēdo incipit vel cōputat, quia humanitatē Chriſti oſtēdit, per quā Deus ad homines deſcēdit. Lucas aſcendendo referens formam ſacramenti aperit. A baptiſmo.n. incipiēs uſq; ad Deum aſcendit, oſtendens baptizatos aſcendere ad hoc, vt ſint filij Dei.

a *Genuit.* Matthæus ponit, genuit, quia naturæ filios tm̄ nūerat. Lucas: Qui fuit: qui aliquos ſcḋm legem vel per adoptionē filios interponit. Matthæus ponit: † Ge. 38.d genuit, & non generauit, forſitan vt ille cognoſceretur in fine oſtenſus, de quo dicitur: Ego hodie genui te. Pſal. 2.b

b *Iudam & fratres.* Ideo ſolus Iudas nominatim exprimitur, vt eū cognoſceres, qui ex eius ſtirpe fuerat promiſſus. Fratres Iudæ memorat prætermiſſis fratribus Iſaac & Iacob, quia illi a populo Dei quaſi alieni ſunt repulſi: hi velut hæredes in libro vitæ ſcripti, & quaſi patriarchæ duodecim, in quibus & numerus apoſtolorum ſignatur. Sed nominatim non exprimūtur, ne vltra numerum ſacramenti generatio extēdatur. In ſemine prædictorum patrū Xp̄s intrauit in Aegyptum: quod præſagiens inimicus populum premebat, & non feminas ſed mares interimebat, vt eum extingueret. De Iuda Chriſtus quem omnes gentes ſuſceperunt, quo veniente iam Herodes alienigena principabatur.

¶Spes. ¶Charitas.
a Iſaac autem genuit Iacob. † Iacob b
b autem genuit Iudam & fratres e-
a ¶Confeſſio. ¶Iudas confitens: & de Chriſto dicitur: Confitebor tibi pater cæli & terræ. b ¶Diuiſio.
c ius. † Iudas autem genuit Phares c
¶Oriens. ¶Amaritudo. ¶Diuiſio.
d & Zara de Thamar. Phares autem d
¶Sagitta uel arcus.
genuit Eſrom. Eſrom autem ge-
¶Chriſtus electus uel excelſus.
e nuit Aram. Aram autem genuit
¶Spontaneus uel uoluntarius.
Aminadab. Aminadab aūt genuit
¶Augurium uel ſerpentinus. ¶Iſte fuit princeps tribus Iuda.
Naaſon. Naaſon autem genuit Sal- e

c *Iudas au.* Iudas genuit Phares & Zaram antequam intraret Aegyptum, in quā ambo poſtea cum patre tranſierūt. Zara cum de vtero præmitit manum, obſtetrix coccino ligauit dicens: Gen. 38.d hic prior egredietur. illo manum retrahente alter exiuit. Cui Inſ. 15.c obſtetrix: Quare propter te diuiſa eſt maceria? Vnde & Phares. i. diuiſio dictus eſt, ſignificans illum qui ſegregabit oues ab hædis, & ſtatuet oues quidē a dextris: hædos autē a ſiniſtris.

d *Phares au. ge. Eſrom.* In Aegypto genuit Phares Eſrō, et Eſrō Arā, & Arā Aminadab, & Aminadab Naaſon, & tunc Moyſes eduxit eos de Aegypto. Naaſon fuit dux ſub Moyſe in tribu Iuda per deſertum, in quo genuit Salmon. Iſte Salmon fuit F princeps in tribu Iuda, qui cū Ioſue in terrā promiſſionis intrauit. Iſte Salmon in terra promiſſionis genuit Booz de Raab. Xp̄s eſt Phares, id eſt diuiſio, quia ſeparabit oues ab hędis. Ipſe eſt Eſrō, id eſt ſagitta vel atriū, quia penetrat corda auditorum. Habet etiam latitudinem charitatis, qua & inimicos dilexit.

e *Aram au. ge.* Aram Xp̄s electus vel excelſus interpretatur. Electus de quo propheta. Ecce puer meus quem elegi. Et alibi. Ex- Oſee 11.a celſus ſuper oēs gentes Dn̄s. Ipſe eſt Aminadab id eſt voluntarius, qui dicit. Volūtarie ſacrificabo tibi. Idem eſt Naaſon, id Pſal. 112.a eſt augurium qui nouit præterita præſentia & futura. Vel Naaſon ibid. 53.b ſerpentinus. quia Chriſtus more ſerpentis oēs cauit inſidias.

Salmon

## NICOLAVS DE LYRA.

Quid autem. *Tertia ibi: Et poſt tranſmigrationem Babylonis. In prima ergo procedit ſic.* Abraham genuit Iſaac. *Non facit mentionem de Iſmaele qui fuit filius Abraham, quia per ipſum non deſcendit Chriſtus: ſed per Iſaac erat promiſſus eius aduentus, ſecundum quod ſcribitur Gen. 21.a Geneſis. In Iſaac uocabitur tibi ſemen. Et eadem ratione non ſit mentio de Eſau, cum ſubditur:*

a Iſaac autem genuit Iacob. *Quia antequam eſſent nati, Iacob fuit à Malac. 1.a Deo dilectus, vt per ipſum deſcenderet Chriſtus, ut habetur Malachiæ, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Conſiderandum igitur, quòd hic deſcribitur genealogia Chriſti deſcendendo: quia Matthæus uoluit oſtendere aſſumptionem infirmitatis noſtræ à Deo, ut dicit Auguſtinus de* Lib. 2. ca. 4. tom. 4. *concordia euangeliſtarum. Econtrario autem Lucas deſcribit eam aſcēdendo, quia uolebat oſtendere reductionem humanæ naturę in Deum, & ideo incipit genealogiam Chriſti poſt baptiſmum, quia poſt baptiſmum reducimur in Deum. Sequitur:*

b Iacob autem genuit Iudam & fratres eius. *Licet autem Chriſtus de Iuda deſcenderit, tamen fratres eius cum eo nominantur, quia fuerunt patres populi Iſraelitici, & ab eis duodecim tribus Iſrael nominantur: Sequitur:*

c Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. *Hiero autem* Cō. in Mat. lib. 1. ca. 1. tom. 9. *reddens rationem quare iſta Thamar exprimitur, ſic dicit: Notandum in genealogia Saluatoris nullam ſanctarum mulierum aſſumi, ſed eas tantum quas ſcriptura reprehendit, ut qui propter peccatores uenerat, de peccatricibus naſcens omnium peccata deleret. unde & in conſequentibus Raab meretrix & Ruth Moabitis ponitur & Bethſabe uxor V-* Lyræ opinio alia ab opinione Hier. *riæ. Hæc Hieronymus. Sed iſtud non uidetur probabiliter dictum, quia ipſe ibidem dicit quòd propter hoc reges tres de genealogia Chriſti tolluntur.ſ.*

*tur.ſ. Orbozias, Ioas, Amaſias: quia Ioram miſcuerat ſe filiæ impijſſimę* G *Iezabelis, ideo filij eius uſque ad quartam generationem de genealogia Chriſti tolluntur: ergo non eſt probabile quòd propter peccatum in Chriſti genealogia nomina mulierum exprimuntur. Item quòd dicit ibi nullam ſanctam mulierem poſitam in genealogia Chriſti, patet falſum de Maria matre Chriſti, quæ ſanctiſſima eſt & fuit. Item quòd dicit Raab & Ruth ibi ex-* †Gen. 29. & 30. *preſſas propter peccatum, nō videtur verum, immo propter uirtutis actum. De Raab enim ſcribitur quòd propter virtutem ſuſcepit exploratores Iſrael & eos ſaluauit, ut patet Ioſue ij. propter quod ponitur in Catalogo illo-* Ioſue 2.c *rum qui ex fide fecerunt notabilem actum, vt habetur ad Hebr. xi. Quòd autem dicitur* Heb. 11.d *meretrix non obſtat: quia hoc erat tantum ipſius cognomen & ideo non oportuit quòd eſſet talis ſecundum rem: Sicut aliquando econtrario aliquis pauper ruſticus cognominatur nomine regis, ut Petrus rex vel huiuſmodi. Hebræi etiam dicunt hoſpitatricem, ubi nos habemus meretricem, ut dixi plenius Ioſ. ij. c. Similiter quod dicitur de Ruth Moabitide, quòd eam ſcriptura reprehendit, non uidetur uerū immo magis eam commendat. Tum quia ſocrui ſuæ fideliter adheſerat: tum quia eiecta gentilitate fidem vnius Dei ſuſcepit, vt habetur Ruth. 1. cap. Tum quia in viduitate caſtè vixit, vt dicitur Ruth. iij. ex verbis Booz ad ipſam: Benedicta es filia à Domino,* Ruth 3.b *& priorem miſericordiam poſteriore ſuperaſti, quia non es ſequuta iuuenes pauperes ſeu diuites. Tum quia fuit optimæ famæ. Vnde ibidem ſubditur: Scit omnis populus qui habitat inter vrbis meæ portas, mulierem te eſſe virtutis. Salua igitur beati Hieronym. & meliori ſententia, videtur quòd melius poteſt dici, quòd mulieres iſtæ hic ſunt expreſſæ, quia fuerunt viris ſuis ex quibus conceperunt accidentaliter coniunctæ. Iſtæ autem quæ fuerunt primæ & principales, ſiue bonæ ſiue malæ non exprimuntur, ſed ſufficit expreſſio viri, quia vir & vxor pro vna perſona computantur. Quod autem prædictæ mulieres fuerunt accidentaliter coniunctæ, patet ex textu Bibliæ, quod omitto cauſa prolixitatis vitandæ. Nec debet aliquis moueri, ſi ego recedo in hoc à dictis Hieronymi: quia dicta ſanctorum non ſunt tantæ autoritatis, quin liceat ſentire* Doctorum ſcripta quā authoritatē habeant. *contrarium in his quæ non ſunt per ſacram ſcripturam determinata. unde dicit Auguſtinus in epiſtola ad Vicentium de ſcripturis ſanctorum* Epiſtol. 48. tom. 2. *doctorum. Hoc genus ſcripturarum à canonicis ſcripturis diſtinguendum* H *eſt: Non enim ex eis ſic teſtimonia proferuntur, vt contrarium ſentire non liceat. Sequitur:*

d Pha. au. genuit Eſrom. *Iſte Phares cum Iuda patre ſuo & Iacob auo ſuo deſcendit in Aegyptum, & ibi genuit Eſrom, & Eſrom Aram, & Aram Aminadab, et Aminadab Naaſon. Iſte autem Naaſon cum patre ſuo exijt de Aegypto, & ideo fuit princeps in tribu Iuda in deſerto poſt patrem ſuum. Quòd enim iſte Aminadab fuit princeps tribus Iudæ in exitu de Aegypto, habetur Cant. vi. vbi dicitur: Anima mea turbauit me propter quadrigas Aminadab. Ad cuius euidentiam conſiderādum quòd liber Canticorum ſecundum doctores Hebræos eſt de Deo & eccleſia Iſrael educta per ipſum de Aegypto. In exitu Iſrael de Aegypto Dominus ſiccauit viam per medium maris rubri, & aquæ ex vtraque parte erant altæ ad modum muri, ſicut habetur Exo. xiiij. & ideo filij Iſrael timebant intrare. Iſte Aminadab princeps tribus Iudæ cum tribu ſua primus intrauit poſt Moyſen, & ex hoc tribus Iuda dignitatem regni meruit. Et ideo dicitur: Anima mea turbauit me &c. quia filij Iſrael videntes Aminadab præcedentem cum curribus ſuis, admirati ſunt propter eius audaciam, & ſequuti ſunt eum: igitur poſt ipſum Aminadab filius eius Naaſon fuit princeps tribus Iudæ in deſerto, ut dicitur Nu. 1. cap.*

e Naaſon autem ge. Salmon: Salmō autem genuit Booz de Raab. *Hic eſt vnum dubium, quomodo iſta Raab quæ erat de genere Chananæorum, fuit coniuncta ipſi Salmon in matrimoniū, quia erat prohibitum filijs Iſrael, ne vllo modo contraherent cum Chananæis matrimonia, vt habetur Deuterono. vij. Dicendum ad hoc, quòd iſtud fuit præceptum eis ne per Chananæas à cultu veri Dei auerterentur, & ad idola conuerterentur,*

## MORALITER.

✱ Habemus firmiorem propheticum ſermonem cui benefacitis attendentes quaſi lucenti in caliginoſo loco, donec dies illuceſcat, & Lucifer oriatur in cordibus veſtris. Item tres quaterdenæ faciunt quadragintaduas generationes per quas peruenimus ad Chriſtum, qui promiſſus eſt nobis in præmium, ſicut filij Iſrael per quadragintaduas manſiones uenerunt ad terram ſibi promiſſam. Chriſti autem generatio ſic erat &c. Per hoc autem quòd Chriſtus conceptus & formatus fuit in vtero virginali per operationem ſpiritusſancti, ſignatur quòd ſpiritualiter concipitur & formatur in mente pura opere ſpiritusſancti. Galatas iij. cap. Filioli mei quos ego iterum parturio, donec formetur Chriſtus in uobis.

✱ Ioſeph



a *Salmon autem genuit Booz.* Chriſtus eſt Salmon. i. ſenſibilis, A quia omnia ſentit. ipſe accipit Rab. i. eccleſiam de Gentibus. Raab, fames vel beatitudo vel impetus: quia eccleſia Gentiū eſurit & ſitit iuſticiam, & dilatata per orbem terrarum impetu doctrinę Philoſophos & reges cōuertit. Raab oſtēdit coccinū in feneſtra. i. in ore per cōfeſſionē Ioſ. 2.a Chriſti paſſionē declarat. Raab meretrix quę nuncios Ioſue ſuſcepit, quam Salmō princeps tribus Iudæ ſibi copu- †Rut. 4.d lauit, ſignificat eccleſiā de Gentibus, quę principi ex Iuda. i. Chriſto copulatur. Et ſola cū ſuis ſaluatur, dum Iericho. i. præſens ſeculū ſeptem muris viciorū vallatum ſeptem dierum tempore tubis prędicationū circūuallatur, donec in nouiſſima 1. Cor. 15.g tuba omnes muri corruant, & nouiſſima mors deſtruatur.

b *Booz autem.* Booz Chriſtus. De quo dicitur: Dn̄s in fortitudine veniet. *Fortis.* Iſa. 40.c Nota nullā de ſanctis fœminis in genealogia Chriſti aſſumi, ſed quas ſcriptura reprehendit. Debuit.n. de peccatoribus naſci, qui pro peccatoribus venerat, vt diſcerēt ſui peccata patrum ſibi nō obeſſe. Vn̄ agnus in Paſcha immolādus iuſſus eſt aſſumi ex capris et ouibus. i. ex iuſtis & peccatoribus generādus. *Infames perſonæ in genealogia Chriſti annumerantur, & quare.* Exo. 12.a *Hiſtoria.* Hiſtoria. Elimelech fuit de tribu Booz, & vxor eius Noemi, qui cum vxore ſua iuit ad Moabitas, vbi filij ſui duxerunt vxores: ſed mortuo patre & filijs ſine ſemine, Ruth cū Noemi ſocru ſua venit in Iudæam & genuit ex ea Booz, Obeth.

¶Senſibilis. ¶Fortis.
a b mon. Salmon autem genuit Booz
¶Latitudo. ¶Raab Hebraice, Rachab Græce.
c de Raab † Booz āt genuit Obeth ex a
a ¶Feſtinans. b ¶Chriſtus ſeruiens vel ſeruitus: quia non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. c ¶Incenſum vel incenſum. ¶Chriſtus eſt ſacrificium vel incenſum: qui pro nobis hoſtia factus eſt.
d Ruth. Obeth autē genuit Ieſſe: Ieſſe b c
a ¶Manu fortis vel aſpectu deſiderabilis.
e f autem genuit Dauid regem: Dauid d
aūt rex genuit Salomonē ex ea quæ
g fuit Vriæ. Salomon autem genuit e
¶Latitudo populi.
i Roboā: Roboam aūt genuit Abiā:
¶Pater Dominus. ¶Attollens.
k Abias autē genuit Aſa: Aſa autem
l genuit Ioſaphat: Ioſaphat autem
¶Excelſus.
m genuit Ioram: Ioram autem genuit f

c *Ex Ruth.* Moabitide, vt oſtendat impletum vaticiniū Iſaiæ: Iſai. 16.a Emitte agnum Domine dominatorē terræ. Per hanc ſemen Abrahæ ad Chriſtum deducitur. Eccleſia de Gentibus per Ruth ſignificata, priuſquam ad Booz. i. ad Chriſtū veniret, ex patre diabolo erat. Miſtice: Ruth ſignificat eccleſiam, quæ eſt *Myſticè* de Moab (i. de Gentibus quæ ex patre diabolo) & petra deſerti, propter idololatriam, de qua Deus ſuſcitauit filios Abrahæ: Oblita prioris Gentis venit ad Booz qui fortis dicitur. i. ad Chriſtum, qui ſuſcitat ſemen fratris ſui i. Moyſi qui obijt Heb. 7.c ſine liberis, quia neminem ad perfectum duxit lex. Ruth, vi- B dens vel feſtinans: quia eccleſia puro corde Deum uidet quę feſtinat ad brauium ſupernæ viſionis, & diffinit perſeuerare in fide & dilectione Dei.

d *Ieſſe autem.* Pater Dauid ſæpius nominatur Iſai, ſed binomius fuit. Hic autem ideo dicitur Ieſſe: vt ſcires eum veniſſe. de quo Iſa. Egredietur virga de radice Ieſſe &c. Hic eſt flos Iſai. 11.a quem odorat Iſaac, dicens: Ecce odor filij mei ſicut odor agri Gene. 27.a pleni, quia ſpiritus eum abūdantiſſime repleuit.

e *Regem.* Non quod ſolus in hac genealogia rex, ſed quia primus rex de Iuda & regum principium, propter quem & cæteri in ſolio regni ſeruantur: & per iſtum ordo generationis decurrit ad Chriſtum, qui habet regnum Dauid.

f *Dauid autem rex.* Hiſtoria. Dauid in ſolario ſedēs, vidit Beth- *Hiſtoria* 2. Re. 11.a ſabee ſe lauantem: placuit ei, & vocauit, iacuitque cum ea: qua grauida reuocauit Vriam de expeditione, vt ſic intraret in domum, vt ſic partus aſcriberetur ei, qui nolens intrare iacuit in veſtibulo, dicens, quod dum arca eſſet in tabernaculis, non intraret in domum ſuam. Acceptis igitur literis mortis ſuæ, ad expeditionem reuerſus eſt: & ſicut Dauid præceperat, occiſus eſt a Ioab: Dauid in ſolario Chriſtus eſt, qui in ſole poſuit tabernaculū ſuum. Bethſabee, puteus ſacietatis ſeptimus. ſ. lex per cuius cognitionē ſpiritualis gratia mōſtratur: Vrias Iudaicus populus, qui per legem de luce Dei gloriatur: Sed huic Chriſtus legē abſtulit, quā de ſe loqui docuit. Ille vero dū mādata legis implere nititur, quaſi epiſtolas fert vnde damnetur Vrias ēt Iudaicus populus qui noluit intrare in domū. i. in ſpiritualem legis intellectum, dicens, quia arca Dn̄i. i. eccleſia eſt in tabernaculis. i. in figuris. Ideo nō intrauit in domū, id eſt nō accipit alium intellectum, ſed accipit literas ſuæ mortis. i. intellectum literalem qui ducit eum ad mortem. Myſtice *Myſtice* Dauid i. Chriſtus qui Goliam. i. diabolum ſuperauit. Ipſe eſt manu fortis, vel viſu deſiderabilis. De eodē dicitur: Dn̄s fortis & potens &c. Et iterum: Speciosus forma præ filijs homi- Pſal. 23.b num. Bethſabee, puteus ſacietatis i. abundātia gratiæ ſpiritua- Ibi. 44.a lis, quæ munere ſeptiformi eſt puteus ſacietatis, in quo eſt fōs Ioan. 4.b aquæ in ſalientis vitā æternam. Tres prędictæ ſine pudore nominis ponuntur, quia non ſolum culpari, ſed etiam laudari meruerunt. Iuſtus aūt noīe dignus eſt. Sed in hac quia loquendo neqt, ſaltē ſilētio noīs qd turpe ē tegit. Nomē viri quaſi iuſti ponit, vt in hoc īmanitas ſceleris verecūdius memoretur, dū eius cā eſt occiſus. Vxor tamē propter ſacramentum eccleſię dicitur, quæ occiſo diabolo in cōiugium veri regis aſciſcitur.

Vriæ.

g *Vriæ.* Vrias, lux mea, Dei ſcilicet, id eſt diabolus, qui dixit: C Similis ero altiſſimo, cui eccleſiam coniugatam Chriſtus de ſolario paternæ maieſtatis adamauit, & pulchram factam ſi- Iſa. 14.c bi matrimonio copulauit. Vrias qui eſt figura diaboli, lux mea Deus interpretatur, qui adhuc transformat ſe in angelū 2. Corin. 11. lucis, & lucem Dei ſe facit.

h *Salomon au.* Chriſtus eſt Salomon. i. pacificus, quia ipſe eſt pax noſtra qui Ephe. 2.c fecit vtraq; vnum. Ipſe eſt Roboam. i. impetus populi, qui uelociter populos conuertit ad fidem.

i *Roboam.* De iſto dicitur: Dabo ipſi 3. Reg. 11.f Roboam tribum Iudam, ut remaneat lucerna Dauid cunctis diebus in Iſrael. Quod ad literam non poteſt accipi, quia nec Iſrael cunctis diebus extitit, nec de Dauid poſt Chriſtum dux aliquis in Iſrael fuit. Sed Chriſtus lucerna eſt æterna in cæleſti Iſrael, & iō ſeruatur ſemper. Super ſolium autem Dauid dicitur ſedere Chriſtus, quia regnum Dauid temporale figurauit æternum Chriſti regnum.

k *Abia.* Pater Dominus: Id eſt Chriſtus, qui dicit: Ego ero illi in patrem, qui 2. Re. 7.b tamquam Dominus omnia quęcumque uoluit fecit. Qui etiam eſt Aſa, id Pſa. 113.b eſt attollens. quia ipſe abſtulit peccata mundi.

l *Ioſaphat. & cętera.* Iudicans vel iudicium Dei, ſcilicet Chriſtus qui iudicat orbem terræ in æquitate. Ioan. 1.d

m *Ioram autem genuit.* Chriſtus eſt Ioram, id eſt excelſus, qui Pſa. 95.c ait: Nemo aſcendit in cælum, niſi qui de cælo deſcendit. Ioan. 3.b

Nota

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *uerterentur, ut ibidem habetur: & ideo quando aliqua perſona inueniebatur fidelis, & ex fide ueri Dei aliquid magnū egiſſe, ſicut fecit iſta Raab, ut prædictum eſt. tunc diſpenſabatur, ut poſſet coniungi in matrimonium cum filijs Iſrael, & propter hoc iſta Raab coniuncta eſt principi nobilioris tribus ſcilicet Iudæ, quia pro filijs Iſrael fecerat magnum* D *actum uirtutis in exploratorum ſaluatione.*

a Booz aūt genuit Obet ex Ruth. &c. *Eodem modo iſta Ruth coniuncta eſt Booz qui erat nobilior de ciuitate Bethleem, licet enim eſſet prohibitum in lege, quòd non acciperent in matrimonium mulieres Moabitidas, propter quod Eſdras fecit illas eijci cum filijs ſuis à filijs Iſrael, vt habetur. 1. Eſdr. c. x. ca. Ruth tamen Moabitidis propter actum uirtutis ex diſpenſatione coniuncta eſt ipſi Booz: quia ſicut dictum eſt, pro fide unius Dei ſuſcipienda reliquit terram ſuam, & uenit in Iudæam cum ſocru ſua. Sed oritur dubium, quomodo iſte Booz genuit Obeth ex Ruth:* Deut. 7.d *quia à principio ducatus Ioſue, quando ſ. Salomon accepit Raab, & inde genuit Booz vſq; ad tempus in quo cœpit Heli iudicare populum, in* Obeth quomodo genitus ſit ex Booz & Ruth *quo tempore iſta Ruth uenit cū Noemi in Iudęam, influxerunt cccxxv. anni & plus, ut poteſt patere computanti tempora iudicum intermediorum, & ideo dicendum quòd tres fuerunt Booz ſibi ſuccedentes, auus, filius & nepos: primus genitus eſt à Salmon de ipſa Raab, & tertius genuit Obet ex Ruth. Et quia Euangeliſta uolebat uſque ad Dauid vnam quaterdenam tantum ponere, ideo iſtos tres ſimiliter nominatos, & ſibi inuicem immediate ſuccedentes uoluit uno nomine comprehendere.*

b Obeth au. *Iſte autem alio nomine uocatus eſt Iſai, ut habetur. 1. Re.* 1. Re. 16.a *Sed nomen Ieſſe hic ponitur, quia de ipſo hic agitur, prout Chriſtus deſcendit ab eo, ut ſcriptum erat Iſa. xi. Egredietur uirga de radice Ieſſe, & flos de radice eius &c. Et ideo ex nomine Ieſſe hic poſita oſtenditur iſta prophetia completa fuiſſe.*

c Ieſſe autem genuit Dauid regem. *Iſte autem nominatur ſolus rex, licet ante eum & poſt fuerunt plures alij reges: quia iſte fuit primus electus in regem ſecundum beneplacitum diuinum, ut oſtenſum eſt ſupra & propter excellentiam ſanctitatis ſuæ.*

d Dauid autem rex genuit Salomonem, ex ea quæ fuit. *Tacetur nomen Bethſabee, & exprimitur uir eius qui fuit iuſtus & bonus, ut patet. ij. Regum. xi. Et ut oſtendatur, quod Bethſabee de qua fit aliqualiter mentio, accidentaliter coniuncta eſt ipſi Dauid ſcilicet per mortem* Cap. 11. b. & d. *Vriæ.*

e Salomon autem genuit Roboam. &c. *Sub iſto Roboam diuiſum eſt regnum Iudæorum in duo regna, ut patet. iij. Regum. xij. quia decem tribus receſſerunt ab eo, & adhæſerunt Ieroboam, & tunc dictum eſt regnum Iſrael. Duæ autem tribus, quæ remanſerunt ipſi Roboam, dictæ ſunt regnum Iuda.*

f Ioram autem ge. Oziam &c. *Sicut patet ex iiij. Reg. Hic omittuntur* 3. Reg. a *tres reges ſibi ſuccedentes: quia Ioram genuit Ochoziam: Ochozias autem genuit Ioas: Ioas autem genuit Amaſiam: Amaſias autem genuit Oziam. Ratio autem huius eſt ſecundum Hiero. quia Ioram accepit vxorem filiam impijſſimæ Iezabelis, ideo filij eius uſque ad quartam generationem*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

Nota quòd Ioram non genuit Oziam, ſed potius genuit Ochoziam. Ochozias genuit Ioas, & Ioas Amaſiam, & Amaſias Oziam, qui & Azarias. Ioram duxit filiam Iezabel & fornicatus eſt, & fratres ſuos occidit. Vnde infirmatus eſt dolore uteri, ut uiſcera egereret. quem ſequutus Ochozias ingreſſus eſt per uias domus Achab. Ioas autem adorauit ſculptilia, & Zachariam filium Ioiadæ, qui cum nutrierat & regem fecerat, occidi præcepit: quia eum de idololatria increpauit. Amaſias quoque coluit Deos Seir. Iõ & ibi tres de generatione Chriſti ſunt excluſi, ſm illud: Viſitabo pctã patrum, vſq; in tertiam & quartam gñationem. Sed hoc dictum eſt de illis qui peccata patrum ſequuntur. nam & bonus de malo genitus miſericordia eſt dignus, et malus de bono natus punitur. Alij qui ponuntur q̃uis mali fuerint, uel bonos generant, vel a bonis generãtur, ut Ioram filius Ioſaphat uiri iuſti. Ozias pene in omnibus rectum fecit, niſi q in cenſum adolere uoluit, vnde & in fronte lepra percuſſus eſt. Hic tres reges ſunt intermiſſi, uel ideo quia propoſitum fuit Euangeliſtæ teſſeradecades ponere, uel quia Ioram miſcuerat ſe generi Iezabel: & dictum eſt per prophetam in throno regni quemq; non eſſe ſeſurum de domo Achab, niſi in quarta generatione, ideo memoria eius a ſancta generatione tollitur uſque ad tertiam generationem, purgata uero labe gentilis familiæ, in quarta origo Chriſti numeratur.

(Margin: 4. Par. 22. a; Ibid. 24. c; Exod. 20. a; 4. Reg. 3. 8; *Ioachim. Ioachim autem genuit. † in exilio Babylonico, ſeu de migratione in Babylonem.; 3. Reg. 22. f)

Vbi ergo ordo a rectitudine deflectitur & in diuerſum tendit, angulũ facit: & id, quod in angulo eſt, bis numeratur. Trãſmigratio in Babyloniam, ſignificat tranſitum apoſtolorum ad Gentes. In qua tranſmigratione Chriſtus factus lapis angularis, vtrunque populum complectitur, quod oſtendit per Iechoniam bis poſitum. Omnes, qui a Dauid vſque ad traſmigrationem Babylonis numerantur, reges fuerunt. G

a Roburſtus Domini. De quo dicitur: Fortitudo mea Dominus.

a Oziam. Oziãs autem genuit Ioathan: Ioãthan aũt genuit Achaz:

a Proiectus. i. Chriſtus, de quo eccleſia quotidie in melius proficit.

a Comprehendens. i. Chriſtus, quia nemo nouit patrem niſi filius.

Achãz autẽ genuit Ezechiam. b Ezechias aũt genuit Manaſſen, a

Obliuio.

c d Manaſſes autem genuit Amõ. b Amon autem genuit Ioſiam: e Ioſias ãt genuit *Iechoniã et frẽs c eius † in tranſmigratione Babylonis. Et poſt tráſmigrõnẽ Babylõis, Iechonias genuit Salathiel, d Salathiel aũt genuit Zorobabel.

a Iechonias præparatio Domini quod conuenit Chriſto qui dicit, uado parare uobis locum.

f Iechonias. Prior Iechonias, reſurrectio Domini, ſequens Iechonias præparatio domini dicitur: Vtrunque cõgruit Chriſto, qui eſt reſurrectio & vita.

g Salathiel. Petitio mea Deus Chriſto cõuenit qui dicit: Pater ſancte, ſerua eos quos dediſti mihi, vt ſint vnum ſicut & nos. (Ioan. 17. b)

h Salathiel autem genuit Zorobabel. Hoc in multis ſcripturis legitur: ſed in Paralipomenon filij Iechoniæ: Aſſir, Salathiel, Melchiram & Phadaia: & de Phadaia orti ſunt Zorobabel & Semei. Sed tradunt Hebræi Trinomium fuiſſe Aſſir, Salathiel Melchiram & Phadaia. Vel Salathiel & Phadaia fratres filios, quos genuerunt, vterque ſuum vocauit Zorobabel. Cum de iſto dicat Euangeliſta Abiud genitum. Paralipom. dicit quòd Zorobabel Moſollẽ genuit, & reliquos inter quos Abiud non numeratur, ſed multa vicio ſcriptorum in Paralipomenon deprauata ſunt. vnde multæ & interminatæ genealogiæ inueniuntur quas iubet apoſtulus vitari. (1. Par. 3. b)

Zorobabel

a Ozias. Sub Ozia Ioatham, Achaz & Ezechia, prophetauit Iſaias de Chriſto. Propter peccata principum claudebantur ora prophetarum.

b Ezechias. Fortis Dñs, ipſe eſt q dicit aplis: Nolite timere. Ezechie cum eſſet ſine liberis dictum eſt: Diſpone do. tuę. quia mo. Iõ fleuit non pp longiorem uitam, cum ſciret inde placuiſſe Deo Salomonem, & non petijſſet ampliores annos. Sed quia dubitabat ne promiſſio Dei impleretur cum ſe ſciret eſſe de Dauid, per quem oportebat uenire Chriſtum, & ipſe erat ſine liberis: unde & dicebat: Non uidebo Deum, non aſpiciam hominem: Ecõtra credebat, quia fidelis eſt qui promiſerat, Deus autem ſententiam, quam dederat, ad probationem fidei immutat, & ſpacium generandi dat. F

(Margin: Infra. 10. c; Iſa. 38. a; 3. Reg. 3. b; Iſai. 38. b)

c Manaſſes. Obliuioſus. Iſte eſt, qui quaſi conuerſo peccatori dixit. Omnium iniquitatum eius non recordabor.

d Amon. i. fidelis uel nutricius ſignificans Chriſtum. de quo dicitur: Fidelis Dominus in omnibus vijs ſuis, qui conuocat filios, vt gallina pullos ſuos. (Ezec. 18. c)

e Ioſias. i. ſalus Domini vel incenſum. Ille eſt qui dicit: Dirigatur oratio mea ſicut incenſum &c. Ioſias, rex iuſtus, quod nõ filij eius quos genuit, non in tranſmigratione, quia nunquam tranſmigrauit: ſed ſecundum prædeſtinationem Dei ad tranſmigrandum. Iechoniam & fratres eius ſimul ponit. ut quorũ eſt communis iniquitas, ſimilis ſit & miſeria. Iechonias præparatio Domini, quia tam patrem quam filium Dominus ad tranſmigrandum præparauit. Legitur in libro Regum quòd Ioſias genuit Ioachaz, & Ioachim, qui & Heliachim et Sedechiã. Ioachaz ſucceſſit patri in regnum, quo capto a rege Aegypti ſubſtitutus eſt loco eius Ioachim frater eius. Quo mortuo regnauit Ioachim (qui & Iechonias dictus eſt) filius eius pro eo: quo capto a rege Babylonis, loco eius Sedechias poſitus eſt. Iſidorus. Veritas hyſtoriæ habet, quòd duo fuerunt Iechoniæ, vt vnus. ſ. pater ſit in fine præcedentis teſſeradecadis, alter in principio ſequentis. Sed myſtice ſecundum Augu. unus & idem eſt in fine præcedentis & in principio ſequentis. Sed quare prætermiſſus eſt Ioachim pater Iechoniæ, forſitan vt typum Chriſti faceret, Iechoniam bis numerauit, & Ioachim, ne numerus augeretur, prætermiſit. Rab. Quæritur quare Iechonias dicitur filius Ioſiæ, cum Ioſias Ioachim, & Ioachim genuit Iechoniam. Si autem eundem Iechoniam bis numeremus in fine. ſ. pręcedentis teſſeradecadis & in principio ſequentis ad hoc vt tres plene teſſeradecades inueniantur, iam non erunt. xlij. patres. Diuerſis modis ſoluitur hoc. Hiero. dicit quòd vterque pater & filius Ioachim & Iechonias uocabatur, & ita unum habemus in fine præcedentis teſſerædecadis & alterum in principio ſequentis, vt cum dicit Ioſias genuit Iechoniam, Ioachim intelligamus: Cum vero dicit, Iechonias genuit Salathiel, Ioachim accipiamus. Auguſt. vero dicit quòd vnus bis numeratur ſcilicet Iechonias, qui & Ioachin dictus eſt: a quo facta eſt quædam in exteras gentes deflexio, quando in Babyloniam tranſmigratum eſt. Vbi

(Margin: Pſal. 144. c; Ibid. 140. a; 4. Reg. 23. f & 24. a; In Matth. De conſen. euang. li. 2. c. 4. tom. 4.; Iechonias ſecundum aliquos & Ioachin pro eodem & aliter accipiuntur Cõ. in Mat. li. 1. ca. 1. tom. 9.; vbi ſup.)

## NICOLAVS DE LYRA.

*rationẽ de genealogia Domini excluduntur, & maxime quia Euangeliſta volebat vnam quaterdenam tantum ponere ratione iam prædicta: ideo oportebat tres reges excludere. Et iſti tres ration. prædicta conuenientius alÿs remouentur. Sequitur:*

a Ezechias autem genuit Manaſſen. *Iſte Ezechias non habebat hæredem quando dictum eſt ei per Iſaiam prophetam. Diſpone domui tuæ, quia morieris tu & non viues: & tunc fleuit non timore mortis, ſed propter defectum ſeminis, timens ne Chriſtus de eo non naſceretur: & ideo ipſo orante cum lachrymis additi ſunt vitæ ipſius anni quindecim: & tunc genuit Manaſſen. Qui quidem Manaſſes licet primo fuerit peſſimus, quia de eo ſcriptum eſt, quòd ipſe impleuit Ieruſalem ſanguine prophetarum vſque ad os. inter quos Iſaiam auunculum ſuum ſecari fecit: propter quod in captiuitatem ductus eſt: tamen finaliter pœnituit, & ad regnum ſuum reductus fuit, vt habetur. ij. Paralipo. Sequitur:* (Eſa. 38. a; H; 4. Re. 21. c; 2. Paralip. 33. c)

b Manaſſes autem genuit Amon: Amon autem genuit Ioſiam. *Ioſias iſte fuit optimus, qui in iuuentute ſua cœpit quærere Dominum, & deſtruxit templa idolorum per totum regnum ſuum.*

c Ioſias autem genuit Iechoniam & fratres eius in tranſmigratione Babylonis. *Non quia adhuc eſſet tranſmigratio quando geniti ſunt, ſed quia imminebat. Nominantur autem fratres Iechoniæ cum eo, quia ſimiles ei fuerunt in captiuatione. Ioachaz autem qui primus regnauit poſt Ioſiam, captiuatus eſt per regem Aegypti, vt habetur. iiij. Reg. Rex autem Aegypti conſtituit regem loco ipſius fratrem eius Eliachim mutato nomine ipſius: & vocauit eum Ioachim vel Iechoniam. Et iſte eſt, qui dicitur hic genitus a Ioſia: quem captiuauit rex Babylonis: ducens ſecum in Babylonem: ſed in itinere remiſit eum ſub iuramento quòd ei fideliter ſeruiret, ſed iſte Ioachim quarto anno volens rebellare, ab exercitu regis Babylonis captus eſt & occiſus & cadauer eius extra Ieruſalem proiectum: ſicut fuerat per Ieremiam prædictum: Ierem. xxij. cap. Sepultura aſini ſepelietur. & regnauit Ioachin filius eius pro eo, qui ſimiliter dictus eſt Iechonias, ſed aliter ſcribitur quàm primus: quia pater eius Ioachim per. ch. & .m. alius autem per ch. & .n. & iſte regnauit tribus menſibus, & poſtea adductus eſt in Babylonem captiuus cum matre & nobilibus de terra Iuda: & conſtitutus eſt Sedechias auunculus eius filius Ioſiæ rex in Ieruſalem a rege Babylonis. Et. xi. anno regni eius, quia rebellauerat, captus eſt a rege Babylonis, & excæcatus eſt in Babylonem ligatus ductus, & Ieruſalem deſtructa, & templum combuſtum: ut habetur. iiij. Reg. Et ſic patet, quòd fratres Iechoniæ filij Ioſiæ fuerunt captiuati ſicut & ipſe: propter quod nominantur cum ipſo.* (4. Re. 24. d; Ioachim & ioachin quo modo & pro quibus nominẽtur & ſcribantur; 4. Re. 25. b)

d Et poſt tranſmigrationem Babilonis Iechonias genuit Salathiel. *Iſte Iechonias, a quo incipit tertia quaterdena, non fuit Iechonias filius Ioſiæ, ſed nepos eius per n, ſcriptus, vt dictum eſt: aliter non eſſent quatuordecim in iſta quaterdena vltima.*

e Salathiel autem genuit Zorobabel. *Et iſte Zorobabel eſt ille ſub quo tranſmigratio redijt de captiuitate. vt habetur. 1. Eſdræ. ij.*

Zorobabel



A a *Zorobabel autem genuit Abiud.* Magiſter Babylonis. i. cõfuſionis. Illi conuenit, qui mundum ab errore idololatriæ ad viam veritatis reuocauit. Fuerunt viri ſtudioſi ex Iudæis dicti Heriles pp propinquitatẽ gñis Chriſti, erantq; Nazaræi, qui ordinem genealogiæ Chri partim memoriter, partim ex libris dierum, partim ab auis & proauis retinentes ſecundũ ordinẽ ſcripſerũt. (Heriles)

b *Abiud.* i. pater meus. Iſte Chriſto conuenit, de quo dr̃: Ipſe inuocauit me: pater meus es tu &c. De Abiud vſq; ad Ioſeph nulla hiſtoria inuenitur in Paralipomenon: ſed annales fuerunt apud Hebræos, de quibus Herodes multos cõburi fecit, vt cõfunderetur ordo regiæ ſtirpis: & forſitan Ioſeph nomina patrum ibi legerat, vel aliquo modo ibi retinuerat, per quem euangeliſta ſeriẽ hanc generationis poſuit. Sed ſiue hoc ſiue alio modo, euangeliſtę fuit hęc certa generationis ſucceſſio. (Pſal. 78. d; † 27. q. 2. c. genuit)

c *Eliachim.* Dominus reſuſcitans. Ille qui dicit: Omnis qui videt filium & credit in eum, habebit vitam ęternam, & ego reſuſcitabo eum &c. (Ioan. 6. e)

d *Azor.* adiutus. Ille eſt qui dicit: Ecce Deus adiuuit me, dominus ſuſceptor eſt animæ meæ. (Pſal. 53. a; † ad demigrationem Babilonicam)

e *Sadoch.* Iuſtus. i. Chriſtus. de quo dr̃: Iuſtus domin⁹ & iuſtitias dilexit. (Ibid. 10. b)

f *Achim.* i. frater meus iſte. Quis ali⁹ q̃ ille qui homo fieri uoluit, vt poſſit hr̃e fratres, de qb. diceret: Nũciabo nomẽ tuũ fratrib⁹ meis.

g *Eliud.* Id eſt Deus meus. conuenit Chriſto, qui dicit: Deus meus, vt quid dereliquiſti me? (Ibid. 21. e; Inf. 27. f)

h *Eleazar.* i. Deus meus adiutor. Ille eſt, qui ex perſona hominis dixit: Deus meus ſperabo in eum.

i *Mathan.* Donans vel donatus. Ille eſt, qui dedit dona hominibus: Et de quo dr̃: Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuũ daret. Per hos patres Chriſtus in mundum, & omnium horũ in ſe gerebat officiũ. Et dignũ eſt, ut p eandẽ lineã ſanctitatis ad eum aſcendamus, per quã ad nos deſcẽdere eſt dignatus. (Pſal. 90. a; Ioan. 3. b; B)

a Zorobabel autem genuit Abiud: b Abiud autem genuit Eliachim: c Eliachim autem genuit Azor: d Azor autem genuit Sadoch: e Sadoch autem genuit Achim: f Achim autem genuit g Eliud: Eliud autem genuit Eleazar: i Eleazar autem genuit Mathan: Mathan autem genuit Iacob: † Iacob autẽ k genuit Ioſeph virum Mariæ, l de qua natus eſt Ieſus, qui uocatur Chriſtus. m Omnes itaque generationes ab Abraham vſque ad Dauid, generationes quatuordecim: & a Dauid vſque † ad tranſmigrationem Babylonis generationes quatuordecim: & à tranſmigratione Babylonis vſque ad Chriſtum, gene-

a Supplantator vel luctator.

a Stella maris. b Non de quibus, quia ſine virili coitu de ſola virgine natus.

fidem ſanctæ trinitatis, quam concorditer aſtruit doctrina legalis & euangelicæ inſtitutionis. Tres enim, trinitatis fidem: quatuor, doctrinam euangelicam: decem, legis ſignificat inſtitutionem. Iñ tres teſſeradecades diuiditur hæc generatio. Prima eſt ab Abraham vſque ad Dauid, ita quòd Dauid includatur. Secunda, a Dauid, id eſt iuxta Dauid, a Salomone incipit, & in priorem Iechoniam finitur. Tertia, a ſecundo Iechonia in Chriſto terminatur: ab Abraham vſque ad Dauid & a Dauid uſque ad Chriſtum. tria in hac diſtinctione notantur tempora ad Chriſtum currere. Ante legem, in quo Abraham naturale ſeruans mandatum. Poſt legem, quam Iudæi præuaricantes captiuãtur. Poſt gratiam, per quam omnes de captiuitate ſoluuntur. Et in his ſingulis bis ſeptem ſunt. quia gratia ſpirituſſancti in homine germinatur, ut cor & carnem in vnum (C; Diuiſio)

k *Ioſeph.* Apponẽs Chriſtus, qui Iudæis Gentes oppoſuit, qui & pater Chriſti dr̃, quem de ſua coniuge natum adoptiue ſuſcepit: ſed & putatiue pater dr̃. *Ioſeph.* Mattheus dicit Ioſeph filium Iacob, & Iacob filiũ Mathan. Lucas Ioſeph filium Heli, & Heli filium Mathat: ſed Mathan & Mathat de eadem vxore Heſta nomine ſingulos genuerunt. Mathan qui per Salomonem deſcendit, eam pri⁹ duxit & relicto vno filio Iacob obijt, & poſtea Mathat, qui per Mathan deſcendit de Dauid, eandem & duxit & genuit Heli. ſic Iacob & Heli fratres ſunt uterini. Iacob autẽ vxorem Heli fratris ſui ſine liberis defuncti ad ſuſcitãdum ſemen eius accipiens genuit Ioſeph natura ſuũ, ſed ſm legem Heli filium. Quod dr̃ filius noie eius vocari cui ſuſcitat, non eſt uerum cum Booz eum quẽ genuit ex Ruth, non Elimelech cui ſuſcitatur, ſed Obeth vocauit. (Luc. 3. e)




l *Virum Mariæ.* Quid ad Chriſtũ generatio ex Dauid deducta ad Ioſeph, cum Chriſtus non ex ſemine Ioſeph? Sed non eſt conſuetudo ſcripturarum, vt ordo mulierum in generationibus texatur: & ideo non per Mariam, ſed per Ioſeph inducitur, cum de vna Ioſeph & Maria tribu fuerint. Vnde & eam quaſi propinquam cogebatur accipere, ne tribus in aliam ſe cõfunderet: vnde etiam ſimul tã quam de vna ſtirpe profitentur in Betleem redire cum ſingulis in ſuam ciuitatem. Exemplo Mariæ liquet fidelibus coniugatis ſeruato pari conſenſu continentiam poſſe permanere, coniugiumq; uocari non permixto corporeo ſexu, ſed cuſtodito mẽtis affectu. Vnde & Ioſeph uir Mariæ dicitur, quia coniugium uerum eſt ubi conſeruatur amoris effectus, & in Maria fructus nuptiarum inuenitur.

m *Omnes itaq;.* Decurſo ordine generationis tandem, in fine concludendo, euangeliſta recapitulat ſub myſtico numero. Tres diſtinctiones in generatione Chriſti myſtice inſinuãt fidem

## NIC. DE LYRA.

a Zorobabel autem genuit. *Contrarium videtur primo Paralipomenon. vbi dicitur, quòd Zorobabel genuit Moſollam, Ananiam, & Salomith. Eſt dicendum, quòd aliquis iſtorum fuit binomius: & ſic dictus eſt Abiud, quia plures binomij in ſacra ſcriptura inueniuntur. Ab iſto Abiud vſque ad Ioſeph nulla hiſtoria in Biblia reperitur, ſed apud Iudæos fuerunt aliqui ſtudioſi, qui genealogias a Dauid deſcendentes diligentiſſime ſcripſerunt propter Chriſtum expectabant a Dauid deſcendere: & ibi Matthæus potuit reſiduum huius genealogiæ videre. Vel ſi dicatur, quòd Herodes illas ſcripturas combuſſit, ne linea regia ab alÿs diſtingueretur, ut dicunt aliqui: Tunc dicendum, quòd Matthæus habuit per reuelationem, quod non habuit per ſcripturam: quia apoſtoli & euangeliſtæ non fuerunt minus illuminati, immo magis quam antiqui prophetæ. Sequitur:* (Cap. 3. b; D)

b Mathan autem genuit Iacob. *Contrarium dicitur Lucæ. iij. vbi dicitur, quòd Mathat genuit Heli, & Heli genuit Ioſeph. Dicendum quòd Mathat & Mathan deſcenderũt a Dauid: ſed Mathat per Nathan, qui fuit filius Dauid adoptiuus, Mathan autem per Salomonem. Et iſti duo Mathan & Mathat habuerũt vnam vxorem ſucceſſiue, quæ dicta eſt Heſta, & Heſta a Mathan concepit Iacob, et a Mathat Heli: ita quòd Heli, & Iacob fuerunt fratres vterini. ſed de duobus fratribus a Dauid diuerſimode deſcendentibus. Heli autẽ accepta vxore mortuus eſt ſine ſemine, & ideo Iacob frater eius accepit uxorem fratris ſui, vt ei ſuſcitaret ſemen & genuit Ioſeph, ita quòd Ioſeph fuit filius naturalis ipſius Iacob, & ſic accepit eum hic Matthæus. Fuit autem filius Heli legalis, & ſic accepit eum in genealogia Lucas, vt patet in figura ſequenti. Ratio autem quare Matthæus deſcribit genealogiam Chriſti per Salomonem filium eius naturalem, hęc eſt, quia deſcribit aſſumptionem noſtræ humanitatis a Deo. Lucas autem per Nathã filium adoptiuum: quia deſcribit reductionem noſtram in Deum, quæ fit per gratiam adoptionis.*

c Iacob autem genuit Ioſeph virum Marię, de qua natus eſt Ieſus qui vocatur Chriſtus. *Cum Ioſeph non fuerit Ieſu vt habetur infra, non uidetur eſſe ſufficienter probatum per iſtam genealogiam ſic deſcriptam, quòd Ieſus filius Mariæ fuerit de ſtirpe Dauid. dicendum, quòd immo: quia Ioſeph & Maria fuerunt de eadem tribu, quia mulier non poterat nubere cum viro alterius tribus, quando ad ipſam pertinebat hæreditas paterna, vt patet Nume. xxxvi. c. De filiabus Salphaat. Beata autem uirgo Maria fuit vnica Ioachim patri ſuo. & ideo ex lege cogebatur viro ſuæ tribus nubere: propter hoc etiam iuit cum Ioſeph in Bethleem ciuitatem Dauid, vt profiteretur cum eo, ut habetur Luc. ij. Modum autem, per quem fuerunt de eadem tribu, Damaſcenus deſcribit dicens, quod Melchi habuit fratrem nomine Panthera, qui genuit Barpanthera: & hic genuit Ioachim, qui genuit beatam Mariam: & ſic beata Maria deſcendit a Dauid per Nathan ſecundum Dam.* (Cap. eod.; Cap. 2. a; Lib. 4. &c.)

Chriſti

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

vnum iungens faciat vtrumq; exultare in Deum. Quod autẽ ter.xiiij. veram ſignificat religionem. Quattuor enim & decẽ nouum & vetus Teſtamentum indicant: quia uſq; ad Chriſtum per decem verba legis & quatuor euangelia prædicatur, ita tamen vt quicquid aſcribitur trinitati, quæ Deus eſt, conſecremus, quia nulla præceptio impletur, niſi hic numerus colendi Deum teneatur. Vt & hanc viam eſſe perueniendi ad Chriſtum (qui eſt noſtra terra promisſionis) ſcias, totũ numerum collige in ſummam, & ſunt .xlij. quo numero mãſionum ueri Hebræi de Aegypto ad patriam veniũt. & bene hoc numeri ſacramento venimus ad patriam, quo Chriſtus a patriarcha, cui ꝓmiſſus eſt, peruenit ad uirginem, quaſi ad Iordanem, ſpiritusſancti gratia abundantem. Et ideo euangeliſta numerauit ab Abraham quadragintaduas generationes, uelut cęleſtis patriæ manſionis: in fine Chriſtũ ſupputans, quæ eſt conſummatio viæ & manſio uitæ. In Abrahã primum fides iuſtitia reputatur: quod eſt initium uiæ uel uitæ ad requiem. Ideo .xlij. quia hoc numero præſens eccleſiæ tps oſtenditur, quo dñs bene operantibus cooperatur. Septies enim ſeni .xlij. ſunt. Sex ad opera, ſeptem ad requiem ꝑtinent. unde bene populus ille ſub ſpe intrandi in requiem, per ſepties ſex manſiones caſtrametatur, in quarum ultima Ieſu duce, patefacto Iordane requiem intrat. Sic noſter Ieſus quadrageſimaſecunda generatione ab Abraham credente, lauacra baptiſmi & cęli ianuas patefecit. Sub eiuſdem numeri ſacramento nos curſu uirtutum ad patriam tendimus, dũ quotidie prælibando guſtu cœleſtium fruimur, & patienter promiſſum expectamus. Matthæus in hac uita (quæ quatuor temporum curſu labitur, in qua regi nos oportet a Chriſto ſecundum laborioſam diſciplinam qua filios flagellat, quæ in decem propter decalogi mandata ſignatur) per quadragenarium numerum regem Chriſtum ueniſſe teſtatur, addito
Matt. 22. d binario propter duo Teſtamenta, quibus regi nos oportet. uel duo præcepta charitatis in quibus tota lex continetur, & completur uetus ſcriptura. Quapropter in generationibus
F Matthæi, quæ deſcendendo enumerantur: noſtrorum ſignatur ſuſceptio peccatorũ. In generationibus autem Lucę (quæ aſcendendo uſq; ad Deum perueniunt, cui mundati reconciliantur per Chriſti ſacerdotium) intelligitur noſtrorum ablutio peccatorum. Ideo in ſeptuageſimoſeptimo numero tota eius enumeratio cõpletur, in cuius myſterio Saluator remittendum eſſe peccanti dicit. Denarius.n. iuſtitiæ eſt numerus, undenarius trangreſſio eſt denarij: qui ſepties ductus explicat ſeptuageſimumſeptimum, in quo numero tanquam uniuerſalis peccati fit plena remiſſio peccatorum per Chriſtum aſcendentibus ad Deum. Nec eſt mirandum, ꝙ Lucas plures ſucceſſiones ponit a Dauid uſque ad Chriſtum, Matthæus pauciores: cum ille ponat alias perſonas, ille alias: & ex his forſan alij minus, alij plus uixerunt. Nota non eſſe conſuetudinem ſcripturarum, ut in generationibus ſucceſſionis ordo mulieribus tribuatur: ideo generatio Ioſeph ordinabiliter ponitur, qui de eadem tribu, de qua beata Maria fuiſſe cognoſcitur.

*Succeſſionis ordo in generationib. mulieribus tribuitur*

Pſal. 44. b *a Chriſti autem generatio.* Sine additamẽto, Ieſu, ponit, ut eum intelligas, de quo ꝓpheta. Vnxit te Deus Deus tuus. Ieſus, qđ ſubſtantialiter illi conuenit, angelo reſeruat, ut qui poſt dicturus eſt conceptum de ſpirituſancto, nomen ei proprium ex ſaluationis officio ſublimius declaret.

*b Sic erat.* Sicut dictum eſt, ut ex Ioſeph, origo Marię, quę eſt de Dauid, clareſceret: et Chriſtus, nõ ex eius ſemine, ut Deus & homo, per genealogiam homo, per hoc de uirgine de ſpiritusanctncto Deus oſtenditur. Sic inquam erat ut pręſcripta eſt & mox dicetur, ſicut poſtea ſignis & prodigiis manifeſtatur, ut totus liber Deum & hominem natum demonſtret; Quod eſt credendum ut poſſit intelligi. Hic enim ſenſus deficit humanus, ubi non eſt natura, ſed uirtus. qui non credit, non intelligit, ꝙ uirgo peperit, ꝙ uerbum caro factum eſt.

Iom. 1. b *c Cum eſſet deſponſata.* Orige. Ideo deſpõſata ut ſignificaret eccleſiam, quæ uirgo eſt & ſponſa: Et ut per Ioſeph origo Mariæ oſtẽderet: Vel ut Ioſeph eſſet teſtis caſtitatis defendens eã ab infamia ſuſpicionis, & ne ut adultera damnaretur, & ut uirgo uiri ſolatio ſuſtentaretur, & ut diabolo partus occultaretur, qui nequit ſatis dignoſcere an ex ſemine natus ſit, an de uirgine: & ne uirginibus eſſet excuſatio infamiæ, ꝙ mater Chriſti infamata fuerit. Deſponſatio fiebat per aliquot dies ante aſſiduam cohabitationem, & interim erat uxor ſub cuſtodia uiri.

*Quare Maria uirgo deſpõſata Chriſtum concepit.*

*d Antequam conuenirent.* Non ꝙ poſtea cõuenerint: ut ſi diceremus antequam pœnituerit, morte ꝑuentus eſt. Non ꝙ poſtea cõuenerint, ſed oſtendit proximum tempus nuptiarum, in quo nuptiarum ſolennia celebrantur.

G

*e Inuenta eſt in vte. ha.* Inuenit Ioſeph in utero hẽre. ſed nõ de ſpirituſancto

a rationes quatuordecim. Chriſti au- a

a ¶ Per quam dignatus eſt uenire. b ¶ Non ait ſic facta eſt, quia ſemper apud patrem erat.

b c tem † generãtio ſic erãt. Cũ eſſet de- b

a ¶ Vt per Ioſeph de Dauid monſtraretur.

ſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph, c

a ¶ A Ioſeph. b ¶ Ecce illud nouum: Mulier circundabit uirum, non aliunde quam ex ſe gignendo.

d e antequã cõuenirẽt, † inuẽta eſt ĩ utero habens de ſpirituſancto. † Ioſeph d e f g

a ¶ De quo eſt, qui concipitur & generatur. ¶ De poteſtate non ex ſubſtantia, ne ſpiritus dicatur incarnatus.

† nativitas

## NIC. DE LYRA.

¶ a Chriſti autem generatio ſic erat. *Deſcripta genealogia Chriſti, in qua Mattheus oſtendit Chriſti veram humanitatem, hic oſtendit diuinitatem eius per modum conceptionis eius mirabilẽ. Et diuiditur in tres partes, quia primo ponitur beatæ virginis digna ĩpregnatio. Scđo ipſius Ioſeph digna dubitatio, ibi: Ioſeph autem cũ eſſet iuſtus. Tertio, magna dubij certificatio, ibi: Hoc autem eo cogitante. Dicit ergo primo:* Chriſti autem generatio &c. *q. d. ne credatur, ꝙ Ieſus ſit genitus ex commixtione maris & fœminæ ſicut præcedentes. & ideo deſcribitur modus mirabilis, qui ſequitur:*

*Diuiſio*

† deprehenſa eſt grauida.

† 7. q. 1. prius quã. &c. inuẽta. c. genuit. De uerbo. ſig. c. 4.

b Cum eſſet deſponſata mater eius. *id eſt Chriſti.*

c Ioſeph. *ſcilicet ſponſo ſuo.*

d Antequam conuenirent. *carnaliter. ſ. Non quia poſt conuenerint, vt infra dicetur.*

e Inuenta eſt in vtero habens. *Inuenta inquam a Ioſeph, qui curam virginis habebat.*

f De ſpirituſancto. *Iſtud refertur ad uerbum præcedens, cum dicitur:* Habens in vtero: *quia hoc fuit virtute ſpirituſſancti. Illud.n. quod in generatione aliorum hominum fit per uirtutem ſeminis deciſi a patre, & recepti a matre in matrice, fuit factum virtute ſpirituſſancti in virgine: virtute cuius expuriſſimis ſanguinibus beatæ uirginis fuit corpus Chriſti formatum, & in eodem inſtanti animatum, & a verbo aſſumptum: quia cum infinita ſit virtus ſpirituſſancti, poteſt omnia operari in inſtãti. Sed quæritur quare iſta conceptio Chriſti non fuit facta antequam virgo deſponſaretur ipſi Ioſeph. Dicendum ꝙ Beatus Ambro. ſuper Lucam ad hoc aſſignet multas rationes, quarum aliquas accipio. Primo .n. iſtud fuit rationabile ex parte pueri: quia ſi cõceptus fuiſſet ante deſponſationem, potuiſſet rationabiliter a Iudæis ſicut illegitimis repudiari, & non ſicut Chriſtus recipi. Secundo: quia puer propter perſecutionẽ Herodis erat in Aegyptum portandus, reportandus ideo ſponſus Marię erat ad hoc & conſimilia neceſſarius. Item hoc fuit ex parte virginis neceſſarium, ut haberet miniſtrum, non ſuſpectum. ſed ſibi coniunctum ut ſponſum. Item hoc fuit rationabile ex parte noſtra: quia ſicut per Thomam palpantem cicatrices Chriſti, certificati ſumus magis de reſurrectione Chriſti quàm per alios, ita per Ioſeph magis certificati ſumus de virginitate Mariæ, quia dolore iniuriæ fuiſſet motus ad uindicandũ opprobrium, niſi in virgine cognouiſſet diuinum ſacramentum. Item quæritur hic: Cum Maria eſſet iam deſponſata Ioſeph & in domo eius, ut dicit Chryſoſto. quare non acceſſit ad cognoſcendum virginem. Dicendum quòd modus erat iuſtorum non perficere matrimonium per carnalem copulam, niſi prius vacarent orationi per aliquod tempus implorando diuinam miſericordiam, ut patet Tobiæ. viij. Et tunc creditur reuelatum eſſe ipſi Ioſeph propoſitum Mariæ de obſeruanda virginitate. Licet enim cogeretur ad matrimonium contrahendum ſecundum temporis illius modum, propter rationes prædictas, tamen habebat virginitatem in deſiderio & propoſito, ſed uotum non expreſſit. Contraxit igitur matrimonium committens ſe diuinæ voluntati: & tunc ex reuelatione diuina creditur, quòd Ioſeph cognouit propoſitum Mariæ, et tunc ex communi conſenſu vouerunt virginitatem, quia, vt creditur Ioſeph adhuc uirgo erat. Cuius ratio eſt, quia cum Chriſtus in paſſione ſua nulli matrem ſeruandam tradidit niſi virgini, non eſt probabile, ꝙ ante conceptum, dum adhuc eſſet iuuencula, traderetur alicui niſi uirgini cuſtodienda.*

*Quæſtio*

H

g Ioſeph autem uir eius. *Hic ponitur Ioſeph digna dubitatio. Emiſſo autem uoto prædicto angelus Gabriel venit ad virginem ignorante Ioſeph, & impregnata eſt de ſpirituſancto, vt habetur Luc. primo Et ſtatim de licentia Ioſeph abijt ad cognatam ſuam, ſcilicet ſanctam Elizabeth, vt ei prægnanti ſeruiret, & natum filij ſui præcurſorem videret: & ibi manſit tribus menſibus vſq; ad peractam præcurſoris natiuitatem. Ipſa autem redeunte vidit Ioſeph vterum eius grauidum. incurrit hoc vehementem ſuſpicionem. Nec fuit mirum propter Mariæ longam abſentiam. ex altera parte tantum tenebat de Maria ſanctitate, ut dicit Chryſoſ. ꝙ ſibi uidebatur impoſſibile eam cecidiſſe.* *Vbi ſup.*

¶ Cum ergo

## MORALITER.

*g Ioſeph autem vir eius, cum eſſet iu. &c.* Per Ioſeph cogitantem dimittere Mariam, qui certificatus de myſterio per angelum, accepit eam vt dominam, ſignificatur homo dubitans in fide vel moribus, qui per prædicatorem vel confeſſorem bonum in fide ſolidatur, & ſubijcit ſe ei in illis, quæ fidei ſunt orthodoxæ.



A ſpirituſancto ſciebat eſſe, cum poſtea vt dubius deliberaret dimittere eam. Apłs autem hoc addit ne interim ſurreperet ſuſpitio lectori Quomodo hoc factum ſit, & quo ordine, vel in qua ciuitate Chriſti conceptio ſit celebrata, hoc prętermiſſum, a Luca exponitur

Luc. 1. *a Iuſtus.* per fidem, qua credebat Chriſtũ de virgine naſciturum: & voluit ſe humiliare ante tãtam gratiam. Qđ iuſtus erat, hoc eſt teſtimonium caſtitatis Marie, ut qui ſeruat innocẽtem, iuſtus dicaẽ: ſed & pius dum nollet propalare, ex conſcientia caſtitatis iuſtus, ex timore pius. Sciebat illã eſſe inculpabilem: ſed vnde vel quid eſſet ignorabat: & ideo mediam elegit uiam effugiendi, ut neque innocentem proderet, neque rei incognitæ conſentiendo ſe reũ faceret corã Deo. Vera uirtus eſt, cum nec pietas ſine iuſtitia, nec ſine pietate iuſtitia, quæ ſeparatæ ab inuicem dilabuntur.

† Iſamare

† 27. q. 2. c. ſi quis deſponſauerit. & c. inſtratũ. & c. genuit. & c. priuſquam.

*b Et nollet eam.* quam deſponſauerat in coniugium ducere, ne videretur quod ignorabat celare. Vel traducere ad pœnam in qua nouerat non eſſe infamiã, quia ſciebat ſe eam virginem accepiſſe, intactam ſeruaſſe.

Nota *c Hęc autem eo co.* Hic docemur diu deliberãdum eſſe in incertis, ne peccetur temeritate leuitatis.

*d Ecce angelus do.* quia ſic pie cogitat, conſolari meretur, & conſilium ſuum meliori conſilio mutatur.

*e Fili Dauid.* Recognoſce quod promiſſum eſt domui Dauid, de qua tu es & Maria, & vide impletum in ea.

Nota *f Noli ti.* Quamuis tantum ſit quantũ credis, & ne timeas pro reatu, ſed amplectere charitatis intuitu.

*g Coniugem.* Coniunx erat non concubinatu, ſed affectu, nõ cõiunctione corporis, ſed copulatione animorum. Nota cõiugem dici a prima fide deſponſationis. Igitur diſpẽſationis eſt, ſi qs permittiẽ aliam ducere poſt tãtũ ſpõſionis, & ſi nunq̃ debitum ſoluere poſſit.

† Iſa. 7. c

B

¶ Sponſus.

a autem vir eius, cum eſſet iuſtus, a

a ¶ Pro traducere Græci habent propalare. b ¶ Ne ſi palam eſſet vt adultera puniretur.

b & nollet eã † tradu̇cere, uoluit oc- b

a ¶ Ne ſi retineret, neſciens euentum rei, quaſi conſcius eſſet peccati. b ¶ Vt occulte dimitteret.

c culte dimittere eam. Hec autem c

¶ Non deluſor.

a eo cogitante, ecce angelus dñi in

a ¶ Non manifeſta viſione, quia dubietate animi premebatur, velut ſomno infidelitatis. b ¶ Ne vlterius premeret dubietas quem commendabat æquitas.

ſomnis apparuit Ioſeph, dicens:

a ¶ Familiarem & notum oſtendit, cuius nomen & genus dicit.

e f † Ioſeph fili Dauid, noli timere ac d e

a ¶ Secundum præceptum legis nominatam.

g cipere Mariam coniugem tuam.

a ¶ Et ne ſuſpiceris. quod de alio ſit. Quod enim &c. b ¶ Iam conceptum.

h i Quod enim in ea † natum eſt, de f g

k ſpirituſancto eſt. Pariet autem fi-

a ¶ Non impones, quod ab æterno impoſitum eſt. b ¶ Saluatorem.

l liũ, & vocabis nomẽ eius Ieſum. i

a ¶ Subdit cauſam nominis. b ¶ Quod ſolius eſt Dei. c ¶ Quos prędeſtinauit.

m Ipſe enim ſaluum faciet populũ k

a ¶ Quæ ex eis ſunt. b ¶ Hoc quod narrat teſtimonio prophetico certius facit.

n ſuũ a peccatis eorum. Hoc autem l

o totum factũ eſt, vt adimpleretur

¶ Eſaiam.

quod dictũ eſt a dño per prophe-

a ¶ Quaſi ex ſubſtantia ſuæ carnis, non aliunde, tanquam per coitum viri.

p tam, dicẽtẽ: † Ecce virgo † in vtero

a ¶ Alias vocabunt, primo angeli pſallentes, inde apoſtoli prædicantes, vel alij credentes.

habebit, & pariet filium: & vocabi m

q tur nomẽ eius Emanuel: qđ eſt in

Bene Ioſeph vir, & Maria coniunx dicitur, cum in eo ſeruatur affectus amoris, quod eſt verum coniugium, & in ea ſine coitu eſt fructus nuptiarum.

*b In ea na.* De ea naſci, eſt in lucem produci. In ea vero naſci, eſt concipi, vel ſecundum præſentiam angeli quam habet ex Deo: cui futurum quaſi præteritum, natum dicitur.

*i De ſpirituſancto.* Spirituſſanctus dicitur Deus, & donum Dei & charitas, & ſola charitas eum incarnari fecit.

*k Pariet.* ne videretur Ioſeph non eſſe neceſſarius ei. Subdit: *Pariet.* Et ita eris neceſſarius procurationi.

*l Vocabis.* Idem dicit iſti quod prædixerat Mariæ, vt promiſſum Saluatorem iam veniſſe tam viris quam fœminis repræſentet ex voce.

*m Ipſe enim.* Nomen interpretatur.

*n Hoc autem.* Quod propinquo eſt deſponſata: Quod inuenta eſt in vtero habens: Quod peperit virgo: Quod Ieſus vocatus eſt: Quod ſaluat. *Hoc enim.* ait Euangeliſta, quando iam omnia impleta erant.

Profetia *o Vt adimpleretur.* Prophetia, ſignum eſt præſcientiæ Dei, qa quod dicit certum eſt a Deo præſciri: & ideo ab homine dẽt timeri. Nullum autem ſignum quod deſignat, efficit: ſed tñ ſignat quod oſtendit. ſic prophetia non neceſſitatem eorum facit quæ prædicit, ſed ſignum eſt præſcientię Dei. Hier. Non eſt neceſſitas rerum ex eloquio prophetarum, ſed ſola exhibitio veritatis. Prophetia non facit neceſſitatem eorum quæ dicit, ſed ſignum eſt præſcientiæ Dei. Prophetia alia eſt ex prædeſtinatione Dei, quam neceſſe eſt omnibus modis euenire, ut ſine noſtro impleatur arbitrio: ut hæc de qua hic agitur. Alia eſt ex præſcientia Dei, cui noſtrum admiſceretur arbitrium. Alia eſt, quæ comminatio dicitur, quæ fit ob ſignũ animaduerſionis diuinę, vt fugiant a facie arcus electi, & iuſte pereant incauti, & non ex præſcientia: quia longe aliter ſcitur, quam futurum comminetur.

Iſa. 7. d. *p Ecce virgo in utero habebit, & pariet.* Admiratur ꝓpheta Iſaias & quaſi omnes de ſomno ſuſcitans, ait: Ecce virgo in vtero habebit, ſpirituſancto præſens erat quod in tempore nondũ erat. *Ecce virgo.* Dicunt Iudæi, ꝙ non eſt hoc nomen integritatis, ſed ætatis puella. Sed quomodo tunc eſt ſignum? Senſuum Iſaiæ ſequitur, non verba. Pro concipiet, ponit: In vtero habebit: & vocabunt, pro uocabis, vel uocabitur.

C

*q Emanuel: quod eſt interpretatum no. Deus.* Proprium eſt Chriſti, vt Ieſus, quia cum his quos ſaluat, ſemper adiuuando perſeuerat. Tribus de cauſis de veteri Teſtamento aſtruit ea quæ ponit in Euãgelio. Pro teſtificatione, vt habeat teſtimonium a lege & prophetis. Pro confirmatione fidei: quia facilius credimus cum videmus impleta quæ ſunt predicta. Pro coniunctione noui & veteris Teſtamenti.

*Exurgens*

## NIC. DE LYRA.

¶ a Cum eſſet iuſtus & nollet eam traducere *.i. propalare, quia non erat certus de crimine. Et ideo,*

b Voluit occulte dimit. eam. *Ne forte ex oppoſita parte faueret ſibi in crimine. Et bene dicitur, quòd occulte: ne ſi in palam eam relinqueret, neſciret reſpondere determinate cauſam dimittendi eam hoc quærentibus, cum haberet argumenta ſibi inſolubilia ex vtraque parte, vt viſum eſt. Sed quæritur hic quare Maria non dixit ei diuinum ſecretum? Eſt dicendum quòd talia non ſunt reuelanda, niſi quantum ſe extendit voluntas diuina: & ideo beata virgo tacuit, tenens firmiter ꝙ ſicut iſtud ſecretum fuerat reuelatum ſanctæ Heliſabet, ut habetur Luc. 1. ſic reuelaretur alijs competenti tempore ex beneplacito diuinæ voluntatis. Similiter quæritur, quare Ioſeph non petiuit ab ea? Dicendum, quòd pro nihilo petiſſet, quia ipſi Marię pro ſe dicenti non credidiſſet: & iterum ex diuina diſpenſatione hoc factum eſt, ut per reuelationem angeli ipſe Ioſeph ſic certificaretur quòd de cætero nullo modo dubitare poſſet.*

† genitũ.

† erit prægnans.

D

c Hæc autem cogitante, ecce angelus domini in ſomnis. *Hic ponitur ipſius Ioſeph dubitantis magna certificatio. Et diuiditur in duas partes; quia primo ponitur eius certificatio quantum ad intellectum. Et ſecundo oſtenditur hæc certificatio per effectum, ibi: Surgens autem. Prima adhuc in duas: quia primo ad certificationem ipſius ponitur teſtimonium angelicum. Secundo, ad fidei noſtræ confirmationem producitur teſtimonium propheticum, ibi: Hoc autem totum factum eſt. Ad euidentiam primæ partis aduertendum, quòd magnum malum fuiſſet, ſi ad modicam horam ipſe Ioſeph beatam virginem quæ de ſpirituſancto conceperat, dimiſiſſet: ideo cum adhuc de hoc deliberaret, certificatus eſt per angelum antequam ab ea diſceſſiſſet. Et hoc eſt quod dicitur.* Hæc autem eo cogitante; ecce angelus domini in ſomnis apparuit Ioſeph dicens, *quia anima clauſis ſenſibus exterioribus, ad recipiendum reuelationem magis eſt apta; quia tunc non eſt per occupationem ſenſuum exteriorum impedita. Sequitur.*

*Diuiſio*

d Ioſeph fili Dauid. *Quia de Chriſto volebat loqui, qui erat promiſſus ipſi Dauid, ideo de ipſo Dauid memoriam fecit.*

e Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. *non ad carnalem copulam, ſed ad cohabitationem cum ea, & deuotam miniſtrationem. Subditur ratio,*

f Quod enim in ea natum eſt. *Non dicit, ex ea; quia natiuitas in utero eſt quando fœtus animatur, & illa erat completa, ſed adhuc natiuitas ex utero tempore debito expectabatur.*

g De ſpirituſancto. *Miraculoſe facta eſt conceptio, non interueniente adulterio. Sequitur.*

h Pariet autem filium. *ſ. quando erit natiuitas ex vtero.*

i Et uocabis nomen eius Ieſum *.i. Saluatorem. Ideo ſubditur.*

k Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum. *In hoc autem oſtendit angelus eum verum hominem, in partu virginis: ue rum Deum, in ſalute populi a peccatis, quia nullus poteſt ſaluare a peccatis, niſi Deus.*

l Hoc autem totum factum eſt, ut adimpleretur quod dictum eſt a domino per prophetam. *Hic ad certificationem noſtræ fidei adducitur ad hoc teſtimonium propheticum. Vnde iſta ſunt uerba Euangeliſtæ ſcribentis, non angeli loquentis. Volebat enim oſtendere in hoc completam eſſe prophetiam Iſaiæ. vij. c. Ecce virgo in vtero habebit & pariet filium & c. Sequitur.*

m Et uocabitur nomen eius Emanuel; quod eſt interpretatum nobiſcum Deus, *Per hoc oſtenditur veritas deitatis & humanitatis in Chriſto. Prius enim erat nobiſcum Deus per eſſentiam, potentiam & præſentiam*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E ¶ a *Exurgens au. Io. a ſom. Bed.* Moraliter. Quiſquis a Deo monetur, ſoluat moras, ſurgat a ſomno, faciat quod iubetur.

Moraliter b *Fecit ſicut præ.* Perfecta obedientia. Fecit non tantum quod præcepit angelus, ſed etiam ſicut præcepit. Exhibitione ſeruitutis, & effectu amoris obediens recte dicitur feciſſe, ſicut præcepit ei angelus.

c *Angelus do.* Non relinquitur mentiendi locus, vbi officium angelorum celebratur.

d *Et acce. con.* Ad vitandam virginis infamiam, ad celãdum ſaluatoris aduentum, ad neceſſarium pueri naſcentis obſequium.

e *Donec pe.* Non ꝙ poſt, quod magis conſtat, cum multis modis cognouit Deũ eſſe qui natus eſt. Nõ ꝙ poſt ea cognouerit: ſed ponitur

Pſal. 109.a donec pro &, vel pro æterno. vt: Donec ponam inimicos tuos ſcabellũ pedum tuorum. Dicitur ꝙ Ioſeph Mariam facie ad faciem videre non poterat, quam ſpiritusſanctus à conceptione impleuerat penitus. Et ideo non cognoſcebat facie ad faciem quam deſponſauerat, donec vterus euacuaretur. de quo hic non agitur.

f *Primogeni.* Primogenitum dicitur omne quod aperit vuluam, ſiue aliud ſequatur ſiue non. Vel primogenitus inter omnes electos per gratiam. Proprie autem vnigenitus Dei patris vel Mariæ dicitur.

a ¶ Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. ¶ Nobiſcum id eſt in homine Deus

a terpretatũ nobiſcum Deus. † Exurgens

¶ Dubietatis

b autem Ioſeph a ſomno fecit ſicut præce

a ¶ Non malignus. ¶ Propter prædictas cauſas.

c d pit ei angelus domini. † Et† accepit cõ b

a ¶ Ad opus coniugale ¶ Propter ſecreta quæ didicerit.

e iugem ſuã, & nõ cognoſcebat eam do- c d

a ¶ Id eſt ſubſtantiæ ſuæ. poſt quem alius. b ¶ Ante quem nullus nec

f nec peperit filium ſuum primogenitum: & vocauit nomen eius Ieſum.

a ¶ Die octauo, quo fiebat circunciſio & nomen imponebatur.

† Excitat⁹. † de uerbo. lig. ca. 5. † adiunxit

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ & præſentiam: Similiter erat per gratiam nobiſcum quãtum ad ſanctos patres: ergo li nobiſcum, importat hic ſpecialem vnionem quæ facta eſt per noſtræ humanitatis aſſumptionem.

a Exurgens autem. *Hic ponitur ipſius Ioſeph certificatio per effectũ: quia exurgens a ſomno certificatus de virginitate Mariæ ad mandatum angeli.*

b Accepit con. *Tanquam dominam ſuam ei obſequioſe miniſtrando.*

c Et non cognoſce. *Quod exponunt aliqui de cognitione faciei, dicen-*

F *tes ꝙ ex præſentia Chriſti in vtero virginis tanta erat claritas in eius facie, ꝙ Ioſeph non poterat eam cognoſcere, ſicut dicitur de claritate faciei Moyſi ex conſortio ſermonis domini, quòd non poterant intendere*

Cap. 3.d *in eam filij Iſrael, vt habetur. ij. Corin. Aliter exponit Hiero. de cognitione carnalis copulæ, quia cum ea vouerat virginitatem, vt dictum eſt. Sequitur.*

d Donec peperit. *Ex hoc loco dixit Eluidius hæreticus, quòd Maria licet a Ioſeph non ſit cognita ante partum Chriſti, tamen poſt eius partum ab eo cognita fuit, & alios filios peperit. Quod arguit ex hoc quod dicitur hic:* Non cognoſcebat eam. *ergo poſt partum cognouit. Item ex hoc quod ſubditur:* Primogenitum. *quia primogenitus non dicitur niſi reſpectu aliorum filiorum ſecundo genitorum. Hoc etiam confirmatur, quia Ioh. ij. legitur Chriſtum fratres habuiſſe. ſed hoc nõ valet: quia ſicut dictum eſt: Maria & Ioſeph virginitatem vouerant. Item beata virgo fuiſſet ingratiſſima, ſi tanto ac tali filio non fuiſſet contenta. Item Ioſeph qui dicitur ſanctus, ſceleratiſſimus ac præſumptuoſiſſimus fuiſſet, ſi templum ſpiritusſancti, & ſpeciale habitaculum Dei violare ac polluere præſumpſiſſet. Ad primum ergo dicendum, ꝙ hæc dictio, donec, aliquando ſignificat tempus determinatum, quo tranſacto fit aliquid. ſicut dicitur: Iſte non comedit donec eſſet hora ſexta. hoc eſt intelligendum ꝙ completa ſexta comedit. & ſic nõ accipitur hic. Alio modo accipitur*

Pſ. 109.a *pro ſemper: ſicut in Pſal. habetur de Chriſto: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Non eſt ſic intelligendum, ꝙ quando inimici eius erunt poſiti ſub pedibus eius tempore iudicij, ꝙ tunc dimittat ſedere ad dexteram patris: immo æternaliter ſedebit. & hoc modo accipitur hic donec, cum dicitur:* Non cognoſcebat. *Ad ſecundum dicendum, ꝙ Chriſtus primogenitus filius virginis dicitur non quia alij fuerunt poſt ipſum, ſed quia nullum peperit ante eum. & hoc modo accipiebatur in lege: vbi præcipiebatur ꝙ primogenitus Deo offerretur: & ſi aliqua mulier pariebat vnicum, tanquam primogenitum offerebat illum. Ad tertium dicendum ꝙ in euangelio fratres Chriſti, nominantur cognati eius germani, quia de eadem cognatione, ſicut Abraham & Loth dicuntur fratres, Gen. xiij. b. vbi dicitur: Ne ſit iurgium inter me & te: fratres enim ſumus: & tamen Loth erat nepos eius. Et ſic patet propoſitum.*

In cap. j. ubi dicitur in Poſtil. Sed iſtud non videtur probabiliter dictum.

### ADDITIO. I.

*Sententia Hier. ſane intellecta non videtur improbari rationabiliter per obiectiones Poſtillatoris. Ad cuius intellectum attendendum, ꝙ peccatores poſſunt intelligi dupliciter. ſ. peccatores finaliter impœnitentes, de quibus in pſal. Deficiant peccatores a terra &c. Vel peccatores qui per pœnitentiam in fine iuſtificantur, ſicut ibi: Non veni vocare iuſtos,*

G *iuſtos, ſed peccatores ſcilicet ad pœnitentiam. Et de his loquitur Hiero. cum dicit: Qui propter peccatores venerat ſcilicet propter peccatores finaliter pœnitentes: propter tales enim Chriſtus tantum venit ſecundum efficaciam, non autem propter peccatores finaliter impœnitentes: propter quos non venit efficaciter, niſi ſecundum ſufficientiam tantum vt eſt manifeſtum. Item attendendum, quòd peccatrices in genealogia Chriſti nominatæ ſunt huiuſmodi. ſ. finaliter pœnitentes. Fuerunt enim in peccato ſatis famoſæ, & deinde ad iuſtitiã conuerſæ: ſic quòd de earum iuſtitia finali rationabiliter ſit præſumendum: Quod ſic patet. Nam Thamar cum eſſet Chananæa ſimiliter & Raab, idololatræ fuerunt. unde earum nationes in ſcripturis ſacris ſæpe de idololatria reprehendũtur, vt in quam plurimis locis ſacræ ſcripturæ reperitur. Ruth etiam Moabitis ex genere reprehenditur in ſcriptura, vt patet. Bethſabee fuit notorie adultera. De iuſtificatione ãt Raab & Ruth ſatis patet in poſtil. De iuſtificatione autẽ Thamar patet Gen. xxxviij. eò quòd poſt eius condemnationem per Iudam fuit ab eo iuſtificata: ex quo præſumi debet eius innocentia. Similiter de Bethſabee iuſtitia ſatis habetur. iij. Reg. vbi per ſucceſſionem* Cap. 1.d *Salomonis in regno poſt Dauid ipſa dicebat regi, ꝙ niſi Salomon ſuccederet, eſſent ille & ipſa peccatores. Hoc eſt dicere, quòd niſi Salomõ ſuccederet, iudicaretur Bethſabee adultera a populo, vt ibidẽ exponitur. Vnde a ſenſu contrario, quia Salomon ſucceſſit ſequitur matrem fuiſſe purgatam ab illo peccato. vnde tales quæ primo peccatrices & conſequenter iuſtæ fuerunt, conuenienter ponuntur in genealogia Saluatoris, qui vt peccatores iuſtificaret, venerat. Vnde notanter Hier. dicit nullam ſanctam mulierem poſitam in genealogia Chriſti. non enim dicit, nullam iuſtam mulierem, quia prædictæ quatuor iuſtæ fuerunt. licet ſanctæ non debuiſſent dici ſaltem in vita ipſarum propter peccata præcedentia, & ſic verba Hiero ſunt ſane intelligenda. Quam ſententiam videtur tenere Ambroſius ſuper Lucam: vbi de iſta materia tractans dicit: Ne puderet eccleſiam ex peccatoribus congregari, cum dominus de peccatoribus naſceretur. Ex quo patet reſponſio ad obiectiones Poſtillatoris. Nam quod obijcit primo de illis tribus regibus qui fuerunt ſublati a genealogia Chriſti propter peccatum Ioram, qui miſcuit ſe filiæ impiſſimæ Iezabel: illud non facit ad pro-* H *poſitum. Nam Ioram non pœnituit de illo peccato, vel ſaltem non legitur pœnituiſſe, nec habetur aliqua ratio unde talis pœnitentia præſumatur. vnde merito filij Ioram vſque ad quartam generationem de genealogia Chriſti tolluntur, qui non venit ad ſaluandos efficaciter peccatores impœnitentes, ut dictum eſt. Secus autem de mulieribus iuſtis ſupradictis. Quod autem obijcit ſecundo de matre Chriſti, quæ ponitur in eius genealogia &c. non facit ad propoſitum. Hiero. enim loquitur de mulieribus quas ponit euangeliſta in hac genealogia voluntarie, ſcilicet quòd potuiſſet omittere eas, & nullam de eis facere mentionem, ſicut omiſit nominare Saram & Rebeccam & huiuſmodi. ex qua omiſſione nullus defectus occurreret in hac genealogia, quia ſufficeret expreſſio virorum tantum: ſecus eſt de uirgine glorioſa, cuius expreſſa nominatio fuit neceſſaria. Non enim Chriſtus deſcendit a Dauid, niſi per matrem glorioſam, non autem per Ioſeph. Quod autem vlterius obijcit de Raab & Ruth, nihil facit contra Hieron. imo pro eo. probat enim ipſarum finalem iuſtitiam: ex quo non concluditur quia prius peccatrices fuiſſent, prout manifeſtè fuerunt: quod manifeſte facit ad ſententiam Hierony. confirmandam, vt dictum eſt. Ratio autem aſſignata per Poſtillatorem circa nominationem harum mulierum non videtur ualere. Dicit enim, quòd iſtæ mulieres hic expreſſe fuerunt uiris ex quibus conceperunt occaſionaliter ſeu accidentaliter coniunctæ & cæt. Quæ quidem ratio ex duobus videtur inſufficiens. Primo, quia hoc omnino eſt impertinens propoſito. Nihil enim uidetur facere ad rationem genealogiæ, quòd occaſionaliter ſeu accidentaliter vel ex intentione, ſeu per ſe vir & vxor coniugantur. Secundo: Nam Lia prima uxor Iacob ex qua Chriſtus deſcendit occaſionaliter & præter intentum ſeu accidentaliter fuit coniuncta ipſi Iacob, ſicut Thamar ipſi Iudæ, ſicut patet Gene. xxxviii. & tamen non nominatur expreſſe ſicut illa. Excuſatio autem Poſtillatoris de hoc quòd contradicit Hieronymo non videtur ſufficiens. primo: quia quamuis liceat aliquo modo ſentire contraria eorum quæ proferuntur a ſanctis doctoribus, prout patet ex autoritate Auguſtini per ipſum allegata: non tamen expedit, præſertim vbi eorum dicta poſſent rationabiliter ſaluari: vnde in talibus ha-* 1. Cor. 6.c *bet locum ſententia Apoſtoli. Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. Quod autem non expediat nec ſit omnino ſecurum Hieronymo & ſimilibus ſanctis doctoribus eccleſiæ in expoſitionibus ſacræ ſcripturæ contradicere, ſatis patet in decretis in. c. decretales. diſtin. xx. vbi habetur, quòd diuinarum ſcripturarum tractatores in ſacrarum ſcripturarum expoſitionibus, Romanis pontificalibus præponuntur. Quòd autem Hieronymus de numero talium ſatis eſt diuulgatum in eccleſia Dei, & habetur in decretis diſtinct. Sancta Romana, vbi*



A *mana, vbi inter opuſcula ſanctorum patrum quæ in eccleſia catholica recipiuntur, ſit expreſſa mentio de opuſculis beati Hiero. vnde contradicere talibus licet non ſit hæreticum, poſſet tamen dici impium. Eſt enim contra donum pietatis, ſecundum quod donum ſancti ſunt honorandi. Nec eſt contradicendum ſcripturis eorum ſiue ſint intellectæ ſiue non, vbi non inueniatur contra fidem aliquid aſſerere, vt patet per Au. in ij. de doctrina Chriſtiana, prout allegatur. & in ſecunda ſecundæ. q. cxxi. arti. i. in reſponſione ad tertium argumentum.*

In eo. ca. ubi dicitur in poſt. quia Ioſeph & Maria fuerunt ex eadem tribu.

### ADDITIO. II.

*Circa genealogiam Chriſti à Matthæo traditam non ſolum infidelium ſeu hæreticorum vehemens murmuratio, ſed & fidelium non modica admiratio conſurgit. Illi enim temerariè calumniantes, iſti vero morosè admirantes frequenter quærunt: cum intentio euangeliſtæ in huiuſmodi genealogia circa hoc principaliter verſetur, vt Chriſtum ex Dauid & Abraham ſecundum carnem deſcendentem oſtendat, quomodo de hoc per deſcenſum Ioſeph virum Mariæ ab ipſis Dauid & Abraham nos inſtruere intendit. Alienum enim à fide totaliter eſt Chriſtum ex ſemine Ioſeph deſcendiſſe. Vnde ſtant ſimul quòd beata virgo non deſcendiſſet à Dauid, & per conſequens nec Chriſtus, & tamen Ioſeph de ipſo deſcenderat. Quæ quidem quæſtio in glo. or. mouetur, vbi ſic: Quid ad Chriſtum generatio ex Dauid deducta ad Ioſeph, cum Chriſtus non ex ſemine Ioſeph? Cui quidem quæſtioni glo. ſic reſpondet: Non eſt conſuetudo ſcripturarum, vt ordo mulierum in generationibus texatur. Et ideo non per Mariam ſed Ioſeph inducitur, cum de vna & eadem Ioſeph & Maria tribu fuerint. Vnde & eam quaſi propinquam cogebatur accipere in vxorem, ne tribus in aliam ſe confunderet. Vnde etiam ſimul tanquam de vna ſtirpe profitebantur in Bethleem, cum ſinguli in ſuas profitebantur ciuitates: hæc in glo. Mat. 1. Et idem in alia glo. Luc. ij. ſub alijs verbis: quam ſententiam ſequitur poſtillator & cæteri expoſitores literales quos vidi in hac materia. Sed his non obſtantibus, quoniam non ceſſat animum pulſare. Quod enim præſupponitur in glo. pro hac reſponſione. ſ. non eſſe conſuetum in ſcripturis ordinem mulierum texere: non videtur ſtare propter tria: Primum, quia contrarium huius inuenitur. i. Paral. ij. vbi in genealogia filiorum Iſrael, & ſpecialiter Ieſſe, interponit mulieres. ſ. Saruia & Abigail à quibus conſequenter ſuam texit genealogiam, vt ibidem patet. Secundo. nam dato hoc quòd non eſſet aſſuetum in ſcripturis vt glo. dicit, hoc haberet locum vbi per parentes maſculos tantum generatio poſſet deduci vſque ad illum qui genealogizari intenditur, quod eſt commune cæteris hominibus. Sed vbi genealogizatur talis qui parentem maſculum non habuit, vt eſt ſolus Chriſtus, con-*

B *ſuetudo huiuſmodi non debuit habere locum, cum ſubeſt cauſa manifeſta contrarium faciendi. Neceſſitas igitur vrgebat, vt mulier in genealogia illius texeretur: cuius generatio ſecundum carnem non poterat deduci, niſi per mulierem. In propria enim materia poſſet oſtendi, quòd euangeliſta prætermiſit communem obſeruare propter ſingularitatem excellentiæ Chriſti. Nam cæteræ genealogiæ in ſacra ſcriptura traditæ conſueuerunt intitulari ab illo, à quo originem deducunt: non autem ab illo, in quem terminum ſeu finem accipiunt. vnde Gen. xxxvi. a. Hæ ſunt generationes Eſau. & Nume. iij. a. Hæ ſunt generationes Aaron, &c. In quibus tituli generationis à primis parentibus accipiuntur: non autem ab vltimo in quem terminantur. Quam conſuetudinem ſi euangeliſta obſeruaſſet, potius dixiſſet: Liber generationis Dauid uel Abrahæ, quam liber generationis Ieſu Chriſti: ſed talem conſuetudinem obſeruare non curauit propter excellentiam ſingularem ipſius Chriſti. Pari modo non debuiſſet curare de obſeruatione conſuetudinis in non texendo ordinem mulierum: & hoc propter excellentiam dignitatis matris Chriſti. Nec valet dicere, ꝙ in genealogijs allegatis non intendebatur accedere ad aliquem vnum principalem, ſed ſolum multiplicationem a primo parente deſcendentem oſtẽdere. Nam Ruth vltimo, ubi Dauid principaliter intenditur genealogizari, non intitulatur genealogia à Dauid quem intendit, ſed à Phares à quo intendit. Dicit enim: Hæ ſunt generationes Phares, &c. Tertio, nam ſicut deduxit euangeliſta genealogiam uſque ad Ioſeph virum Mariæ, potuiſſet deducere uſq; ad Ioachim patrem Mariæ, vt dicendo: Barpanthera genuit Ioachim patrem Mariæ, de qua natus eſt Ieſus. non enim minus conſuetum eſt in genealogijs introducere patrem talis fœminæ quàm introducere talis fœminæ virum. Vnde etſi utrumque ſit inſuetum, per primum tamen fieret rectus deſcenſus ad Chriſtum: per ſecundum autem minimè. Quod etiam ſecundo cõtinetur in glo. ſ. ꝙ Ioſeph & Maria de eadem tribu fuerãt. & ideo eam quaſi propinquam cogebatur accipere, ne tribus in aliam ſe confunderet, non ſatisfecit quæſtioni propter duo. Primò, quia hæc aſſertio uidetur eſſe de genere Apochryphorum, quæ in ſacra ſcriptura nullũ habẽt fundamentum. Vnde & talia eadem facilitate contemnũtur qua approbantur iuxta doctrinam Hiero. Secundo. nam poſito ꝙ Maria eſſet eiuſdem tribus cum Ioſeph, ex hoc non ſequeretur ipſam deſcendiſſe à Dauid. Tribus enim Iuda diuiditur per multas familias præter familiam Dauid. Deſcendentes enim de Zaram fratre Phares ſunt de tribu Iuda: nõ tamen deſcendunt à Dauid. Similiter cum Ieſſe habuit multos filios & filias præter Dauid, contingere potuit ab illis multos deſcendere, qui quidem non ſolum eſſent de tribu Iuda ſed etiam de familia Ieſſe & Bethalamitarum: & tamen tales non deſcenderent per Dauid. Cum igitur illa lex, quæ iubet accipere propinquam, non cogit accipere propinquã eiuſdem familiæ, ſed ſufficit quòd ſit propinquitas in eadem tribu, ne hære-* C *ditas vnius tribus in aliam tranſeat, vt patet ad literam. Nu. xl. Ideo ex hac propinquitate quam glo. vult introducere, non habemus neceſſarium, ꝙ Maria deſcendat à Dauid, ſed ſolum quòd ſit de tribu Iuda: ex quo non haberetur intentum. Quod etiam tertiò continetur in glo. ſ. ꝙ ſimul in Bethleem ambo coniuges profitebantur: ex quo vult concludere, ꝙ vterq; eſſet de familia Dauid: nõ videtur valere propter duo. Primo. nam ſecundum magiſtrum hiſtoriarum dubium eſt ad literam, an mulieres profiteri tenebantur in illa deſcriptione, de qua agitur Luc. ij. an ſolum viri. Vnde non habetur efficax argumentum de hoc ꝙ beata virgo profiteretur in Bethleem, ſed ꝙ Ioſeph portans ſecum coniugem vt obſequium partus ei appropinquante neceſſitate impenderet, profitebatur. Confirmatur autem opinio illa, quæ tenet, quòd ſolum viri profiteri tenebantur, per illud Mat. xvij. vbi agitur de ſolutione tributi per Chriſtum. Ibi enim apparet manifeſtè, quòd tantum capita domorum ſeu familiarum cenſum Cæſari tribuebant: & non alij de familia ſeu domo. Vnde pro Petro tantum, qui caput aliorum erat, ſolui mandauit tributum, non pro alijs Apoſtolis, vt habetur in glo. ibidem. Secundo, nam dato ꝙ beata virgo teneretur profiteri in Bethleem: ex hoc non ſequitur ipſam deſcendiſſe à Dauid. Nam potuit deſcendere de Ieſſe, qui erat Bethalamitanus per alios filios ipſius Ieſſe præter Dauid: & ſi teneretur ibidẽ profiteri ſicut & Ioſeph: non tamen ex hoc, quòd à Dauid deſcenderet. Quæſtio igitur præfata minus ſufficienter ſoluta remanere videtur: & ſic admiratio prædicta in ſuo ſtat vigore. Maiorum tamen ſemper reuerentia ſalua doctorum ſeu expoſitorum, vlterius videtur hic aliquid eſſe dicendũ. Ad cuius euidentiã præſupponenda ſunt quædã vera generalia: deinde ſubiũgẽdæ ſunt aliq̃ concluſiones ad propoſitũ. Primo præſupponitur, ꝙ filius prout in bonis paternis ſuccedit, tripliciter poſſet dici. Primò ſecundum veram generationem naturalem, ſcd̃m quã filius plerũq; ſuccedit patri, non ſolũ in bonis naturalibus corporis, vt in bona cõplexione ſeu habitudine corporali prout legitur de gigantibus, qui potentes viros* Gen. 6.a *in ſeculum genuerũt. i. magnos in corpore & robuſtos: ſed etiam in bonis animæ vt in virtutibus. Quandoq; ſecundum naturalem inclinationem filij ſuccedunt ſuis genitoribus prout aptitudinem ad certas virtutes aliqui habẽt à natura, ſaltem ſcd̃m aptitudinem & inchoationẽ, vt in prima ſecundæ. q. lxiij. ar. i. in corpore. q. Vnde Caſſio. in quadã epiſtola: Laudabilis vena ſuã ſeruat originẽ, & fideliter poſteris tradit, quæ in ſe glorioſa tranſmigratione promeruit. Ad quod facit illud. Si filij Abrahæ* Ioan. 8.c *eſtis, &c. Secundo dicitur filius alicuius etiam ille, quẽ nõ genuit naturaliter. ſed tantum ſecundum famam publicam & cõem populi æſtimationem illius dicitur filius. Quod contingit, cum vxor alicuius filium parit, quem non ex marito habuit: reputatur tamen in populo ſine cõtradictione ſui mariti filius. Qui quidem filius licet in bonis ſupradictis non hẽat* D *naturaliter ſuccedere tali ficto patri, ſuccedit tamen ciuiliter, non ſolum in bonis minoribus fortunæ vt in diuitijs, ſed etiam in nobilitate ſeu generis claritudine: quæ maiora ſunt ſeu magis deſiderabilia bona, ſaltem ad magnanimos, quam diuitiæ. Homines enim huiuſmodi propter honores & generis claritudines obſeruandas iacturam in cæteris rebus fortunæ patiuntur, vt in prima ſecundæ. q. ij. ar. ij. Hæc aũt ſucceſſio per iura communia ſeu communem gentium conſuetudinem patet, quæ dictãt vt ille, qui pro filio legitimo alicuius ſcd̃m famã publicã habetur, debeat ſibi ſuccedere in generis nobilitate, & huiuſmodi. Tertio dicitur filius alicuius etiam ille, qui neutro p̃dictorũ modorũ deſcẽdit, ſed per legalem adoptionẽ tantũ eſt ab aliquo in filium aſſumptus, q quidẽ filius tali patri habet ſuccedere ſaltem in minoribus reb. fortunæ, vt in diuitijs prout iura volunt communia. Quæ quidem tres ſucceſſiones ſeu filiationes ſupradictæ quandoque concurrunt in eadem perſona, quandoque in tribus diſtinctis, vt ſatis patet. Secundo præſupponitur, ꝙ filiatio ſecundum verã generationem naturalem, ſpãliter cũ à remotis parentibus per longam parentelæ lineam ſucceſſiuam in temporum antiqua diuturnitate deſcẽdit, à nemine eſt infallibiliter cognoſcibilis, niſi per diuinam reuelationem ſeu ſacram ſcripturam diuinitus traditam. Quod inductiuè probatur. Nam ꝙ aliquis ſit filius alicuius ſecundum veram generationem naturalem per experientiam ſenſualem, qua propriè ſingularia cognoſcuntur, haberi non poteſt, niſi fortè à parentibus: vtpote a matre, quæ de hoc poſſet certiorem noticiam habere: cum cæteri homines & etiam pater certam noticiã experimentalem de hoc communiter non habent. Mater vero etſi certam noticiam experimentalem de filio ſuo, cuius patris ſit ſecundum veram generationem habeat: non tamen talem noticiam de viro ſuo nec de ſeipſa: & multo minus de antiquis parẽtibus viri ſui nec ſuis per lineam parentelæ aſcendendo per experientiam habere poteſt. Pari igitur ratione conſtat, ꝙ apud neminem poteſt eſſe experimentalis cognitio de aliquo, vtrum deſcendat à certo remoto progenitore modo prædicto. Fama autem publica ſeu communis æſtimatio populi quantuncunq; ſine contradictione in populo Et extenſa, infallibilem cognitionem nõ cauſant: Similiter nec teſtes vel legitima documenta ſeu inſtrumẽta cum omnia huiuſmodi ſint fallibilia, vt frequẽter patet, & etiã in ſacris hiſtorijs teſtium fallacia nõnunq̃ reperitur. per chronicas etiam antiquorum q̃ in ſacris ſcripturis nõ ſũt inſertæ, noticia huiuſmodi infallibiliter haberi nõ poteſt: cum talium certitudo, certitudinẽ, quæ per famã publicã habetur, non excedit: ut eſt manifeſtum. Similiter nec per aliquã verã ſciam naturalem ſeu liberalẽ artẽ hoc eſt cognoſcibile, ut patet intuenti. Reſtat ergo, quòd tãtũ ſit cognoſcibile per diuinam reuelationem, ſecundum q̃ pphetæ, ut ait Gre. quãdoq; de p̃terito, quãdoq; de futuro vaticinãtur.*

 *Et iſto modo*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E Et iſto modo Moyſes de Noe prophetare cenſetur, de quo dicit genuiſſe tres filios & huiuſmodi. Tertio præſupponitur, quòd vt aliquis ſit filius alterius ſecundum communem æſtimationem & famam publicam tantum, vel ſecundum adoptionem legalem, hoc poſſet aliter cognoſci quam per diuinam reuelationem: probatur. Nam per teſtes idoneos, vel legitima documenta, vel chronicas antiquorum autenticas, talis filiatio ſufficienter poſſet probari vt de ſe patet, Quarto ſupponitur quòd miraculorum Dei quædam ſunt ad fidei confirmationem: & talia debent eſſe manifeſta. Alia verò ſunt miracula, quæ non per ſui manifeſtationem ſed per fidem habentur, & iſta debent eſſe occulta, vt fides eorum magis ſit meritoria: vt eſt ſacramentū altaris, & virginis partus. Veritas iſtius præſuppoſiti patet in tertia parte.q.xxix.ar.i. in reſponſione ad ſecundū ar. His præſuppoſitis. Prima concluſio ſit iſta: quòd Chriſtus prout ex prænoſticis prophetarum habetur, habuit eſſe filius Dauid & Abrahã ſecundum veram generationem naturalem: & ſic conueniens fuit hoc per ſacram euangelicarum doctrinarum traditionem teſtificari. Prima pars probatur. nam de promiſſione facta Abrahæ legitur. Benedicentur

Gen. 26. a Gal. 3. c Pſ. 131. b in ſemine tuo omnes gentes terræ: Quod exponit Apoſtolus In ſemine qui eſt Chriſtus. In pſal. autem de promiſſione facta Dauid dicitur: De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam: quæ verba manifeſtè denotant veram filiationem naturalem. Ille enim qui ſecundum famam publicam tantum huiuſmodi filius reputatur alicuius, non verè dicitur de ſemine eius, nec de fructu ventris ſui, vt eſt manifeſtum. Et inde etiam eſt, quòd cum ex tali filiatione in laudabili vena filij parentibus in virtutibus ſuccedunt vt in primo præſuppoſito dictum eſt: idcirco principales virtutes regiæ quæ de ipſo Dauid leguntur, attribuebantur propheticè

1. Re. 18. d 2. Reg. 8. d quaſi per modum ſucceſſionis deberi Chriſto. De Dauid enim legitur fuiſſe in omnibus vijs ſuis prudentem ſeu ſapientem. Similiter quod fuit faciens iudicium & iuſtitiam omni populo. Quæ quidem virtutes quaſi per modum germinariæ ſucceſſionis prædicantur à Ieremia Chriſto conuenire. vnde Iere. xxiij. a. Suſcitabo Dauid germē iuſtum & regnabit rex, & ſapiens erit, & faciet iudicium & iuſtitiam in terra. Vnde, licet .n. altiori & excellentiori modo Chriſtus habuit virtutes quam Dauid & cæteri ſancti, vt in tertia parte. q. vij. ar. ij. in reſponſione ad. ij. arg. Nec ipſi Chriſto per ſucceſſionem à Dauid debebantur, præſertim cum multi pro genitores non eiuſdem laudabilitatis inter Dauid & Chriſtum interfuerunt, denotatur tamen per prophetam in verbis prædictis, quòd Chriſto etiam pertinebat ſucceſſio in talibus virtutibus ſecundum veram generationem naturalem humanam, inquantum erat ex vero & proprio germine ipſius Dauid, ꝓut in primo præſuppoſito fuit tactum. Secunda pars concluſionis probatur. Nam illa quę in vaticinijs prophe-

Matt. 1. d tarum inueniuntur tradita de Chriſto, in euangelijs pro maiori & prin-

F cipaliori parte impleta eſſe explicantur Vt adimpleretur quod ſcriptum eſt per prophetam, &c. Et ſic de quam plurimis, quę in proceſſu euangeliorum ſimilibus leguntur. Concluſio ſecunda, quòd Chriſtum ſecundum veram generationem naturalem à Dauid & Abraham deſcendiſſe ſufficienter traditur, quãtum ad fidelium informationem ſpectat per Matthęum in primo titulo ſui euangelij dicentem: Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid filij Abraham. Etiam ſi de genealogia Chriſti nihil amplius tradidiſſet, ꝓbatur: Nam ex ſolis iſtis verbis manifeſtè aſſerit euangeliſta Chriſtum à Dauid & Abraham deſcendiſſe per veram generationem naturalem: ſed talis aſſertio eſt ſufficiens teſtimonium apud fideles ad hoc oſtendendum, etiam ſi nihil amplius de hoc declaraſſet. Igitur concluſio vera: Conſequentia de ſe patet, & aſſumptum pro prima parte probatur. Nam eſto quòd filius dici poſſet etiam ille qui tantum ſecundum famam publicam vel legitimam adoptionem eſt filius, ut in primo præſuppoſito, nunquam tamen ab aliquo dicitur generari qui ſecundum famam tantum vel adoptionem ſit eius filius: licet enim pater dicatur ſecundum curam, ætatem, ſeu genituram & huiuſmodi, & ꝑ conſequens filius tanquam eius correlatiuus: generare tamen ſeu generatio non eodem modo æquiuocatur. Cum igitur dicit: Liber generationis Ieſu Chriſti: manifeſtè loquitur de genealogia quæ eſt per viam generationis, non autem de illa quæ ſecundum famam vel adoptionem tantum dicitur: Talis enim filiatio, non per generationem, ſed per alium modum procedit. Secunda vero pars aſſumpti probatur. Nam apud fideles euangelia Chriſti recipientes ſufficienter filiatio prædicta per illa verba tituli comprobatur. Nam ſi hoc non eſſet verum, nec titulus ille veritatem contineret, quòd abſit à fidelium cordibus cogitare: cum ſecūdum Aug. Si vnum falſum in ſacra ſcriptura eſſet repertum tota eius autoritas infirmaretur. Apud infideles autem qui euangelium negant vel de ſui veritate dubitant, nec tota genealogia ſequens ſufficit ad hoc eis probandum. Tales enim à fide alieni, verbis euangeliſtarum non pręſtant fidem: & ideo totam illam lineam negabunt, niſi forte Hebræi qui autoritate vete. Teſta. aliquam partem genealogiæ Matthæi habent recipere, ſcilicet vſque Zorobabel vel Abiud & huiuſmodi, non vltra, cum apud eos de cæteris hiſtoria autentica non habeatur. Sic igitur tota genealogia per extenſum in euangelijs tradita non ſufficit ad conuincendos infideles de hoc quod Chriſtus à Dauid deſcendit, etſi per Ioachim & Ma-

1. ad Time. 1. a riam fieret deſcenſus, vnde Apoſtolus prohibet genealogijs intendere. vbi glo. dicit quòd infideles habebant genealogias quibus narratur Chriſtum deſcendiſſe à Dauid. vnde ſicut apud tales non ſufficit illa narratio in euangelijs contenta de genealogia Chriſti quantuncunque extenſa tradatur, ad veram generationem naturalem eius oſtendendam, ſic apud fideles ſola verba tituli ſufficiunt ad hoc ſundandum: quæ quidem ratio

ratio includitur in verbis. Aug. contra Fauſtum Manichæum volentem G

Lib. 6. to. 6. probare Chriſtum non eſſe filium Dauid. cum non eſſet conceptus ex Ioſeph: ad quem ſeriem generationis Matthæus producit, vbi Auguſt. ſic ait: Sic ergo nos credimus etiam Mariam fuiſſe in cognatione Dauid. quia ſcripturis credimus, quæ vtrumque dicunt, ſcilicet Chriſtum ex ſemine Dauid eſſe ſecundum carnem, & eius matrem Mariam virginem eſſe. Hæc ille. Si tamen quæratur quæ ſit vtilitas ſeu neceſſitas tradendi tam extenſam genealogiam vbi ſolus primus titulus ſufficit. Ad hoc reſpondetur per ſequentem tertiam concluſionem. Tertia concluſio, quòd conueniens fuit, vt Chriſtus etiam ſecundum publicam famam & communem populi æſtimationem à Dauid deſcenderet, & quòd hoc conſonat antiquorum propheticis traditionibus. Prima pars probatur. nam hoc fuit conueniens dupliciter. Primò ad fidelium in communi Chriſtum illo tempore recipientium inſtructionem. Secundò ad confutationem infidelium Chriſtum non recipientium. primum patet ſic: nam prout in ſecunda ſecundæ. q. i. ar. vij. in reſponſione. iij. arg. habetur: Cognitio fidei in hominibus oportuit, vt ab imperfecto ad perfectum procederet: & ideo Chriſtus fuit prius cognitus ſub ratione Saluatoris in communi, etiam apud electos, quàm cognoſceretur eſſe Deus & homo. In

Ioan. 1. f prima enim vocatione Apoſtolorum Andreas dicebat: Inuenimus Meſſiam, id eſt Chriſtum: ſed poſtea Chriſto interrogante, Vos quem me eſſe

Matt. 16. c dicitis? Petrus reſpondit: Tu es filius Dei, Ex quo videtur quòd prius ſequebantur ipſum tanquam Chriſtum antequam cognoſcerent eius deitatem. Vlterius etiam tanquam minus plene informatis de fide ſuæ deitatis, eiſdem dicebat apoſtolis: Tanto tempore vobiſcum ſum, & non

Ioan. 14. b cognouiſtis me. Similiter & pari ratione prius Chriſtus fuit cognitus tanquam filius Ioſeph, quam cognoſceretur eſſe ſine patre in terris. Non

Mac. 13. g enim ſolum apud æmulos qui ipſum ſpernentes dicebant: Nonne filius Fabri eſt, ſed etiam apud ſimplices diſcipulos & cognatos communiter filius Ioſeph reputabatur, antequam myſterium uirginitatis eſſet diuul-

Luc. 2. g gatum. In talium enim perſona euangeliſta dicebat: Non cognouerunt parentes eius: vnde non ſolum ſimplices ſeu idiotæ, prout apoſtoli fuerunt in principio, ſed etiam Nathanael qui ſecundum glo. peritiſſimus

Ioan. 1. g ſcripturarum erat, cum audiuit à Philippo: Quem ſcripſit Moyſes in lege & prophetis inuenimus Ieſum filium Ioſeph à Nazareth, non fuit admiratus de hoc quòd Chriſtus eſſet filius Ioſeph: ſed de hoc quòd à Nazareth eſſet, cum de Bethleem ſpectabatur Meſſias. Et quod magis attentione dignum eſt, quòd ipſa eadem beata uirgo huius myſterij diuini ſuper omnes conſcia, iſtum modum loquendi obſeruabat di.

Luc. 2. g Ego & pater tuus dolentes quærebamus te. Ex quo ſequitur, quòd ad inſtructionem fidelium in communi qui Chriſtum uenientem in mundo receperunt, conueniens modus fuit, ut eis præſentaretur prius ſub ratione regis, ſcilicet Meſſiæ filij Dauid ſine reuelatione myſterij Deitatis H & virginitatis matris: quam quòd eis à principio omnia iſta arcana reuelarētur: ſic enim proceſſerunt ab imperfecto ad perfectum, qui eſt modus hominibus in communi maxime connaturalis. Secundum probatur nam ſi Chriſtus ſecundum veram generationem naturalem tantum à Dauid deſcendiſſet, & non ſecundum famam publicam, & communem populi æſtimationem, hoc non ſufficeret ad refutandos infideles, præcipuè Hebræos qui ex illa ſtirpe tantum Saluatorem ſpectabant, vt autoritates ſacræ ſcripturæ teſtantur: & Chriſtus eos exhortando dicebat:

Ioan. 5. f Scrutamini ſcripturas, Vnde ſi eum rationabiliter ignoraſſent à Dauid deſcendiſſe, præſertim cum communis fama & populi æſtimatio hoc non teſtaretur, redderentur excuſabiles. Non enim ipſi tenebantur cognoſcere veram generationem naturalem Chriſti, ſecundum quam à Dauid deſcendit, Talis enim incognoſcibilis eſt, niſi per diuinam reuelationem: vt in ſecundo præſuppoſito fuit oſtenſum. Diuina tamen ſcriptura intendit eos inexcuſabiles reddere. vnde glo. ſuper illud Matth. ij. a. Vbi eſt qui natus eſt. Confuſio Iudæorum eſt vt Chriſti natiuitatem à gentilibus diſcant: etſi non credunt, inexcuſabiles ſunt. hæc in glo. Conueniens igitur modus fuit, vt etiam Chriſtus ſecundum publicam famam à Dauid deſcenderet, vt ſic ipſum refutantes ſaltem ſub ratione Saluatoris ſpectati in communi recipere, inexcuſabiles eſſent, quod eſt in tentum. Secunda verò pars concluſionis probatur: Nam pro

Iſai. 9. b pheta per modum ſucceſſionis ipſius Dauid Chriſto regiam dignitatem attribuebant. Super ſolium Dauid & ſuper regnum eius ſedebit. Quæ quidem uerba & ſimilia, licet non de ſede ſeu regno temporali principaliter intelligantur, prout uerba Iſa. denotant ibidem dicentis: Sedebit in æternum: Nec enim concedendum eſt, quòd in regno temporali Dauidico Iechonias à quo Chriſtus deſcendit habuit ſucceſſorem prophetante

Iere. 22. g Ieremia de ipſo Iechonia, Non erit de ſemine eius qui ſedeat ſuper thronum Dauid: cum hoc tamen ſtat quòd ſecundum intellectum minus principalem ſeu figuratiuum, quem totus populus in communi principaliter intendebat de regia dignitate, etiam temporali, quæ Chriſto debebatur per ſucceſſionem Dauid talia verba intelliguntur, per quod ſignificabatur ſucceſſio ipſius Chriſti hominis in regno vniuerſali ſupra omnem creaturam. iuxta illud: Data eſt mihi omnis poteſtas in cæ. & in ter. Ra-

Matt. 28. d tio autem huius figuratiuæ loquutionis ſeu duplicis intellectus talis eſt, Nam ſicut noſtra cognitio de imperfecto ad perfectum naturaliter procedit, vt tactum eſt, ſic eo modo naturale eſt nobis ex cognatione corporalium, in ſpiritualium cognitionem deuenire. Inuiſibilia enim Dei à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, Quod non ſolum habet locum in puris naturalibus, ſed etiam in ſupernaturalibus, vt in miniſterijs eccleſiæ, præcipuè in ſacramentis quibus ſacra



A bus ſacra inuiſibilia per ſigna viſibilia traduntur. & ideo ex diuina prę-

Rom. 1. c ordinatione, vt populus de ſenſibilibus ad inſenſibilia connaturali modo reduceretur, Chriſtum quem conſtituit hæredem vniuerſorum etiam in regia dignitate temporali vt legitimum ipſius Dauid ſucceſſorem fecit, ſic ius hæreditarium in ipſo regno eidem pertineret ex tali ſucceſſione: Quam quidem ſucceſſionem temporalem contemporanei Chriſti diligenter attendebant, vt teſtatur ſacra hiſtoria. Nam apoſtoli qui fuerunt ſuper cæteros de myſterijs Chriſti eruditi, etiam poſt reſurrectionem, quando iam ipſius gloria erat eis magis manifeſta ab eo quærebant. Si in hoc tempore reſtituturus es regnum Iſrael? Quod intelligitur ad lite-

Act. 1. a ram de regno temporali, credentes talem reſtitutionem ad Chriſtum pertinuiſſe: nec Chriſtus protunc iſtum intellectum figuratiuum ſeu minus principalem ab eis excluſit expreſſe, vt ibidem patet. Fortius ergo ſentiendum eſt de cæteris, qui regnum Dei ignorabant. Cum igitur ſucceſſio in regia dignitate temporali, ad illum etiam qui ſecundum famam publicam eſt filius pertineat, vt in primo præſuppoſito: non autem ad illum tantum qui ſecundum veram generationem naturalem tantummodo deſcendit, ſequitur quòd prophetæ teſtantes ipſum fore legitimum ſucceſſorem in regno Dauid temporali, conſequenter præmonſtrabant ipſum ſecūdum famam publicam à Dauid deſcenſurum, quod eſt intentū. Quarta concluſio, quòd prædictus deſcenſus Chriſti à Dauid ſecundum publicam famam & communem populi æſtimationem quantum ad contemporaneos Chriſti attrahendos vel iuſtè reprobandos pertinebat, ſuf-

Act. 1. a ficienter traditur per Matthæum euangeliſtam, cum dicit: Abraham genuit Iſaac &c. Et conuenientius per Ioſeph quam ſi per ſolam virginem glorioſam huiuſmodi deſcenſus traderetur. Prima pars concluſionis probatur. Nam omnes contemporanei Chriſti, exceptis pauciſſimis quibus myſterium virginitatis fuit reuelatum, credebant Chriſtum eſſe filium Ioſeph, & fama publica hoc teſtabatur, vt patet ex iam dictis. Qui quidem Ioſeph de directo genealogizatur à Dauid per Matthęum, vt patet in litera. Igitur prima pars concluſionis vera. Secunda vero probatur: nam ſi talis deſcenſus ſecundum publicam famam per virginem glorioſam declararetur, & non per Ioſeph, oportuiſſet ꝙ contēporanei Chriſti reputarent Chriſtum non deſcendere à Ioſeph, & conſequēter credere virginem glorioſam non legitimè Chriſtum concepiſſe, vel myſterium virginitatis eſſet ſtatim eis reuelandum: quorum primum eſſet falſiſſimum, & derogatiuum honori ipſius beatæ virginis: quæ vt ab infamia ſuſpitionis eſſet immunis, diuina præordinatione fuit deponſata, vt ſancti doctores tradunt. Secundum vero eſſet etiam contra dictamen eiuſdem diuinæ præordinationis, quæ virginitatem matris ex certis rationibus, vt dictum eſt, voluit eſſe occultam, & ſic ſecunda pars concluſionis vera. Quinta concluſio, quòd conueniens fuit vt Chriſti genea-

B logia non tantum ſecundum prædictas filiationes, ſed etiam ſecundum filiationem legalem. ſ. ſecundum adoptionem traderetur, ut Luc. tradit.

Luc. 3. d probatur: Nam ut doctores dicunt, prout poſtilator Luc. ij. tractat licet omnes ſapientes Hebræorum concorditer tenerent Chriſtum deſcenſurum eſſe à Dauid: aliqui tamen eorum opinabantur ipſum deſcendere ab eo per Nathan eius filium adoptiuum propter excellentiam ſanctitatis prophetiæ: alij uero per Salomonem propter dignitatem regiam & excellentiam ſapientiæ. Secundum ueritatem autem, ut omnino tolleretur errandi occaſio, per utrumque deſcendit, per Salomonem ſcilicet ſecundum lineam naturalis generationis. per Nathan uerò ſecū dum lineam adoptionis legalis. Nathan enim filius adoptiuus fuit Dauid. unde conuenienter Lucas ſequitur lineam adoptiuam per Nathan & quoſdam alios, ut nobis oſtendat quòd etiam ſecundum lineam adoptionis Chriſtus à Dauid deſcendit: idcirco notanter prætermiſit hoc uerbum genuit, & loco eius utitur hoc uerbo fuit. Sexta concluſio, quòd generatio Chriſti uera à Dauid per uerginem glorioſam deſcendens cum expreſſione uirginitatis arcanæ quantum ad fideles fide diuulgata cer-

Vbi ſup. tificandos pertinet, ſufficienter traditur per Matthæum. 1. Nam in prædicto ca. poſtquam Matthæus ſe expediuit de genealogia Chriſti ſummariè in primo ti. & conſequenter in ſingulari per extenſam ſucceſſionem (quam ſucceſſionem in tres quaterdenas ex certis cauſis myſticè intellectis diuiſit prout in Glo. or. ſufficienter traditur) ſtatim ipſam materiam generationis Chriſti quaſi alio modo reſumens ſubdit: Chriſti autem generatio ſit erat: Cum eſſet diſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph antequam conuenirent, inuenta eſt in utero habens de ſpirituſſancto. ubi manifeſtè tradit ueritatem generationis Chriſti, quam à Dauid deſcendiſſe in titulo præmiſerat per Mariam uerginem, non ex uirili ſemine, ſed ſpirituſſancti inſpiratione proceſſiſſe: cum quo etiam oſtendit eius uirginitatem occultam eſſe illis temporibus, niſi cui Deus ex cauſa uoluit reuelare ſicut Ioſeph. Colligitur ergo ex præmiſſis, quòd deſcenſus Chriſti à Dauid & Abraham in euangelio quadrupliciter traditur. Nam aut ſecundum ueram generationem naturalem: & hoc ſummariè quantum ſufficit ad certificandos fideles in communi de impletione promiſſionum, quæ patribus fuerunt facta. & hoc dupliciter: quia aut ſine myſterij uirginitatis reuelatione: & ſic in primo titulo Matthæi prout in ſecunda concluſione: aut cum declaratione

Math. 1. uirginitatis ſicut ibi: Generatio autem Chriſti, &c. ut in ſexta concluſione: Aut ſecundum publicam æſtimationem: & hoc extenſè per ſingula deſcendendo & aſcendendo: quòd ſufficit, & requiritur ad certificandos Chriſti contemporaneos. Et de hoc quòd Chriſtus fuerat legitimus ſucceſſor ipſius Dauid, hoc dupliciter: quia aut ſecundum lineam naturalis generationis publicè æſtimatam per Salomonem, quam Matthæus tradit

tradit prout in quarta concluſione: aut ſecundum lineam adoptiuam: & C ſic Lu. iij. prout in quinta concluſione. Qui quidem quadruplex deſcenſus in Chriſto concurrit prout traditio euangelica narrat fideliter: Et hęc ad murmurationes perfidorum comprimendas & admirationes tollendas fidelium in prædictis ſufficiant ſecundum literalem expoſitionem: omiſſis tamen quamplurimis alijs in hac materia a doctoribus traditis, quæ ad myſticam pertinent declarationem.

Sequuntur notulæ breues uenerabilis ac religioſi patris fratris Matthiæ Dorink profeſſoris ſacræ theologiæ eximij, miniſtri prouinciæ Saxoniæ ordinis minorum: quibus poſtilla fratris Nicolai de Lyra ualide ab impugnationibus domini Burgen. defenſatur, & primo circa euangelium Matthæi.

## REPLICA.

Et quia de veteri Teſtamento non plus reperi tactum per Burgen. ideo accedendum eſt ad nouum, &c. In nouo Teſtamento primò occurrit euangelium Matthæi: in cuius primo capitulo dicitur. Iudas genuit Phares & Zaran de Thamar. quem paſſum exponens

In Matth. tom. 9. beatus Hiero. dicit: notandum in genealogia Saluatoris nullam ſanctarum aſſumi mulierum, ſed eas tantum quas ſcriptura reprehendit, q vt propter peccatores venerat de peccatricibus naſcens, &c. Poſtil. autem ab hoc dicto beati Hiero. cum reuerētia declinat motus ex certis rationibus: Quarum prima eſt, quia non videtur rationabile mulieres ratione illa poni in genealogia Saluatoris, qua ratione viri ex ea prætermittuntur. ſ. Ochozias: Ioas & Amaſias pro-

Ibidem pter peccatum prætermittuntur, ut dicit idem beatus Hieronymus, igitur propter peccata non ponuntur ibi rationabiliter mulieres. Item virgo glorioſa ponitur in ipſa genealogia, quæ tamen eſt & ſemper fuit ſanctiſſima. Item quia dicit beatus Hiero. Ruth & Raab in genealogia poſitas tanquam per ſcripturam ſacram reprehenſas, Quod non videtur verum, quia ſcriptura eas commendat.

Ioſue 2. b Heb. 11. f Raab commendatur & ponitur in catalogo iuſtorum. Quod autem dicta fuit meretrix, non fuit ratione vitij; ſed officii, quia vbi nos habemus meretrix, Hebræus habet hoſpita, vel fuit eis co-

Ruth 1. & 3. per totū gnomen. Similiter & Ruth commendatur in ſcriptura. Nec alicubi legitur de illarum duarum mulierum reprehenſione prout beatus Hieronym. allegat. Exponit igitur poſtillator illum paſſum ſic, quòd ille mulieres ideo hic nominantur, quia viris ſuis fuerunt accidentaliter coniunctæ. † Nam quæ fuerunt primò & principaliter coniunctæ, ſiue bonæ ſiue malæ non hic nominantur. Immo quæ inter illas quatuor fuit magis famoſa peccatrix. ſ. Bethſabea di- D recte non nominatur, ſed dicitur ea quæ fuit Vriæ, quæ principaliter & directius nominari debuit ſi peccatum ratio nominationis fuit. In hac re. Burg. aſſumit beatum Hieronymum in ſui defenſione, quem tamen ex leuibus cauſis conſueuit improbare, vt patet in multis locis ſui corruptorii. Et puto defenſionem Burgen. beato Hieronym. non placere. quia maiora inconuenientia contingūt defenſori quam defenſo, vt patebit. Dicit namque Burgen. primò quòd verba beati Hiero. ſunt ſane intelligenda de peccatoribus & peccatricibus finaliter pœnitentibus & ſic iuſtificatis, & tales dicit fuiſſe illas quatuor mulieres in genealogia Chriſti nominatas. Secundo dicit Burgen. quod Raab & Ruth fuerunt famoſæ peccatrices, quia nationes earum in ſcripturis reprehenduntur. Tertio dicit, quod etſi illæ quatuor mulieres fuerunt iniuſtæ, non tamen fuerunt dicendę ſanctæ, ſaltem in vita earum propter præcedentia peccata, Ex his tribus dictis putat Burgen. accipere velle ſufficientem reſponſionem ad argumenta poſtil. facta contra beatum Hiero. Sed certe ex ineptè dictis apta reſpōſio fieri non poteſt. Nūc autem primum dictum propoſito eſt ineptum. Nam multæ mulieres patrum nominatorum in ſcriptura ſunt reprehenſæ tamen finaliter iuſtæ, ſicut Sara, Rachel, Lia & cæterę. ideo ſecundū primū dictū Bur. quãplures debebãt noiari. Cęterum ſi ſolæ quatuor finaliter iuſtificatę debebant noiari, ſequitur ꝙ finaliter impœnitētes nominari nō debuiſſent, & ſic Achaz & multi nominati, nominari non debebant, per argumētum à cōtrario ſenſu, quod Burg. ſępe grandi pendit. Nec ſecūdum dictum Bur. eſt aptum propoſito. Nã ſi quis ea mala fama nationis, deberet dici famoſus peccator, maxime Iob qui natione fuit gentilis, & tamē in ſcripturis dicitur fuiſſe ſimplex & rectus timēs Deū & recedēs à malo, &c. q̄ de eo dn̄t

Iob. 1. a Poterant etiam illæ duæ mulieres naturaliter facere, quę erant legis ſicut Iob & non idololatrę. Vnde de gentilitate ad Iudaiſmum conuerſas ſcriptura non reprehendit ſed magis commēdat, vt probat poſtillator. Nec tertium dictum videtur propoſito conuenire. Nam beatus Hiero. in hac vita iuſtificatas & cum finali iuſticia defunctas vtique debuit dicere ſãctas, nec hoc omittere propter peccata pręcedentia, ſi qua fuerunt; quia Petrum, Paulum, Matthęum, & Magdalenam & cæteros vere ſanctos dicere catholicum eſt, quorum tamen peccata ſacra ſcriptura commemorat, ſed non illarū. ſ. Raab & Ruth. Cum igitur dicta Burg. ꝓut viſū eſt ſint propoſito impertinētia, tn̄ ſa ex eis accepta valere nō pūt. Idcirco cū primum arguitur de tribus regibus ꝓpter peccatum pretermiſſis reſpōdet Burgē. ꝙ illi fuerunt finaliter impœnitentes, quod in mulieribus non habet locum. Sed oſtenſum eſt ſupra primum dictum Burgen. vnde

† Tu dic eas noiatas, tñ quia inſigne aliqd in eis geſtū eſt, tū quia alienigēas & peccatrices noiando indicat vocatio gētium, & venia peccantium.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E gen. vnde ſumitur illa reſponſio non eſſe rationabilis, nec per conſequens ſolutio. Ad ſm argũ de beata vergine ſine peccato in genealogia poſita, reſpondet Burg. ꝙ ſecus eſt de beata vergine, quã neceſſe habuit euangeliſta ponere: & de illis mulieribus quas euãgeliſta voluntariè nominauit, & ſine defectu potuiſſet prætermittere. Sed puto bea. Hiero. ſic non voluiſſe dicere: quia illa reſponſio plus inuoluit, ꝗ ſoluit, nã dicens euangeliſtã pro ſola voluntate illas mulieres nominaſſe, neceſſe habet dicere ꝙ ſine ratione. Quod ſi ſic, fruſtra bea. Hiero. quæreret rationem cuius non eſt ratio, ſed voluntas. Nec veriſimile, quòd ſola voluntate: quinimmo ex rationabili neceſsitate eas nominatim expreſſerat euangeliſta: quæ rationabilitas infrà oſtendetur. Ad tertium argumentum poſt.l. Bur. reſpondet quod facit pro beato. Hiero. quia in ſcriptura commendantur, hoc eſt argumentum iuſtificationis earum finalis: ſed per hoc non excluditur, quin prius fuerant famoſę peccatrices vt dicit Bur. cuius oppoſitum tamẽ oſtenſum eſt in correctione ſecundi dicti ſup. Nec aliqua ſcriptura habetur ꝙ perſonæ aliarum vnquam fuerint reprehenſibiles, ſed potius in ſcriptura commendãtur: vnde poteſt ſumi argumentum quod eſt Bur. in ve. Te. valde familiare, ſed ipſe conſueuit arguere ab autoritate negatiue quod non valet. hic arguitur autem ſimul constructiue & destructiue per hoc ꝙ non legitur quòd ſint reprehenſæ ſed commendatæ. Arguo tamen ex dictis contra Bur. aliter: Omnis denominatio debet fieri à principaliori & digniori: ſed fides & iuſticia ſunt digniora vitijs: igitur nominatio debet fieri potius à virtutibus quam a vitiis, ſed conſtat ex ſcriptura Raab & Ruth fuiſſe virtuoſas, igit̃ earum noĩatio dẽt potius ſumi à virtutibus quam a peccatis ſi qua præceſſerunt. Nam in commemoratione ſanctorum, virtutum fit mentio de per ſe: vitiorum autem quæ fuerant per accidens & recitatiuè: igitur illæ ſanctæ mulieres in Chriſti genealogia ſancta potius debebant nominari ex conuerſatione quam prauitate tranſgreſſionis. Nec illa tertia ratio poſtil. facit pro beato Hiero prout Bur. dixit, ſed contra ſpãliter quia dicit. quas ſcriptura reprehendit, qđ nunq̃ reperitur, ſed contrariũ: quia vtranq; ſcriptura commendat notabiliter ſatis. Patet igitur ꝙ Burg volens pro B. Hiero. certare plus eum inuoluit. Conſequenter videndum eſt quõ contra Poſtil. irrationabiliter mouetur dupliciter. Primo dicit, ꝙ nihil pertinet ad rationem genealogiæ cõiũctio viri & mulieris per ſe vel p accidens, & nihil refert. Nã neceſſariũ vr̃ vxores ſecundarias nõ principales in huiõi genealogia noĩari, quatenus ex tali noĩatione oſtendat̃ uerũ fuiſſe mrĩmoniũ, & nihil illegitimitatis interueniſſe. Qđ autem verũ mrĩmoniũ

F ſit inter virũ & vxorẽ principalẽ, nemo dubitat: nec prolẽ ex eis ſuſceptã fore legitimã, ꝓlem aũt ex occaſionaliter & ſecũdario cõiũcta poſſet ꝓbabiliter dubitare fore legitimã. idcirco ĩ generatione ex principali & per ſe cõiũcta in tota genealogia, de muliere nulla fit mentio: quia ibi prolis legitimitas eſt lata. In generatiõde aũt ex occaſionaliter cõiũctis neceſſe fuit de mulieribus fieri mentionẽ. Tum vt ex hoc innuatur coniunctionem fuiſſe legitimam, Tum ut oſtendatur prolem ex ſic coniunctorum generatione, nullam incurrere notam. Neceſſarium igitur fuit in Chriſti genealogia hoc obſeruare, ne Herodes aut alij Chriſti perſequutores velamen excuſationis poſſent aſſumere quaſi natum illegitime perſequerentur: Hæc eſt enim ratio ſanctorum doctorum de matris Chriſti deſponſatione. Nec valet quod Bur. ſecundo obiicit contra poſtil. rationem de Lia quæ fuit Iacob præter intentionem cõiuncta, & tamen non nominatur in genealogia Chriſti, quod tamen oportet, ſi ratio poſtillatoris valeret. Reſpondeo ꝙ quamuis Lia fuerit cõiuncta præter eius intentionem, non tamẽ ex hoc fuit vxor eius occaſionalis nec ſecundaria, ſed principalis propter ſequentem ratihabitionem. Rachel enim quamuis fuit plus dilecta, fuit tamen uxor ſecũdaria: & ideo Chriſtus ſi fuiſſet natus per lineam Rachel, ſpãliter nominari in genealogia debuiſſet propter rationem prædictã. Sed quia per lineam Liæ quæ fuit prima & principalis vxor, Chriſtus natus eſt, idcirco eam nominari nõ oportebat. Cõfirmatur hęc reſpõſio, quia ſecũdũ magiſtrũ in quarto di. xxx. & doctores, Error in perſona coniuncta dirimit etiam contractum matrimonium, niſi poſt coniunctionem interuenerit ratihabitio. Cum igitur in coniunctione Iacob & Liæ interuenerit error pſonæ, potuit legitimè poſt coniunctionem eam refutare: quod tamẽ non fecit, ſed potius ratum habẽs factum, pro coniũctione Rachel vltro ſeruiuit. Et Lia prima & principalis vxor fuit p cõſequẽs nõ noĩanda. Sed finaliter in hac materia Bur. valde mouetur contra poſtillatoris excuſationẽ, qua ſe excuſat de hoc quod declinat hic dictũ B. Hiero. aſſerẽs contra pietatem militare ſanctorũ opinionibus cõtrairè, inducens ad hoc canonẽ decretalis d. xx. Sed reuera in quo Bur. excuſationẽ poſtillatoris reijcit, ipſe magis venit inculpandus. Perſæpe quidem B. Hiero. B. Augu. cæteriſq; doctoribus ẽt ſine magna ratione obiicit & ipſorũ dictis infidelium Iudæorũ dicta anteponit. Etſi aliqñ pro ipſis certare uideatur, in odium id facere uŕ, poſtillatoris ſalua pace: qui non niſi ſcriptura aut ratione cogentibus interdum à ſanctorum declinat ſnijs. Nec id qđ Bur. aſſumit facit contra pietatẽ: quia hic honor, hæc reuerentia ſolis debetur canonicis ſcripturis, ut qđ ĩ eis ſcriptum fuerit, ſine hęſitatione uerũ eſſe credatur, ut dicit beatus Aug. in de unico baptiſmo. *Tom. 7.* Scripturis aũt aliis quibuſcũque rationabiliter contradicere licet, dicente eodem Aug. in epiſtola ad Hiero. Aliorum ſcripta ita lego, ut quantalibet ſanctitate quãtàue doctrina polleant, non ideo uerum putem, quia ipſi ita ſenſerunt, &c. Et in epiſtola ad Fortunatum dicit Tales eſſe uelle lectores ſuorum ſcriptorum qualis ipſe eſt aliorum, in quo ſua ſcripta cæteris corrigenda ſubiicit: ſicut ipſe aliorum ſcripta ubi id certa ratio uel autoritas exegit, refutauit. Nec putandum hãc Auguſt. humilitatem beato Hieronym. & cæteris ſanctis doctoribus defuiſſe

G *Epiſtol. lib. epiſt. 19. nõ longe a pri. tom. 2. Epiſt. 111. circ. fi. to. n.*

Canon decretalis contra poſtil, inductus pro ipſo militat: Dicitur nanque in ipſo: quo quis maiori rationi innititur, eo maioris autoritatis eius uerba eſſe uidentur. Igitur poſtilla, ſi nulla temeritate permotus interdum ſanctorum ſententias cum reuerentia (quæ ſanctis doctoribus debetur) declinet: meliori ratione aut autoritate perſuaſus, nequaquam debet ob hoc à veritatis amore criminari: quoniam in his, quæ fidei non ſunt, nec ſacris literis obuiant, neque ſancti, neque ſcholaſtici doctores mutuum conſenſum expetunt, ſed ſibi mutuo alijs & aliis rationibus perſuaſi ſine temeritate immo vtiliter contradicunt.

*Linea genealogiæ Chriſti, et Ioſeph quo probari poſſit.*

In eodem cap. vbi dicitur Ioſeph virum Marię: ubi omnes doctores concordant, quòd ſufficienter deducitur genealogia per Ioſeph uirum Mariæ, quia erant de una tribu, &c. Burg. facit multa argumenta aliqua ſatis competentia, quòd non Dauid, ſufficit declaratio gloſſæ & doctorum. Ipſe igitur longam digreſſionem facit, in qua putat ſatisfacere non ſolum quærenti, ſed quæſtioni, quę fieri conſueuit in hac materia, cui placet videat. Mihi autem videtur quòd non amplius quam poſtil. factum concludat. Cum enim Chriſtum natum ex ſemine Dauid & Abraham ſecundum promiſſa vtriſque facta non niſi autoritate ſcripturæ habeatur, igitur ſolum creditum eſt apud recipientem ſacrum cano. Sic & apud Chriſtianum habetur ſolum autoritate Mat. & Lucæ. igitur ex ſola fide. Fruſtra igitur Burg. videtur tam prolixa digreſſione laboraſſe præſertim cum quatuor ſuæ ſuppoſitiones, & ſex concluſiones citra vel vltra, ea quæ fidei ſunt, nihil concludant. Nam in prima ſuppoſitione ſua dicit de filiatione & ſucceſſione ſecundum formam vulgarem, quæ modicum facit ad propoſitum deducendum: Nam à Zorobabel nulla apud catholicos nec puto apud Iudæos habetur hiſtoria autentica: vnde talis fama vulgaris autoritatiue confirmari potuerit vſque ad Chriſtum & parentes eius. Et ſi habetur, tamen quia in canone non eſt, ea facilitate contemnitur qua probatur ſecundum regulam beati Hieronym. In ſecundo præſuppoſito dicit Bur. dubium eſſe quocunque naturaliter genito, an ſit legitimè natus. In quo nihil dicit pertinens ad quæſtionis motæ ſolutionem, quia per nullam naturalem cognitionem poſſumus ad

H legitimam Chriſti generationem peruenire. Et propter idem non valet ſuppoſitio ſua tertia, quia teſtimonium vel probatio per inſtrumentum pertinet ad humanam & naturalem cognitionem. Et quia de ſubſtantia inſtrumentorum ſunt teſtes, ſicut ad naturalis generationis cognitionem non poſſunt honeſti teſtes adduci, ita nec inſtrumenta formari, immo teſtes quicumque adducerentur eſſent dubii ex ſecundo ſuppoſito. Ex illis igitur tribus ſuppoſitionibus nihil fidei affertur niſi negatiuè, quòd videlicet Chriſti generatio non poteſt haberi per famam publicam, nec per teſtes & inſtrumenta, nec per naturalem cognitionem; Suffeciſſet igitur quarta ſuppoſitio quòd poteſt ſciri fidei autoritate: Et ad hoc tendit prima concluſio Burg. quæ aſſumit promiſſiones factas patribus & teſtimonium euangeliorum: quæ omnia ſola fide recipimus. Secunda ſua concluſio ſolũ pertinet ad fideles. & non niſi propter fidem. Et tertia concluſio reſoluitur ad idem, quia vult ex publica fama dicere conueniens Chriſtum eſſe filium Dauid. Sed vnde fama niſi ex prophetis? Sed quid ꝓphetia niſi credamus? Totũ igitur reſoluit̃ in fidem: per cõſequens apud infidelem nihil facit. Per probationes de ſancto Tho. per Burge. ex ſua digreſſione ſumptas non probatur Iudæorum inexcuſabilitas: quia nec per ſcripturam propter interruptionem à tempore Zorobabel, nec p famã ex ſcripturis ſufficienter factam, Ieſum filium Dauid fore ſcire poterant: ſed aliunde, quod oſtẽdere nõ eſt pręſentis ſpeculationis. Nec quarta concluſio, niſi per reſolutionem ad fidem procedit. Similiter & quinta: quia utriuſque lineæ tam naturalis quam adoptiuę teſtimonium non habemus, niſi ex ſcriptura, teſtimonium autẽ ſcripturæ ad fidem reſoluitur. Nunc autem ſcriptura ueteris Teſtamẽti in utraq; linea deficit, quia à Zorobabel uſque ad parentes Chriſti, ut prædictum eſt, autoritatem non habemus. Credendum eſt igitur Matthæo & Lucæ in utraq; linea, Et ecce fideles, Et ad hoc finaliter reſoluit Burgen. ſuam quintam concluſionem. Sed unde Matthæus & Lucas tantæ facti ſunt autoritatis, niſi ex autoritate uniuerſalis eccleſiæ teſte beato Auguſtino contra Adamantinum dicentem, Non crederem euangelio, niſi eccleſiæ autoritas me cõmoueret Qui igit̃ credit eccleſię, credit Mattheo & Lucę, etſi credit Chriſtum filium Dauid ſecundum promiſſa facta patribus. Et hæc eſt ſumma per quam ſoluitur quęſtio per Burgen. ſic diffinitur prętractata, qui autem his non credit, quoniam non ex ſcriptura, quæ interrupta eſt circa genealogiam, nec ratione nec fama conuinci poterit, &cę. remanebit dubius digreſſione Burgenſis non obſtante.

*Aug. cõtra Adamant.*

*Con. epiſt. Man. &c. c. 5. poſt pr. tom. 6.*



## GLOS. ORDI. CAP. II.

A a Cvm ergo na. Quãuis Matthęus natiuitatem ꝑtermittat, tũ aduentũ magorũ referẽs, breuiter eã ꝯmemorat ſic dicens: *Cum er.* Quatuor hic ponunt̃ a ꝓphetis roborata, natiuitas, nomẽ, locus, et tp̃s. De natiuitate Dñi ĩ Bethleẽ Matthę⁹ & Lucas conſentiunt. Sed qũo & qua occaſione ad eum venerint Ioſeph & Maria Lucas exponit: Matthæus pretērit, ſicut & cætera vſq; ad circunciſionem: ſicut econtra de aduentu magorũ Lucas tacet, & Matthæus exponit.

b *Beth. Iu.* Ad dr̃iam illius, q̃ eſt in Galilęa in tribu Zabulon. Duę. n. ſunt Bethleem. Bethleẽ prius dicta eſt Ephrata. Bethleẽ domus panis, qa ibi naſcitur⁹ erat panis viuus qui de cœlo deſcendit, qui ponitur in pręſepio: vt irrationabiles paſtos, faciat ſocios angelorũ. Significat autem eccleſiam, quæ eſt domus, in qua panis viuus comeditur.

*Duæ Bethleem*

c *In di. Hero.* Hoc non ponit tm̃ pro tempore: ſed vt videatur impletũ. Non deficiet princeps de Iuda &c. *In dieb. Herodis regis.* Finito. ſ. regno Iudæorũ: quãdo iam Herodes alienigena in gẽte Iudæorum regnum ſibi occupauerat impleta prophetia q̃ dicit: Cũ venerit ſanctus ſanctorum, ceſſabit vnctio veſtra.

*Gen. 49. b*

d *Ecce ma.* Magi non malefici, ſed Philoſophi Chaldæorum, qui de ſingulis philoſophantur. Et fuerunt (vt dicitur) de gñe Balaam, et ſucceſſores doctrinarum eius. In iſtis fides gẽtium vt primitiæ Deo conſecratur. Hi prædicant natiuitatem, locũ neſciunt. Iudæi locũ inſinuant: tp̃s aduentus nõ cognoſcunt.

*Dan. 9. f*

e *Venerunt.* Magi, non poſt annum: qa tũc nõ inueniretur in præſepio, ſed in Aegypto, ſed. xiij. die. Fuerũt aũt de terra Perſarum vbi & Saba fluuius a quo regio noĩatur, iuxta q̃ & Arabia eſt, vbi Magi fuerunt reges. Qui etſi tria munera obtuliſſe dicuntur, non iõ nõ plures q̃ tres fuiſſe ꝓbantur, ſed vt p eos gentes q̃ ex trib. filij Noe natæ ſunt, uenturæ ad fidẽ ꝑfigurent, vel tot fuerunt principes, q multos duxerũt in ſuo comitatu. Iõ Magi apud Ieroſolimam præcipue natũ quærunt:

*Magi Chriſtum quærentes quot fuerint.*

B qa per Balaam de Iſrael naſciturum audierũt. Noua. n. ſtella nouum hoĩem indicabat. Stella Chriſtus quẽ ſequi dẽmus, q niſi in cordib. oriatur, rex Iudæorũ in oriente non quæritur.

f *Vbi eſt qui natus eſt rex Iu.* Confuſio Iudæorũ eſt, vbi Xp̃i natiuitatem a gẽtibus diſcunt. et ſi nõ credũt, inexcuſabiles ſunt.

g *Vidimus enim ſtellam eius.* Hęc ſtella dominicę natiuitatis nũcia nunq̃ prius apparuit, ſed eam tũc puer creauit, & Magis p̄uiã deputauit, q̃ mox peracto officio eſſe deſijt. Chriſtũ nondũ loquentem muta ſtella prædicat, poſtea loquẽtem apoſtoli nũciauerunt. Iudæis, tanq̃ rõne vtẽtib ſubſtantia rõnalis. i. angelus ortum Chriſti nunciauit. Magos vero primitias gentium nondum ratione vtẽtium irrationalis. i. ſtella perduxit. Paſtorib. angeli, Magis ſtella, vtriſq; tñ loquitur lingua cœlorũ, qa iam ceſſabat lingua prophetarum. Vtrum ſtella orta ſit in oriente an ipſi ibi poſiti natam ad occidẽtem viderint ambiguum eſt. Potuit, n. naſci in oriente, & eos in Ieruſalem perducere. Sed dũ humanũ quaſi ex lege q̃rũt auxiliũ, diuino deſeruntur Per ſtellam intellexerunt eum in Iudæa natum. & ideo Ieruſalem veniunt, vbi locum diſcentes tũc aggreſſi iter primum haben ſtellam præuiam, quam recognoſcunt. Allegori. Stella eſt illuminatio fidei quæ ad Chriſtũ ducit. Dum diuertunt ad Iudæos, eam amittunt, quia dum a malis conſilium quærunt, veram illuminationem perdunt.

*Allego.*

h *Audiens autem Herodes rex.* Rex dicitur, vt ex collatiõe eius, qui quæritur, hic intelligatur extraneus, quia iam defecerat ꝓ prius. *Audiens autem Herod.* alium regem Iudæorum quam ſe quæri, volebat enim cum eſſet alienigena legitimus rex videri, & ideo codices, quibus genealogia texitur, cremauit.

i *Turbatus eſt, & omnis &c.* Vel quia exitium regni ſui timet, vel propter iram Romanorum ſi hoc pateretur, qui decreuerant ne quis rex vel Dominus ſine eorum conſilio diceretur. Nato rege cæli rex terræ turbatus eſt quia nimirum terrena altitudo confunditur, cum cæleſtis celſitudo prædicatur.

*Herodes quare turbatur in aduentu Magorum.*

*Cum illo*

## CAP. II.

a C ¶ Ecce natiuitas, cum eſſet natus. Vm ergo natus eſ- a ¶ Nomen. ¶ Locus.
b ſet Ieſus in Bethle a ¶ Tempus.
c em Iudę in dieb⁹ b Herodis regis, ec
d e ce Magi ab Oriente venerunt Ie- a ¶ Vbi erat caput regni. ¶ Ciuitas Dei toto orbe refulget, in qua minus docti erudiuntur diuina lege.
f rõſolymam, dicentes: Vbi eſt qui a ¶ Ne hoc de Herode quętere videantur. b ¶ Signa non fidelibus, ſed in fidelibus data ſunt.
g nãtus eſt rex Iudæorum? Vidimus c a ¶ Propriam quia hanc creauit ad oſtenſionem ſui. enim ſtellã eius in oriẽte & † ueni- a ¶ Quia Deum intelligunt ſtella famulante.
h mus adõrare eum. Audiens autẽ d
i Herodes rex turbatus eſt, & omnis e f

## NIC. DE LYRA. CAP. II.

*Diuiſio*

Cvm er. natus eſſet Ieſus in Bethleem Iu. *Hic ſecundo oſtẽdit euangeliſta ipſum Ieſum eſſe verum Deum & uerum hominem ex illuſtratione cæleſti & ueneratione regali. Et diuiditur ĩ duas partes, quia primo ponitur huius rei manifeſtatio: ſcđo, ipſius Chriſti manifeſtati perſequutio, ibi: Qui cum receſſiſſent. Item prima in tres, quia primo ponitur Chriſti inquiſitio ſollicita. ſecundo, eius inuentio certa, ibi. Qui cum audiſſent regem. tertio, eius adoratio deuota, ibi: Et procidẽtes. Prima adhuc in duas: quia primo ponitur inquiſitio Chriſti ex deuotione. Et iſta facta eſt à Magis, ſcđo, ponitur inquiſitio Chriſti ex malignatione. Et hęc fuit inquiſitio Herodis, ibi: Audiens autem rex. Circa inquiſitionem Magorum quærentium Chriſtum natum euangeliſta tria notat, uidelicet, natiuitatis locum, cum dicit:* C

a Cũ ergo natus eſſet in Bethleem Iudæ. *ut oſtendat impletam eſſe prophetiam Micheæ. v. vt videbitur infra eo. ca. Additur autem Iudæ ad diſtinctionem alterius Bethleem quæ eſt in tribu Zabulon. ſecundo notat tempus, cum dicit: In diebus Herodis. prophetauerat enim patriarcha Iacob. Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius donec veniat qui mittendus eſt, &c. vbi tranſlatio Chaldaica habet ſic: Donec veniat Meſſias. vbi manifeſte oſtẽditur illo tempore Chriſtum eſſe naſciturum, quando deficeret rex & dux de populo Iudęorum. Et hoc impletum eſt in Herode: quia vſque ad tranſmigrationem Babylonis habuerunt reges de tribu Iuda, & poſtea duces, vt patet de Zorobabel & ſic uſque ad Herodem qui fuit Idumæus natione, & per conſequens alienigena: ſed regnum Iudæorum fuit ſibi datum à Romanis Imperatoribus, & cum hoc adiutorium ad ipſum acquirendum. & capto Antigono ibidem regnante & poſtea interfecto, Herodes occupauit regnum. vt narrat Ioſephus. patet igitur quòd per hoc quod dicitur:*

*Gen. 49. b*

*† acceſſimus Eſdr. 2.*

*libr. antiq. 14. ca. 24. cir. med.*

b In diebus Hero. re. *Oſtenditur tempus præfinitum Chriſti naſcẽtis. Tertio, ſcriptura circa natiuitatem Chriſti notat euidẽs cæleſte ſignum: prophetatum enim fuerat per Balaam. Orietur ſtella ex Iacob & conſurget virga de Iſrael. &c. vbi oſtenditur quòd ortus nouæ ſtellæ apparentis erat ſignum Chriſti naſcentis: & ideo in hora natiuitatis Chriſti apparuit ſtella noua in orientali terra vbi quondam habitauit Balaam. Quæ quidem terra eſt in parte orientali reſpectu Ieruſalem, vt habetur in eodem li. & ideo iſti magi dicti ſunt magi non a magica arte, ſed à magnitudine ſcientiæ: & ideo dicti ſunt etiam reges, quia illo tempore Philoſophi ſapientes regnabant. Iſti ergo videntes nouam ſtellam cognouerunt per diuinam inſpirationem, quòd illa erat, quæ prædicta fuerat per Balaam. & ideo ſtatim mouerunt ſe de locis ſuis, vt venirent ad venerandum puerum natum: & ſequentes ſtellam venerunt in Iudæam die tertiadecima: quia illa terra, vbi habitabat Balaam, non multum diſtabat à Iudæa: ipſis autem Iudæam intrantibus, ſtella diuina diſpoſitione diſparuit, vt neceſſe haberent recurrere ad ciuitatem regiam, videlicet Ieruſalem, & ibidem inquirere de Chriſto nato. Et hoc factum eſt à Deo duplici de cauſa. Vna propter ipſos Magos, vt qui prius fuerant commoniti cæleſti ſigno, confirmarentur etiam dicto prophetico ex doctorum Hebraicorum reſponſione: vt infra patebit. Alia cauſa fuit propter Chriſtum, vt eius natiuitas in ciuitate regia nunciaretur: & per conſequens Iudæi Chriſtum non recipientes inexcuſabiles haberentur. Per hoc etiã figurabatur quòd fides Chriſti erat a gentilibus deuotè recipienda, & a Iudæis pro maiori parte in infidelitate remanentibus refutanda, quia magi, qui gentiles erant, ipſum Chriſtum deuotè quæſierunt, & inuentum adorauerunt; Sacerdotes autem Iudæorum audientes Chriſtum natum per cęleſte ſignum in nullo moti ſunt ad ipſum quærendum ſeu venerandum. Dicit igitur:*

*Num. 24. c*

*Num. 23. a*

D

*eod. cap.*

c Vidimus ſtellam e. *& patet ſenſus per prædicta.*

d Audiens au. Hero. *Hic ponitur inquiſitio Herodis ex malignatione. & primo ponitur eius inquiſitio de Chriſto à Iudęis, ſecundo ab ipſis magis ibi: Tunc Herodes. Dicit ergo:* Audi. au. He. *ſcilicet Chriſtum natum per euidens cæleſte ſignum.*

e Turbatus eſt. *Nec mirum, quia erat alienigena vt dictum eſt, & ideo timebat perdere regnum, & non ſolum ipſe turbatus eſt, ſed.*

f Et omnis Ieroſolyma cum illo. *Hic accipitur pars pro toto. vnde oĩs Ieroſolyma, accipitur hic pro illa parte quę fauebat ſibi, ſicut cõiter dicitur,*

## MORALITER.

✠ a *Cum ergo natus eſſet Ieſus &c.* Sequitur:

c *Vidimus enim ſtellam eius &cæter.* Per ſtellam ſignatur virgo Maria, quæ interpretatur maris ſtella. Hæc autem ſtella apparet magis condeſcendendo ſibi deuotis: & eos nauigantes per huius mundi mare turbulentum dirigit ad portum ſalutis qui Chriſtus eſt. Et ipſum inuenientes venerantur, offerentes ei munera, ſcilicet aurum charitatis, & thus deuotæ orationis, & myrrham carnis mortificationis: quia cum caro rationabiliter caſtigatur, ad cæleſtia ſpiritus eleuatur.

 ✠ *Et reſponſo accepto*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

A a *Cum illo:* pp fauorem: quia ſępe populus plus eis iniuſte fauet quos crudeles ſuſtinet. Vnde Salomon: Rex iniuſtus omnes miniſtros impios habet.

Prou. 29.b b *Et cong.om.* Nota diligentiam inquirentis, vt ſi inuenerit, faciat ꝙ poſt ſe velle oſtẽdit ſinautem excuſatus ſit Romanis: Explorabat etiam, ſi rex eorum triſtes vel lætos faciat Iudæos.

c *Vbi Chriſ.* A Iudæis quærit locum, a magis tempus vt de vtroq; fiat certus.

d *In Beth.Iu.* Locum natiuitatis exprimunt, quem teſtimonio ſcripturæ didicerunt. vt ipſa eorum ſcientia illis fieret ad teſtimonium damnationis, nobis ad adiutorium fidei. Ex hoc patet, quia non ex ignorantia, ſed ex cordis duritia credere noluerunt. *Et tu Bethle.* Hoc ſic ponit, vt ab eis dictum eſt: qa etſi non verba, veritatem ſenſus quodammodo ponunt. In Hebræo ſic eſt: Et tu Bethleem Ephrata parua es in milib. Iuda: ex te mihi egredietur q ſit dominator in Iſrael, & egreſſus eius ab initio a diebus æternitatis. Et eſt ſẽſus: Etſi ſis paruus viculus comparata ciuitatibus Iudæ, vbi tot milia: tamen non es minima: quia ex te egredietur magnus Chriſtus, qui non tm̃ de Dauid, quia egreſſus eius ex mea conſtat ſubſtãtia: natus a dieb. ęternitatis, quia in principio erat uerbum. Antiquitus Ephrata, poſtea Bethleẽ. Myſtice eſt dicta Ephrata, furorem uidit, quod præmõſtrat inſaniam Herodis qui ibi pueros occidit. Vel Ephrata frugifera, quę colit agrũ uitæ Merito in eo loco Xp̃s naſcit, q totius eccl'iæ typũ gerit, & ex noie innuit Chr.ſtũ pabulum vitę cũctis *Terra Iuda nequa.* In Hebrço, Ephrata: Bethleem, eſt domus panis, Ephrata ſpeculum Quæ ſunt domus iſte niſi fidelium mentes panem angelorũ manducantes: & q̃tũ in hac vita mortali cõceditur, gl'iam Dñi ſpeculantes: In qb. Chriſtus iam per fidem natus de gentilitate velut de longinquo venientib. per falſorũ doctorũ demõſtrationem aliqñ quæritur, & inuentus adoratur.

Mich. 5.a / † Mich. 5.a / † mihi pro dicetus ẽ. / Ioan. 7.f / Myſtice

B

e *Clam vocatis ma.* Remotis ſacerdotib. & ſcribis, timebat.n. ne Iudęi quaſi ex Dei oraculo promiſſum occultarent, ſi ſe velle eum perimere ſentirẽt. Iõ ẽt promiſit ſe adorare ne quis ſentiret dolum eius, ſed ſine ſuſpitione ob gratiã fauoris ei renunciarẽt.

f *Adorem eum.* Herodes deuotionem promittit. ſed gladium acuit, maliciam cordis depingens colore humilitatis. Finxit ſe vultu & verbis adorare eum, quem inuidia mente cogitabat occidere. Cuius perſonam repreſentant hypocritæ, qui ficte Deum quærunt, nunquam merentur inuenire.

g *Et ecce ſtella quam viderant in oriente, antecedebat eos vſquedum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer. Viden. autem ſtellam.* Ingreſſi Iudęam deſeruntur iudicio ſtellæ, vt cogantur ex lege inquirere. Vel diuino deſeruntur auxilio, qui quærũt humanũ. Nec dicebat ſignum infidelibus datum apparere domeſticis legis & prophetarum, quia ſi Moyſen & prophetas non audiunt, neque ſi quis ex mor. &c. Non tenuit æthereas vias. Sed multum domui vicina, aliter non diſcernerent domum. Moraliter. Stella, eſt bona exhortatio ducens ad Chriſtum, Vel potius fides quam mentis illuminatio, per quã ingrediẽs Xp̃m videt qui eſt ſtella matutina, & eo viſo gaudet gaudio & adorare non deſinit.

Luc. 16.g / Moraliter

h *Gauiſi ſunt gaudio magno valde.* Gaudio gaudet, q propter Deũ (qui verum gaudium eſt) gaudet. Addit & magno, quo nihil eſt maius. Et valde gauiſi, quia de magno poteſt alius plus, alius minus gaudere.

i *Et intrantes domum inuenerunt.* Tres Magi vno itinere Deum veniunt adorare, quia in vno Chriſto (qui eſt via) inſeparabilis trinitas ab eis erat adoranda.

k *Puerum cum Maria matre eius* Sępe puer nominatur, vt eum agnoſcant, de quo dictum eſt. Puer natus eſt nobis. Cur non & Ioſeph cum Maria inuentus eſt a Magis? Ne aliqua inde malę ſuſpitionis occaſio daretur gentibus, quę primitias ſuas ſtatim nato Saluatore ad eum adorandum miſerunt.

Iſa. 9.b

*Adoraue.*

a b Ieroſolyma cum illo. Et congre- a

a Pontifices.

gans omnes principes ſacerdotum

a Moralium latores preceptorum. b Palam quaſi ex bono affectu.

& ſcribas populi, ſciſcitabatur ab

a Sic uocat eum, quia nouerat inungi reges Iudæorum.

c eis vbi Chriſtus naſceretur. At illi b

d dixerunt ei: In Bethleem Iudæ. Sic

Micheam.

enim ſcriptum eſt per prophetam:

a Ad tribum Iudæ pertinebat.

†Et tu Bethleem terra Iudã, nequaquã minima es in principibus Iuda. Ex te enim †exiet dux, qui regat populum meum Iſrael. Tũc Hero- c

a In Hebræo, in milibus. Arguuntur Scribæ obliuionis quod non ipſis uerbis prophetæ vſi ſunt.

e des clam vocatis Magis, †diligenter didicit ab eis †tempus ſtellę quę apparuit eis: Et mittẽs eos in Bethleẽ, dixit: Itẽ & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis re- d

a Quia locum didicerat, quando naſceretur explorat.

a Cognito loco & tempore reſtat cognitio perſonæ.

a Hoc ſubiungendo ad renunciandum inuitat.

Vt alacrius per eum redeant, & ne Iudæ, quia rex eorum futurus erat occultent.

f nũciare mihi, vt & ego veniẽs adorem eum. Qui cum audiſſent re- e

a Æſtimantes, ſuppl'e vera quæ dixerat.

g gem, abierunt. Et ecce ſtella, quam uiderant in oriente, antecedebat f

a Donec.

b Q.d. Hic eſt quem natum teſtabat.

eos vſque dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer. Videntes autem

a Inuenio quod deſiderauerant.

h ſtellam gauiſi ſunt gaudio magno

a Diuerſorium illud quod Lucas commemorat.

i valde. Et intrantes domum inuene

k rũt puerũ cum Maria matre eius:

C

¶ dicitur, quando maiores ciuitatis aliquid faciunt quod tota ciuitas facit: ſic in propoſito illi qui erant ibidem maiores & in regalibus officijs aſſiſtentes: illi cum rege turbati ſunt. Sequitur:

a Et congreg. omnes. princi. *quia enim volebat Chriſtum perdere, iõ voluit de loco natiuitatis Chriſti diligenter inquirere ab illis, qui ſcripturas prophetarum prædictas de Chriſto nouerant & genealogias deſcendentes à Dauid ſciebant.*

b At illi dixerunt ei: In Bethleem Iudæ. *Sicut enim periti in lege reſponderant per prophetiam quæ habetur Micheę v. quæ non poteſt exponi niſi de Chriſto: vnde in eadem autoritate vbi dicitur: Ex te egredietur qui ſit dominator, & c. tranſlatio Chaldaica habet. Ex te egredietur Meſſias. Ad euidentiam igitur huius prophetiæ vidẽdum eſt qualiter ſcribitur Micheæ. v. quia videtur in aliquibus diſcordare ab eo qđ hic dicitur. Scribitur enim Micheæ. v. a. Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in milibus Iuda: ex te enim mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael, &c. Matthæus autem euangeliſta aliter ſcripſit: quia debebat ſcribere reſponſionem Iudæorum Herodi factam: Herodes autem erat alienigena, & ignorabat ſcripturas prophetarum: & ideo ſcribæ ſibi reſpondentes aliqua verba in authoritate ſcripta mutauerunt vt planius regi loquerentur: tamen eandem ſententiam tenuerunt: quod patet diſcurrenti per ſingula, Scribitur enim in Michea ſic. Et tu Bethleem Ephrata. Ipſi autem reſponderunt: Et tu Bethleem terra Iuda: Cuius ratio fuit: quia iſta ciuitas antiquitus vocata eſt Ephrata ab vxore Caleph, ſed poſtea eſt ibi facta fames magna tempore Elimelech & Noemi vxoris ſuæ: propter quam famem iuerunt ad peregrinandum in terra Moab, vt habetur Ruth. 1. a. Tranſeunte autem fame facta eſt maxima abundantia in eadem ciuitate: ſicut frequenter fit mutatio à contrario in contrarium: & tunc vocata eſt ciuitas Bethleem. i. domus panis, propter abundantiæ euentum. Herodes autem ignorabat iſtam hiſtoriam: & ideo nõ dixerunt. Et tu Bethleem Ephrata: quia neſciuiſſet quid eſſet dictum: ſed dixerunt: Tu Bethleem terra Iuda. i. quæ ſita es in tribu Iuda ad differentiam alterius quæ ſita eſt in terra Zabulon, ſicut prædictum eſt. Similiter qđ ſequitur in autoritate. Paruulus es in milibus Iuda: mutauerunt dicẽtes:* Nequaquam minima es in principus Iuda. *Licet enim videatur eſſe contrarietas in verbis, tamen eſt eadem ſententia, quia cum dicitur Paruulus es, &c. hoc eſt dictum Tu Bethleem paruulus es vicus in ſitu & ambitu murorum reſpectu milium ad te pertinentium, & ratione Chriſti ex te naſcituri: & iſta paruitas ſonat in dignitatem, ſicut ſi diceretur: Pariſius eſt parua ciuitas in ſuu reſpectu multitudinis ad eam pertinentis. Scribæ autem Iudæorum reſpondentes Herodi, hanc dignitatem planius expreſſerunt dicentes:* Nequaquam minima es. *Quod autem ſequitur in autoritate hic & ibi ſatis concordat, vt patet intuenti.*

† accuratè pquiſiuit / † quo tpe ſtella apparuiſſet eis

D

c Tunc Herodes clam vocatis Magis diligenter didicit. *Hic ponitur inquiſitio Herodis facta ab ipſis Magis. Cognito enim loco natiuitatis Chriſti ex Iudæorum reſponſione, voluit ſcire tempus natiuitatis ab ipſis Magis per ſignum ſtellæ orientis quæ apparuerat eis, vt ſi ad ipſum non redirent ex temporis & loci cognitione poſſet Chriſtum interficere, ſicut poſtea attentauit pueros interficiendo, & hoc eſt quod dicitur:* Tunc Herodes clam uocatis, *Dicit clam, id eſt occultè, quia cum eſſet alienigena non confidebat de Iudæis: & ideo voluit ſuum conſilium eos latere. ſequitur:*

d Et mittens eos in Betleheem. *Spondet falſum obſequium, vt facilius eos decipiat: & ad redeundum ad ipſum inducat:*

e Qui cum audiſſent regem abierunt. *Poſita ipſius Chriſti inquiſitione ſollicita, hic conſequenter ponitur eius inuentio certa. Dicit igitur:* Qui cum audiſſent regem abierunt. *recedentes ſcilicet de Ieruſalem, vt irent verſus Bethleem, edocti de hoc per prophetiam.*

f Et ecce ſtella quam viderant in oriente, antecedabat eos uſque dum veniens ſtaret. *Quia enim vt dictum eſt, diſparuerat, ut Chriſti natiuitas per ipſos in regia ciuitate publicaretur, & ut prophetia de loco natiuitatis Chriſti impleta monſtraretur; ideo hoc peracto iterum eis apparuit, & repletos gaudio ad locum determinatum ubi puer erat deduxit. Ex prædi-*

*¶ ctis pa-*



A a *Adorauerunt.* Sic confitentes Deum, quem factum eſſe hominem intelligũt, & moriturum quod per myrrhã oſtẽdũt.

b *Et ape.* Fidem ſuam myſticis proteſtantur munerib. Munera clauſa, fides eſt cordis. munera aperta, confeſſio eſt oris. In thure confunditur Arrius, qui ſoli patri ſacrificãdum eſſe cõtẽdit. In myrra Manichæus, qui Chriſtũ mortuũ non credit In auro vterq;, qa & Manicheus de ſemine Dauid regem natum non credit, & Arrius ſolã ei ſeruitutẽ aſcribit. Moraliter. Et apertis. Magnum religionis ſacramentum hic aperitur vt fide præuia theſauros noſtros in via non pandamus, donec præteritis hoſtib. ſoli Deo ex occultis cordium offeramus: Ezechias, quia theſauros alienigenis prodidit, condemnatur in poſteris.

Moraliter / Iſa. 39.a

c *Obtulerunt ei.* Quæritur an ſinguli ſingula, an vnuſquiq; tria? quod magis fatendum eſt, quia congruit myſterio: quia omnis vere Chriſtianus Chriſtũ, Deum, regem, & paſſum cõfitetur. Dr̃ ꝙ reges Perſarum ſemper cum munerib. ſolẽt adorare, quo more, & iſti munera obtulerunt. Sed magis diuina inſpiratione eſt factum, vt in hoc ſit myſterium omnium. unde & figuraliter tria dicuntur. Aurum, ad tributũ; thus, ad ſacrificium: myrrha, ad ſepulturam pertinet mortuorum. Vel per hæc tria in eodem Chriſto intimãtur, regia poteſtas, diuina maieſtas, humana mortalitas. Moraliter. Nos ergo thus offerimus, ſi cogitationes carnis in corde p ſtudium orationis incendimus: Aurũ, dum ſuperna ſapientia reſplendemus: Myrram, ſi carnis uitia per abſtinentiã mortificamus. Hæc munera ex theſauro animi condita proferuntur, cum corde creditur ad iuſti. ore autem confeſſio fit ad ſalu. Aurũ eſt perfecta ſapientia. thus oratio munda, myrrha operatio bona. Primum ergo fides Chriſto offerenda: deinde oratio, tertio loco operatio. Infirma eſt oratio quam non munit eleemoſina. Myſtice, Tres magi, ſignificant Gentilem populum de tribus filijs Noe procreatum ad fidem Chriſti veniẽtem: Stella, propheticum ſermonẽ, ortum Chriſti veraciter profitentem. Herodes, diabolum, qui cognita diuinitate Chriſti p ſequitur eum in membris ſuis, a quo magi pergunt dum ab idololatria gentes recedunt: & ad domũ in qua Chriſtus eſt .i. ad catholicã eccleſiã perueniũt: in quam intrantes per fidẽ, inueniunt Chriſtũ cũ matre ſua .i. eccleſia. Ioſeph remoto .i. Iudęorũ populo pp perfidiam: & apertis theſauris ſuis .i. lraſrũ peritia, obtulerũt ei munera .i. phyſicã, ethycã, logicã. vel, hiſtoriam, tropologiã & allegoriã. vel, ſanctæ trinitatis fidẽ.

Quod quiſque Magorũ dona obtulerit. / Regũ Perſarum quis ritus pt in ol Latienib / Moraliter / † excitatus / Rom. 10.b

B

Myſtice

d *Et re.ac.* Sicut Moyſes tacens clamabat, ſic iſti pio affectu interrogabant quid diuina iuberet uoluntas. Hæc reſponſio nõ fit per angelũ, ſed per ipſum Deũ, quia nullus alius uiã reuerſionis inſtituit, niſi ille qui dicit: Ego ſum uia, veritas, & vita. Nõ loqĩ puer ad eos, ne diuinitas añ tp̃s reuelareĩ, & vera humanitas hẽa. uñ & mox in Aegyptũ mittiĩ: qa & fides nutriẽda erat ad pręmiũ, & uita doctrinæ p̃parãda eſt ad eũdũ.

Ioan. 14.a

e *Per a.vi.* In hoc forma datur credentib. vt deuoti ad Deũ ueniant: & qđ iubeat, intendãt. ſ. ne ad diabolũ redeant: ſed per ſemitas uirtutum ad patriam ueniant: & qui ceciderunt contemnendo, reſurgant obediendo

f *Fu.in Aegyptum.* Mira humilitas Chriſti: Fugit qui refugium eſt aliorum & uirtus: fugiendo inſtruit ſuos. unde: Si uos perſequuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam.

Inf. 10.c

k *Nolite putare.* Poſtquam hortatus eſt eos omnia pati pro ueritate, & non celare & gloriam Dei facere, incipit docere qd docturi ſint. Quaſi diceret: quid eſt q vetas abſcondi, pro quo iubes omnia pati? an eſt aliquid contra legem? Inquit. *Non veni ſoluere legem: ſed adim.* vel faciendo quod dicit, vel ſupplendo, quod deerat & imperfectum erat. *Nolite putare.* Hactenus docuit, vt ſale condiant animas ad incorruptionis ſanitatem, vt illuminent ad ueritatis intelligentiam: vt acquiſitos ab hoſtib. defendant, defenſos ad amorē diuinitatis accendāt. Nūc vt cæleſtis orator (quia poterāt æſtimare q uetera pcepta uellet abolere) aū interrogata pſcius occurrit. dicens. *Nolite puta.* Soluit qui ſpiritualiter facere vetat. Adimplet Chriſtus dum præmiſſis ad inchoationem vitæ agendæ ſuperaddit plura ad perfectionem moralium præceptorum, & quæ figuris tegebantur & futura ſignificabant, in ſe perficit & in eccleſia: ſine quo figuræ eſſent vacuæ & ſine effectu. q.d. ideo non debetis percontari de veteribus præceptis & mirari de nouis, nec paſſionibus terreri. Chriſtus legem impleuit, quia exteriores legis figuras ſo uens: impleuit veritatem interiorem. G

l *Iota.* Hic oſtenditur, quod quæ minima putantur in lege, ſacramentis. *Spiritualibus*

a Aliorum fortitudo. b i. ſi doctor errauerit. In tribulatione defecerit. c i. per quos infirmus populus confirmabitur.

a †Quòd ſi ſal †euanuerit, in quo ſalietur? b Ad nihilum ualet ultrà, niſi c

a Sal infatuatum. i. tribulationi cedentes.

a Ab officio docendi, uel eccleſia. b Dum vita eius contemnitur, quæ ad nihilum valet.

b ut mittatur foràs, & cōculcetur ab

a Irrideatur ab hominibus carnalibus. b Percipientes in Chriſto lucem ueritatis. c Per quos omnes illuminantur a tenebris ignorantiæ.

d Nomine mundi uel vniuerſi qui ſunt de mundo electi accipiuntur.

c hominibus. †Vos eſtis lux mundi, d

a Q.d. aſpicite quo poſiti eſtis. b Soliditas apoſtolicæ doctrinæ. c Celare. Non licet iam eſſe bonos.

e †Non poteſt ciuitas abſcondi ſu- e

Chriſtum uel eccleſiam.

a Ipſe mons manifeſtat eam. b Alia ſimilitudo.

f pra montem poſita, neq; accendūt f

a Timoris vel commodo vitæ præſentis.

lucernam, & ponunt eam ſub mō-

a i. vitæ integritatem.

g dio, ſed ſuper cāndelabrum: † ut lu-

a Eccleſia vel mundo

ceat omnibus qui in dòmo ſunt.

Vt dico, non ſub modio poſita ſed ſuper candelabrū. a Vere docet, qui facit quod docet, aliter condemnat ſeipſum.

h †Sic luceat lux ueſtra cōram homi g

i nibus, ut uideant opera veſtra bo-

a In uobis. b Non uos. c Cuius opus eſt quod cęli faciunt.

na, & glorificent pàtrem ueſtrum,

a Qui uos fecit cæleſtes.

k qui in cęlis eſt. Nolite putare, quo h

a Chriſtus eſt legis & prophetarum virtus, per quem omnia implentur.

niam ueni ſoluere lègem aut prophetas. †Nō ueni ſoluere, ſed adim

a Implet qui figuras ceſſare docet, poſtquam res facta eſt. Implentur ne?

plère. †Amē qppe dico uobis, do-

a Antequam. b Quia non omnia iam ſed ſenſim fient. c i. donec elementa mutentur de hac mutabili forma in immutabilitatem. d Non remanebit quin impleatur in capite vel in corpore.

l nèc trānſeat cælum & terra, iōta i

## NIC. DE LYRA.

†Infatuat^9 vel inſipidus fuerit.

a Quòd ſi ſal. *ideſt ſi diſcretio in prę latis defecerit.*

b In quo ſalietur. *quaſi dicat in nullo opera ſubditorum condientur ſeu dirigentur. Ideo ſubditur.*

c Ad nihil. *quia talis debet repelli à prælatione, ne officium prælatorum in cōſpectu hominum reddatur uile. Secundum in quo debent præcellere prælati, eſt clara noticia in ſcripturis intelligēdis. Et hoc eſt quod dicitur:*

d Vos eſtis. *Sicut.n. lux eſt manifeſtatiua omnium occultorum. ſic prelati per intelligentiā ſacræ ſcripturæ debent ex officio notificare alijs omnia opera virtutum. in cuius ſignum portāt mitram in capite in qua duo ſunt cornua, quia debent ſcire duo teſtamenta. Tertium in quo debent præcellere eſt conſtantia in oppreſſoribus pauperum reprimendis. Vnde dicit Saluator. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. mercenarius autē & qui non eſt paſtor, videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit. Quod exponens Grego. dicit: Lupus etenim ſuper oues venit, cum quilibet iniuſtus & raptor fideles quoſq; atq; humiles opprimit: ſed qui paſtor videbatur eſſe & non erat, relinquit oues & fugit: quia dū ſibi ab eo periculum metuit, reſiſtere iniuſticiæ non præſumit. fugit autem non mutando locum, ſed ſubtrahendo ſolatium: & ideo paſtor bonus ciuitati in monte poſitæ comparatur: quia ad ipſum debent habere oppreſſi refugium, quaſi ad quoddam fortalicium. Et hoc eſt quod dicit Saluator:*

†Et lucet. Ioan. 10. b — In expla. 4. euang. li. 4.

H

e Non poteſt ciuitas. *quia bonus prælatus in perſequutione non debet ſe abſcondere. ſed ad defenſionem gregis ſe manifeſtè oſtendere. Quartum in quo debet prælatus excellere eſt ſanctitatis euidentia in exemplis dandis: quia ſecundum quod dicitur in paſtorali: Tantum debet excellere actionem populi actio præſulis. quantum diſtat a grege vita paſtoris: & ideo comparatur hic lucernæ ſuper cādelabrum, illuminanti totam domum. Sed intentio recta ſubditur:*

g Sic lu. lux &c. Et glorificent patrem ueſtrum. *quia nō dēnt de hoc gloriam propriam quærere, ſed gloriam Dei & ædificationem populi.*

h Nolite putare. *Hic oſtendit eminentiam prelatorum quantum ad doctrinam. Et primo ponit modum docendi ipſi Chriſto proprium. Secundò oſtendit qualiter debet ei conformari doctrina prælatorum, ibi: Qui ergo ſoluerit. Circa primum aduertendum, quòd Chriſtus non ſolummodo erat doctor legis & euangelij, ſed etiam inſtitutor. Aliter tamen quia vetus Teſtamentum dedit mediantibus angelis. nouum autem per ſeipſum, vt ſupra in prologo viſum eſt. ergo per ſuam doctrinam nō debuit legem deſtruere, ſed magis eam perficere, et adimplere. Et hoc eſt quod dicit:* Nolite putare quoniam &c.

i Iota vnum aut apex: *ideſt modicum non tranſibit quod non impleatur: quia iota eſt minima litera Hebraica. Quæritur hic quomodo verum ſit quod Chriſtus legem impleuerit. & non ſoluerit. Videtur enim quod ipſe ſol-*

Probatio q Chriſtus legem non ſoluit, ſed impleuit.

## MORALITER.

d *Vos eſtis lux.* Debent enim alios illuminare de credendis.

e *Non poteſt ciu.* Dicitur enim ciuitas in monte poſita. nam eſſe debet forte refugium iniuſte oppreſſis.

f *Neque accendunt lucernam.* Debent etiam eſſe lucerna ſuper candelabrum poſita, vt alijs luceant per ſanctæ vitæ exempla.

h *Nolite putare quoniam ueni.* Hic informantur doctores, vt non ſoluant legem diuinam ei doctrinam philoſophicam præponēdo, nec ſtudeant ipſam vel doceant ſpeculatiue tantum ſed etiam practice ipſam opere adimplendo. Nec eam male interpretētur, ſicut doctores Iudæorum, qui præcepto diuino negatiuo dicebant tantum actum exteriorem eſſe prohibitum; Contra quos dicit Saluator: *Omnis qui iraſci fra. ſuo, reus erit iudi.* Et ſic de alijs.

*Si ergo offers*



A ſpiritualibus plena ſunt, & omnia recapitulantur in euangelio. Iota, minor eſt cæteris literis. Apex eſt literæ aliqua ſumma particula, ſignificat minimum præceptum, vel minimam præcepti particulam. Apte autem ponit iota Græcum, non ioth Hebræum, quia iota decem ſignificat. i. decalogum, cuius apex eſt euangelij perfectio. Iota apud Græcos decima litera, decem ſignificat, per quam decem pręcepta agendæ vitæ accipimus, quorum Chriſtus nullum ſoluit, ſed præcepit plenius adimpleri, nec apicem. i. nec minima ſignificantium.

Iota — †Iaco. 2. d

a *omnia fiant.* Spiritualiter impleantur, vel imperfecta perficiantur, & ſignificantia, impletione conſumentur.

b *Qui ergo ſoluerit.* Minima ſunt crux Chriſti & paſſio, quam qui erubeſcit, minimus eſt: qui confitetur, magnus Vel Phariſæos notat, qui mandata Dei dimiſerunt pro ſuis traditionibus, quæ nihil valent, dum vel minimum quod in lege eſt, prætereunt. Moraliter autem ſoluit qui non implet, ſed tenet ſicut infirmis data ſunt. Vel qui non intelligit ſpiritualiter. Soluere, eſt non agere, quod recte intelligit, vel non intelligere quod deprauat, aut minuere integritatem ſuperadditionis Chriſti.

infr. 15. a — Moraliter

c *Minimus uocabi. &c.* In regno cęlorum minimus vocabitur qui erit in eo indignus, in quo nullus minimus ſed omnes magni.

d *Qui autem fecerit.* Qui non ſoluerit, & ſic docet, non minimus, non tamen magnus, ſed ſi facit quod docet. Soli enim factores legis iuſti ſunt apud Deum.

Rom. 2. c

e *Dico autem uobis.* Cum ait, dico, magnam vim & profundam intelligentiam cogitandi incuſſit, oſtendit quomodo ſuperaddit: Et non quæ prius mandauerat, abſoluit Plus etiam eſt diligere inimicos quam non odiſſe, non occidere.

*Niſi: ideſt non*

unum, aut apex unus, non præte-

Quin.

a ribit à lege, donec omnia fiant.

a Quia omnia fient ergo. b Vel non agendo. vel non credendo vt Phariſæi.

b †Qui ergo ſoluerit unum de man- a

Minima ſunt quæ inchoant homines. a i. ſicut ſoluit.

datis iſtis minimis, & docuerit ſic b

a Deſpectiſſimus eſt in eccleſia ſanctorum. b Ab illis qui ſunt in regno cælorum.

c homines, minimus uocabitur in c

d regno cælorum: qui autem fece- d

Sic. a Licet in præſenti abiectus, econtra licet ille hic præclarus, tamen vilis.

rit & docuerit, hic magnus uoca-

a Quomodo ergo faciendum?

e bitur in regno cælorū. Dicō †autem

## NICOLAVS DE LYRA.

B

*ſe ſoluerit mandata moralia: quia præceptum de obſeruatione ſabbati morale erat ſaltem quantum ad vacationem à corporalibus operibus: ſed ipſe ſabbato curauit Ioh. v. Et ſanato præcepit tollere lectum ſuum in ſabbatho. ergo &c. Item videtur quòd iudicialia non impleuerit, quia mulierem deprehenſam in adulterio quæ in lege præcipiebatur lapidari, impunitam abire permiſit, vt habetur Ioh. viij. Item cerimonialia de abſtinentia ciborum in lege prohibitorum non ſeruauit: quia dicitur. Quod intrat in os non coinquinat &c. Ipſe autem fecit, quæ alius facienda dixit: ergo talibus vſus fuit, ergo &c. Contra, per illud quod hic dicitur, Non veni ſoluere legem ſed adimplere. Dicendum, quòd Chriſtus legem & prophetias adimpleuit. Et primo declaro de lege. Secundo de prophetis. In lege autem quædam erant per modum præcepti, & quædam per modum promiſſi obſeruantibus legem: & vtraque adimpleuit. De præceptis patet ſic. Præcepta enim erant in triplici differentia. Quædam erant moralia, ſcilicet pręcepta decalogi. Et alia moralia in lege poſita quæ faciebant ad eorum declarationem: & iſta impleuit Chriſtus ea obſeruando perfectè, & ad obſeruationem eorum alios incitando. infra. xix. c ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Secundò, ea impleuit, ſanum intellectum operum declarando & errorem Phariſæorum circa hoc excludendo, vt patebit infra in præſenti capitulo. Tertiò, adimpleuit ea, conſilia apponendo, quæ faciunt ad perfectiorem mandatorum obſeruantiam. Perfectius enim obſeruat mandatum hoc: Non occides, ille, qui cauet ab ira inordinata, quàm ille, qui cauet tantum ab interfectione. Alia erant præcepta legis iudicialia: & iſta impleuit rigorem eorum per viam miſericordiæ temperando, in aliquibus per ſeipſum: & alijs dimiſit temperamentum, ſuis miniſtris ſcilicet eccleſiæ prælatis & principibus terrenis catholicis, vt de talibus ordinent ſecundum quod viderint vtile communitati fidelium ſecundum varietatem temporum & locorum & perſonarum: & iſtud non fuit deſtruere legem, ſed magis adimplere: quia ſic ordinauit meliorem modum obſeruationis iuſtitiæ: Sicut non deſtruitur puer quando fit vir: licet enim tranſeat pueritia, tamen remanet melior ſtatus eiuſdem perſonæ ætate mutata: Lex autem vetus habuit quaſi ſtatum pueri reſpectu nouæ legis. propter hoc dicitur. Lex pędagogus noſter fuit in Chriſto, ideſt regulatiua ſtatus puerilis: propter hoc erat lex timoris, ſicut pueri ſub diſciplina & timore cuſtodiuntur. lex autem euangelica eſt lex amoris: & ideo non debet eſſe tantus rigor pœnarum: quia proprium hominum perfectorum eſt magis deduci ad virtutem amore iuſticiæ quàm timore pœnæ.*

Infr. 15. b Argumentum. — Præceptorū triplex differentia — Præcepta iudicialia. — Gal. 7. d

C

*Tertia præcepta erant cerimonialia. Et iſta diuidebantur in tria: quia quædam pertinebant ad ſacramenta, ſicut circuncisio quantum ad omnes homines: vnctio quantum ad reges & pontifices. Chriſtus autem non aſſumpſit ſtatum ſacerdotis legalis vel terreni regis: immo dixit coram Pilato, regnum meum non eſt de hoc mundo. Et ideo non habuit iſtam vnctionem corporalem regum vel pontificum. ſed vnctionem ſpiritualem à Deo patre habuit plenitudinem gratiæ, ſecundum quod ſcribitur in Pſal. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ &c. Circuncisionem autem ipſe adimpleuit primò in ſeipſo incipiendo. Secundo melius & efficacius & generalius inſtituendo ſacramentum loco ipſius, ſcilicet baptiſmum in quo confertur maior gratia & eſt remedium tam viris quàm mulieribus. Quædam etiam cerimonialia pertinebant ad ſacrificia, ſicut immolatio agni paſchalis, iuge ſacrificium, & conſimilia. Iſta autem erant figuratiua vnius perfecti ſacrificij ſcilicet Chriſti in cruce offerendi. Et ideo iſta impleuit Chriſtus vno modo corporaliter patiendo: alio modo efficacius ſacrificium ſcilicet eucharistiam inſtituendo. Quædam autem cerimonialia pertinebant ad ſacra: & de talibus erant præcepta prohibentia vſum aliquorum ciborum & conſimilia: & iſta adimpleuit Chriſtus, quia dicit Petrus. Immundum & commune nunquam introiuit in os meum: & multo fortius Chriſtus hoc ſeruauit, & ſic iſta præcepta adimpleuit ea obſeruando & obſeruationem meliorem declarando. per talem enim abſtinentiam à corporalibus cibis ſignificabatur abſtinentia à ſpiritualibus immundicijs. Hanc autem immundiciam inſtituit Chriſtus in lege euangelica quæ eſt mundiſſima. & per conſequens debuit ceſſare figuralis abſtinentia. propter quod dicitur. Quod Deus purificauit, tu ne commune dixeris. quia nullus cibus coinquinat homines qui cum gratiarum actione percipitur. Dimiſit autem Deus in ordinatione eccleſiæ de aliquibus abſtinentijs faciendis pro loco & tempore. Patet ergo ex prædictis qualiter Chriſtus legem adimpleuit quantum ad omnia genera præceptorum. Secundo impleuit legem quantum ad promiſſa, promittens tamen obſeruantibus meliora: lex enim Moſayca promittebat ſolum bona temporalia & tranſitoria ſcilicet abundantiam & excellentiam temporalem, vt patet Deuteronom. xxvi. d. Cuſtodias omnia præcepta eius, & faciet te excellentiorem cunctis gentibus: ſed Chriſtus obſeruantibus Dei mandata promiſit bona ſpiritualia & æterna, ſcilicet gratiam in præſenti, quæ pręcellit omnibus bonis temporalibus, & etiam gloriam in futuro infra. xix. d. Omnis qui reliquerit &c. centuplum accipiet ſcilicet in præſenti: quia bona ſpiritualia quæ hic recipiuntur intantum excellunt bona temporalia, ac ſi centenarius numerus pari numero comparetur & vitam æternam poſſidebit ſcilicet in futuro. Patet igitur, quòd Chriſtus adimpleuit legem quantum ad pręcepta & promiſſa. Similiter adimpleuit prophetias: quia principaliter loquuti ſunt de Chriſto, & de aduentu eius, & de his quę pertinent ad ipſum: & ideo adimpleuit prophetias naſcendo, conuerſando in mundo, & moriendo, & reſurgendo, & alia opera noſtrę ſalutis faciendo: propter quod imminente ſua paſſione dixit Luc. xxiiij. f. Oportet impleri ea quę ſcripta ſunt in lege & prophetis & pſal. de me. Patet ergo ex pręd ictis, quod Chriſtus impleuit legem & prophetas. Ad primum dicendum, quòd Chriſtus curando infirmum ſabbatho non fecit contra legem: quia licitum erat facere in die ſabbathi ea quæ ad gloriam Dei pertinebant, ſicut ornare templum, & ſacrificia offerre, & laudes diuinas dicere & huiuſmodi. & multo fortius ſanare hominem miraculoſe ad oſtenſionem diuinę virtutis erat licitum: & eadem ratione quod ſanatus ſubito portaret lectum ſuum in die ſabbati, faciebat ad magnificationem miraculi. Per hoc enim oſtendebatur, quòd diuina virtute erat ſic ſubito perfecte ſanatus, quod erat ad priſtina opera plenariè reſtitutus. Ad alia duo patet ex prędictis in corpore quęſtionis.*

Præcepta ceremonialia — Ioan. 18. f — Pſal. 44. b — † enim. — Act. 11. b — Act. 10. c — D — Solutio

a Qui ergo ſoluerit &c. *Hic conſequenter oſtendit qualis debeat eſſe doctrina prælatorum per conformitatem ad Chriſtum: & ponit quandam diuiſionem trimembrem doctorum. Quidam enim ſunt qui male viuunt & male docent. ſicut heretici. Et de iſtis dicitur:* Qui ergo ſoluerit unum de mandatis iſtis. *male ſcilicet viuendo.*

b Et docuerit ſic homines. *alio. ſimiliter per falſam doctrinam corrumpendo.*

c Minimus uocabitur in regno cælorum. *id eſt in eccleſia militante, quia decidit à vera fide Alij ſunt qui bene viuunt & bene docent, & tales doctores debent eſſe pręlati eccleſię, propter quod dicit:*

d Qui autem fecerit & docuerit &c. *Alij ſunt doctores qui bene docent & male viuunt. de quibus dicitur infra. xxiv. a. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribę & Phariſęi, quod dicunt facite: opera autem eorum nolite facere, dicunt enim & non faciunt: & quia hoc non ſufficit ad ſalutem, ideo dicit pręlatis eccleſię.*

infra. 23. a

 Niſi abundauerit

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Niſi*.i.non ſolum minima legis præcepta impleueritis, ſed
E & ea quæ addo:quia dum fiunt addita ad perfectionem, etiã hæc plenius aguntur quæ præmiſſa ſunt ad inchoationem: quia qui non videt mulierem ad concupiſcendum eam, nec fornicatur, nec occidit qui non iraſcitur.

b *Iuſti*. Iuſticiam Phariſæorum vocat omnia illa ad cultum Dei actualiter præcepta: ſeu figurarum myſtica tantum ad literam inſtituta. Iuſticia illorum, mandata Moyſi: impletio illorum, iuſticia Chriſti. Illa à pęna liberant, iſta ſaluãt. Quidam in hac expoſitione laborant, volentes notare ſuperabundantiam eſſe in nouo quę nõ obſeruaretur in veteri Teſtamento, cum & in illo mali actus & mala concupiſcentia prohiberentur. Sed non ſecundum hoc hic agitur, immo in hoc abundantia maior quam ſcribarum & Phariſęorum oſtenditur: quia illi ſecundum opera magis iuſti appellari, quam ſecundum voluntatem affectabant.

†15 di.c.ſi. c *Audiſtis*. Exponit quæ eſt iuſticia Phariſæorum, quam qui adimplet non ſtatim magnus, ſed aliquem gradum conſcendit.

d *Ego autem*. Perfectionem, quam venit implere, incipit explanare, & quomodo iuſticia eorum debeat ſuperabundare.

e *Omnis qui iraſcitur*. Quia neſciebant homicidium eſſe niſi peremptionem, aperit omnem motum animi ad nocendum, in homicidium computari. Mandatum Chriſti non eſt contrarium legi, ſed latius legem in ſe continens. Qui non iraſcitur, non occidit. Sed non econtra, licentia iraſcendi cauſa homicidij. Tolle iram, & homicidium non fit. Super additio Chriſti non iraſci, non concu-
F piſcere, à quibus difficile eſt abſtinere: & ideo magna ſunt in remuneratione. Ira eſt omnis malus motus ad nocendum. Subitus autem motus, cui non conſentitur, propaſſio eſt. Accedente conſenſu, paſſio eſt & mors in domo. *Omnis qui iraſcitur*. Gradus ſunt in iſtis peccatis. Primo eſt iraſci: & hunc motum animo retinere, plus eſt ſi vocem commotio ipſa extorſit, qua feriatur ille cui iraſcitur: plus etiam, ſi certa vituperatio increpuit. Similiter gradus ſunt in pœna: nam minus eſt iudicium, quando adhuc cum reo agitur: & eſt defenſioni locus. Plus eſt concilium quando iudices inter ſe conferunt quo ſupplicio damnent, quem conſtat eſſe damnandum. Plus eſt etiam gehenna, vbi nulla ſententiæ dilatio. Et ita quod propriis & certis modis exprimi non potuit, quibuſdam ſimilitudinibus diſtinctum eſt. His enim tribus, iudicio, concilio, gehenna, diuerſæ manſiones in æterna damnatione pro modo peccati ſignanter exprimuntur. *Qui iraſcitur*. Addunt quidam, ſine cauſa, ſicut & ad dicere racha vel fatue: quia naturale eſt iraſci: ita tamen ne ſine cauſa fiat. Cui ſenſui videtur aptari: Iraſcimini, & nolite peccare. Sed omnis occaſio iræ tollitur, dum inimicos diligere iubemur. Qui non iraſcitur, non ſoluit legem, ſed implet, vt intus ſicut extra ſeruetur innocentia. Ira proprie eſt commotio paſſionis. Ira quæ ex cauſa & non ex paſſione eſt, iudicium eſt non commotio illicita. Omnis occaſio iræ infirmis ſcilicet aufertur vel tollitur. Si enim cum cauſa, non fratri iraſcitur ſed vitio. Iuſta ira mater eſt diſciplinæ. Et ira quæ eſt cum cauſa, iudicium eſt, non ira. Racha. Vel racha verbum Hebræum, & interpretatur cenos id eſt vacuus, quod dicimus ſine cerebro, quod eſt magna contumelia. Qui ergo hæc dicit fratri qui ſpirituſancto plenus eſt, luiturus eſt contumeliam ſpirituſſancti iudicio ſanctorum iudicum. Non.n. modicus furor eſt quem Deus ſale ſapientiæ condiuit infatuatum dicere & ſallienti Deo derogare.

*Gradus in peccatis.* *Gradus in pœna.* *Pſal. 4.a* *Racha.*

f *Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus*. Explanat ampliorem iuſticiam oſtendendo, quod ſi non licet fratri iraſci, multò minus in aĩo retinere quod in odium queat conuerti. Si quidquam mali contra proximum in aĩo habemus, Deo placitè offerre non poſſumus. *Si ergo offers*. ſm literam hoc abſurdum eſt. Eſt ergo in interiori templo altare .i. fides, cui quodlibet munus .i. pſalmus, hymnus, oratio, et huiuſmodi, niſi ſit innixum, non eſt Deo placiturum. *Et ibi*.i. cũ in corde (quod eſt templum interius) tale munus oblaturus es, ſi in mentem venerit quod frater tuus habet aliquid aduer- G
ſum te, quem tu læſiſti. Si.n. ipſe te læſit, nõ ipſe, ſed tu habes aduerſus eum: nec tunc oportet, te veniam petere, ſed dare ſicut vis tibi dimitti.

g *Relinq; ibi*. Non ait refer: quia quod recte offertur immutari non licet. Sed relinq; donec placabilius offeras: non.n. munus repellit, ſed charitatem proximi quærit, ſine qua nemo ad charitatem Dei peruenit. Vnde: Prius charitatem proximo exoluat, qui munus ſuum Deo placere optat.

a Quod fit ſpiritu conſilii, & gratia miſericordiæ Dei.
a b uobis: quia niſi abundauerit iuſti- a
a Quæ eſt in præceptis vitæ inchoatiuis. & myſticis iuxta literam.
ciâ ueſtra plus quàm Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in re-
c gnum cælorum. † Audiſtis quia di- b
a Vt iudicio puniatur legis. Accuſatione legis.
ctum eſt antiquis: Non occides: Qui autem occiderit† reus erit iudi-
a Plus impono non iraſci.
d e cio. Ego âutem dico uobis, quia om e
a Non fratri iraſcitur, qui peccato iraſcitur. b id eſt dignus accuſatione.
nis qui iraſcitur frâtri ſuo * reus erit
a Quod ſupra de homicidio. b Qui de motu prorumpit in vocem indignationis.
iudicio. † Qui autem dixerit fratri
a Interiectio indignationem exprimens. b Conſenſu iudicum de danda ſententia in eum.
ſuo râcha, reus erit † concilio. † Qui d
a Qui uſque ad conuitia proceſſerit. b Æque in Deum credenti quem Deus ſalem vocat.
autem dixerit, fatue, reus erit gehen e
a Quia non licet iraſci: ergo multo minus odio habere. b Boni operis ſacrificium.
f næ ignis: Si ergô offers munus f
a In fide, vel ad Chriſtum ad quem niſi per fidem attingat, nemo digne offert.
tuum ad âltare, & ibi recordatus
a Quem læſiſti.
fueris, quia frâter tuus habet ali-
Coram Deo.
g quid aduerſum te, relinque ibi

*Vade.* †Exo.20.b Deut. 5.b

## NIC. DE LYRA.

a Niſi abundauerit iu. *q.d. ad ſalutem non ſufficit bona doctrina, niſi aſſit bona vita.* † obnoxi* & infra.

b Aud. quia di. eſt *Superius deſcripſit virtutes contemplatiuorum & prælatorum in quibus conſiſtit iuſticia abundans, hic conſequenter deſcribit virtutes actiuorum in quibus conſiſtit iuſticia ad ſalutem ſufficiens. Ad cuius euidentiam conſiderandum, quod ad conſequutionem ſalutis ſufficit obſeruatio mandatorum decalogi, vt dicit Saluator. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. & ideo Saluator noua præcepta moralia non dedit, ſed præcepta decalogi replicauit, & ad obſeruationem eorum homines induxit, verũ intellectum eorum declarando, & errores Iudæorum circa hoc excludendo. Et ideo diuiditur in tres partes: quia primò dat intellectum aliquorum præceptorum moralium. Secundò, aliquorum iudicialium, ibi: Audiſtis quia, &c. Oculum pro oculo. Tertiò intellectum cuiuſdam præcepti in quo fundatur tota lex, videlicet de dilectione proximi, ibi: Audiſtis quia dictum eſt, &c. Diliges proximũ tuum. Prima adhuc in duas: quia primò dat intellectum quorundam præceptorum ſecundæ tabulæ quæ ordinant hominem ad proximum: Et ſecundò dat intellectum cuiuſdam præcepti primæ tabulæ ordinantis hominem ad Deum, quo prohibetur periurium, ibi. Iterum audiſtis, quia dictum eſt: Non periurabis. Prima adhuc in duas: quia primò dat intellectũ cuiuſdam præcepti quo prohibetur nocumentum in perſona propria. Secundò præcepti quo prohibetur nocumentũ in perſona cõiuncta, ibi: Audiſtis quia dictum, &c. Non mœchaberis. Iterũ prima in duas: quia primò declarat præceptũ. Secundò infert duplex correlariũ, ibi: Si offers, &c. Circa primũ aduertẽdũ quod Iudæi credebãt per præcepta decalogi ſola opera exteriora prohiberi non motum animi. vnde & Ioſephus. xij. libro antiquitatum reprobat Polybium hiſtoriographum Perſarum dicẽtẽ, quod Antiochus epiphanes mortuus fuerat in mõtib. miſerè propter hoc quod voluerat ſpoliare templum Dianæ in Perſide dicens, quod voluntas mala non eſt peccatum, niſi exeat in effectum. Et eodem modo dicebant Iudæi de hoc præcepto:* Non occides. *quia per hoc prohibetur occidendi factum, & non occidendi propoſitum. Et hoc eſt quod dicit:* Audiſtis quia di. eſt antiquis. *hoc eſt: ſic interpretabantur præceptum hoc. Sed hunc errorem excludit Saluator dicens:* H

*temere vel ſine cauſa. Diuiſio.* *Infr. 19.* †conceſſum †De hær.c cum ex iniuncto. *cap. 13.*

c Ego autem dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo. *Vbi Saluator ponit triplicem gradum iræ. Primus eſt in corde. Et notatur cum dicitur:* Omnis qui iraſcitur. *Secundus eſt in ore per verbum contumelioſum, confuſum tamen: quod notatur cum dicitur:* Qui autem dixerit ra. *Tertius gradus eſt, quando proceditur ad contumeliam determinatam. quo notatur cum dicitur:* Qui au. di. fa. *Primus gradus eſt minoris culpæ quàm ſecundus, & ſecundus quam tertius. & ideo primò minor pœna determinatur, cùm dicitur:* *Triplex iræ gradus.*

d Reus erit concil. *Quia minus eſt quod iudices debeant congregari ad determinationẽ pœnę alicuius. quã quod iam ſit adiudicatus. quod ponitur in ſecũdò cùm dicitur:* Reus erit iu. *Et hoc eſt minus quàm quod aliquis ſit iã extremæ pœnę determinatus: quod ponitur in tertio gradu, cùm dicitur:*

e Reus erit gehen. *Conſiderandum tamen, quod licet ira ſit peccatum, vt hic dicitur: nõ tamẽ oĩs ira. Ira.n. eſt appetitus vindictæ. Vindicta autem ſi ſit iuſta, nõ eſt peccatum eã appetere: ſed tãtũ ſi ſit iniuſta. Et hoc cõtingit quadrupliciter. Vel quãdo appetitur pœna eius qui nõ meruit vel plus quàm meruit. Vel ſi appetatur ordine debito prætermiſſo. Vel quia appetitur propter indebitum finem, vt quando appetitur ſolũ propter vindictã, nõ propter iuſticiã.*

f Si er. of. *hic ex prædictis infertur duplex correlarium. Primum reſpicit placationem diuinæ offenſæ. Et ſecundum euaſionem pœnæ infligendæ, Secundum ponitur ibi: Eſto conſentiens, &c.*

Circa primum

## MORALITER.

*f Si ergo offers munus tuum ad altare.* Chryſoſtomus. Plus enim diligit Deus fidelium concordiam, quàm munera ſibi oblata. *In mat.c.5. hom.12.*

*Eſto conſen-*



a *Vade*. Nõ pedib. ſed animo humiliter ei proſternas in cõſpe
A ctu illius cui oblaturus es. Vel petendo veniam ſi præſens eſt.

b *Offeres*. Hoc ex ſpũ pietatis, quo mitis fit. & diuinũ verbum pie intelligit, intelligẽdo obedit, & ad implendum cor erigit.

c *Eſto con*. Sicut iam præcepit fratri reconciliari, & poſt iubet inimicos diligi, ita hic dum currimus in via huius ſeculi, ad pacem & cõcordiam hortatur, ſicut dicitur: ſi fieri põt quod ex vobis eſt, cum omnib. hominib. pacem habentes. Et pro conſentiens ex Græco habetur benignus vel beniuolus. *Cito*: ne differas in craſtinũ. *Dum eſt in via*: dum adhuc licet operari. Si fratrem læſiſti reconciliare ei. Si aduerſarius extiterit, eſto beneuolus, vt fiat amicus. Aduerſarius eſt aliquis homo, vel diuinus ſermo. Eſto beneuolus & conſentiens verbo euangelij, quod mandat multa contraria carni, cũ quo in via.i. Chriſto, recte gradimur, dum ei obediendo ad vitam æternam pertingimus. Aliter, Aduerſarius eſt Deus, vel magis ſermo diuinus, qui contradicit peccare volentib. Qui ad hoc datus eſt, vt nobiſcum ſit in via cui oportet nos conſentire, ne oderimus, quod Deus nobis non parcit donec ſanemur.

*Ro.12.d* †beneuolus †Exo.20.c †Nõ cõmittes adulterium.

d *In via cum ea*. Sermo diuinus, nobiſcum eſt in Chriſti via. Aduerſarius nobiſcũ in via ſeculi Sermo diuinus nobis via eſt qua currimus. vnde: Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum. *Pſ.118.d*

e *Ne forte tradat*. Sic temperauit, vt pęnitentiæ locum non afferret: putaretur .n. quod ſi obiiſſet aduerſarius & non poſſet ei in via eſſe beneuolus, neceſſario iudici traderetur. Sed & locum pœnitentiæ reliquit, & impœnitentem iudici tradit, dicens Iudex tradat te miniſtro. Tradat.i. cauſa ſit cur tradaris in manus Chriſti, cui pater omne iudicium dedit. Chriſtus miniſtro.i. angelo qui colliget Zizania.

†adulterium committit cum ea. *Ioan.5.b.d*

f *Nouiſſimum, quadrantem*.i. minuta peccata, quia nihil erit impunitum. Vel per quadrantem nouiſſimum, ſignificantur ter
B rena peccata, quia Prima pars mundi, cęlum. Secũda, aer. Tertia, aqua. Quarta, nouiſſima terra. ergo donec reddas nouiſſimum quadrantem.i. donec luas peccata quæ de terra contraxiſti. Primus quadrans eſt ignis quo charitas ſignificatur. Secundus, aer quo ſpiratur, quo ſignatur vita. Tertius: aqua, qua renaſcimur. Nouiſſimus, terra, per quam carnalis vita. Vnde: Terra es & in terram ibis.i. exolues quod eſſe voluiſti. Quadrans genus numi eſt qui habet duo minuta. Vnde alius euãgeliſta dicit illam pauperculam miſiſſe in corbonam quadrãtem. Alius duo minuta quòd idem eſt. *Gen. 3.d*

g *Audiſtis*. Adhuc qui dixit: Non veni ſoluere legẽ, ſed adimplere. Addit: Quantum debeat abundare iuſticia apoſtolorum plusquàm Phariſæorum. Minor iuſticia eſt, non męchari corpore. Maior iuſticia eſt non męchari & corde. Non ait: qui cõcupierit: ſed qui viderit ad cõcupiſcẽdũ eã.i. hoc fine & animo attenderit vt eam concupiſcat, quod iam non eſt titillari: ſed plene conſentire libidini, vt ſi facultas ſit pagat. Hic noĩe męchãtiũ oẽm carnalem delectationem accipe: quando anima relicta ſuperiori lege, turpi voluntate inferiorũ proſtituta corrumpitur. *Mar. 12.d Matth. 5.d*

h *Viderit mulierem. Beda*: Magna ſuperadditio. Viſus ponitur pro omni motu qui eſt ad delectationem: non ſolum corporalis, ſed interior qui eſt in concupiſcentia, in qua aperiuntur illi oculi qui pro pœna peccati primis parentib. male aperti legũtur: tunc itur in affectum cordis: nec deeſt voluntas, ſed occaſio peccati. Sicut ergo bona voluntas cum deeſt copia agẽdi remuneratur, ſic deliberatio cũ molimine vitiorum damnatur: quia non ſecundum quod quiſq; potuit & non licuit, ſed ſecundum quod voluit & propoſuit ex conſcientia accuſatur uel defenditur.

i *Ad concu*. Vt tranſeat in affectum cordis, ut facere diſponat, vbi non deeſt voluntas, ſed occaſio: quod paſſio dicitur, quæ eſt mors in domo. Propaſſio eſt animi ſubitus affectus vel iræ vel amoris. Paſſio quædam animi forma uel deliberatio ex conſenſu. unde dicitur aliquis iracundus uel amator. Propaſſio eſt ſubitus motus ſine deliberatione boni uel mali operis. Paſſio eſt affectio deliberati animi ſi ſit locus proficiendi. *Quod ſi oculus*. Oculus poteſt accipi dilectus amicus conſiliarius, quaſi iter demonſtrans: Dexter qui in diuinis. Qui uero in his quæ ad corpus pertinent conſulit, ſimiliter oculus. Scandalizat.i. ſi in hæreſim aliquam trahere uult. Similiter dextera manus dicitur amicus, qui eſt amicus in diuinis. Siniſtra, quæ in huius vitæ neceſſarijs. Sicut uiſus oculo, ita manui conuenit actio C
Vel, in oculo & in manu dextera poſſunt accipi fratres, uxor, filij, propinqui, qui ſi ſunt impedimento, debemus à nobis ſeparare, ne dum ipſos lucrari uolumus, nosipſi pereamus. Vnde in Leuitico de magno ſacerdote dicitur: Cuius anima cultui Dei mãcipata eſt, ne ſuper patrem & matrem uel filias polluatur.i. nullus affectum ſciat niſi eius cuius cultui dedicatur. Vel oculus, eſt mentis uiſus. dexter dignior exterior: qui purgãdus eſt ne ſcandalizet. Quia ſi ille ſemper in propitiatorium reſpicit, exterior frenatur lege eius. Hic ſcandalizat concupiſcendo illicita: ſed eſt eruendus, ne per eum in uicium labamur *Iſidorus*. Si cõtemplatio uertitur in tædium, vel in arrogantiam, dimitte eam, & tranſi ad actiuam: qu a melius eſt per actiuam ſaluari, quam per cõtemplatiuam perire. *Propaſſio Paſſio* *Leuit. 27.c* *Luc.12.g*

*Erue eum*

a munus tuum ante altare, & vade, a
a Quod nequit fieri, niſi ſpiritu humilitatis fundatus & timens Deum. Quantum in te eſt emendando quod peccaſti.
prius reconciliari frâtri tuo: & tunc
a Intentionem reuocans ad id quod cœperas. b Hoc ex ſpiritu charitatis quo mitis fit. c Haſtenus de proximo, hic pacem iubet habere cum aduerſario.
b c veniês offeres munus tuum. † Eſtô b
a Nemo enim nouit quando de hac vita exeat.
† conſentiens aduerſario tuo citô,
d e dum es in via cum eo, ne forte tra- c d
dat te aduerſarius iudici, & iudex
In tenebras exteriores.
tradat te miniſtro, & in carcerem e
mittaris. Amen dico tibi, non exi- f g
a Id eſt nunquam ſicut ibi dicit: Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.
f es inde dônec reddas nouiſſimum
g quadranté. † Audiſtis quia dictum h
A Moyſe.
eſt antiquis. † nõ mœchaberis. Ego i
autem dico vobis: quia omnis† qui k
a Et anima eius titillata fuerit quod propaſſio dicitur quę & ſi culpam habet, non tamen crimen. b Concupiſcentia eſt mater adulterij.
h i uidêrit mulierem ad concupiſcendum eam, iam† mœchatus eſt eam

## NIC. DE LYRA.

*Circa primum aduertẽdum, quod munus Deo oblatum non proficit ipſi offerenti, niſi ſit in charitate. charitatem autem non habet, niſi proximo læſo ab eo velit ſatisfacere. Et ideo dicit:* Si offers munus tuum &c. *Sequitur:*

a Vade prius reconcili. &c. *Et poteſt hoc intelligi dupliciter. Vno modo pedibus corporis, & hoc debet fieri ſi commode poſſit haberi ipſius fratris offenſi præſentia. Si autem non poſſit, ſufficit ire ad eum pedibus mentis: quod fit quando habet propoſitum ſatisfaciẽdi loco, & tempore competenti. Et hoc modo vtitur eccleſia Romana, quæ reum confitentem abſoluit, & ſibi ſatisfactionem læſo fiendam imponit.* †12.q.c.5. ſicut. n. & c. ſi Paulus & c. qui ui derit.

b Eſto conſentiens. *Hoc eſt ſecundum corrolarium: quia ſi ille qui offendit fratrem, vult pœnam gehennæ euadere, debet ei in hac vita mortali ſatisfacere. Et hoc eſt quod dicit:* Eſto conſentiens aduerſario tuo: *Ideſt fratri læſo qui habet aduerſum te. Eſto conſentiens per ipſius placationem.*

c Dum es in via cum eo. *Ideſt in præſenti vita.* D

d Ne forte tradat &c. tra. te. mi. *Ideſt diabolo qui eſt exequutor diuinæ iuſticiæ.*

e Et in carcerem mit. *i. in pœnam infernalem.*

f Amen. *ideſt fideliter.*

g Dico tibi: non exies inde donec reddas nouiſſimum quadrantem. *i. nunquam exibis quia in inferno nunquam eſt poſſibilis redditio.*

h Audiſtis quia dictum eſt &c. *Hic conſequenter ſaluator dat intellectum præcepti negatiui, quo prohibetur nocumentum alicui ratione perſonæ ſibi coniunctæ ſcilicet vxoris. Et primò ponit huius præcepti intellectum. Secũdò, infert quoddam correlarium, ibi: Si ergo oculus tuus. Circa primum aduertendum, quod Iudæi per illud præceptum: Non cõcupiſces vxorem proximi tui, intelligebant ſigna exteriora tantum prohibita. vt ſunt tactus impudici, & oſcula & huiuſmodi. Et ideo ſic exponebant. Non concupiſces vxorem & cætera. Id eſt ſigna concupiſcentiæ non facies. Similiter per illud præceptum.* Non mœchaberis: *intelligebant actum mœchiæ tantum eſſe prohibitum: & ſic concupiſcentia latens omnino in corde non expreſſa ſigno vel facto, nullum eſt peccatum. Sed hoc eſt irrationabile: quia actus exteriores vel ſigna non habent rationem peccati niſi inquantum ſunt voluntarij, vt prædictum eſt. Et ideo ſaluator excludens hunc errorem dicit:* *Deut. 5.c.* *Ibidem*

k Omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam. *Quia videre abſolutè non eſt malum, ſed inquantum ex eo ſequitur concupiſcentia interior. Et iſta concupiſcentia ſic procedit: quia primò ex aſpectu mulieris cauſatur concupiſcentia in appetitu ſenſitiuo, qui dicitur ſenſualitas, & præuenit actum rationis: & ſic non eſt peccatum, nec veniale nec mortale. Cuius ratio eſt, quia talis*

motus ſenſuali-

## MORALITER.

*b Eſto conſentiens aduerſario tuo cito, dum es in via cum eo, ne forte tradat te aduerſarius iudici, &c.* Moraliter aduerſarius peccatoris poteſt dici præceptum diuinum quod accuſat ipſum. Eſt etiam cum hominib. in vita præſenti. Cũ ambulaueris tecum gradiuntur &c. Munus autem hominis diſcordantis à præcepto diuino nõ eſt acceptum Deo. Ipſe etiam per præceptum quod tranſgreditur coram ſummo iudice accuſatur & etiam condemnatur. *Prou. 6.c*

*i Non mœchaberis &c.* Omne peccatum mortale mœchia ſpiritualis eſt, qua peccator cum diabolo relicto ſponſo proprio fornicatur.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

*a Er.e.* Ad lrām nullū mēbrū erui præcipit: ſed interior viſus q dexter, & exterior q ſiniſter dr̄, p ſtudiū pij laboris ſi nocet eſt reuocandus vel remouendus: & etiam longe faciēdus, vt .ſ. nec in memoria habeat. Eruit oculus cum frangit malus viſus. Proiicit, cum ex toto annihilatur, nec intrare permittit.

*b Dextera manus tua.* Proſpera operatio, vel aliqs adiutor ſtrenuus intra vitæ negocia: qui ſi ſcandalum eſt in lege Dei, melius eſt illo ꝑrioſo ſaluari, q̄ cū illo dānari. Dextera manus, eſt actio, oculus, cōtēplatio in qua ſcādalizamur, dū ex infirmitate ad purum contēplari nō valemus. In hac pro deſidia & torporis ocio, in alia pro ſeculi frequētia & occupationis tędio illaqueamur. Et nota ſi qs nō pōt frui cōtēplatiua, non torpeat ocio ab actiua, vel, ne dū occupatur actib. creſcat ab interna dulcedine, cum melius in contemplatiua poſſit ꝓficere. *Si de.tu.* i. ſidum exequeris opera miſericordię in actiua cadis in alia vicia, dimitte eam actiuam, & tranſi ad aliud.

[Margin: †inf. 18.b 23.q.1.cal lud. †Obſtaculo tibi fuerit & infra. — contemplatiuus ab operibus actiuæ … — †corpus tuum mittat]

*c Abſ.eam &c.* Si quis hoc prædicat de membris, affectu pietatis non debet audiri. Sed vt improbitas morum & prauitas actionum inde reſecetur, vt quidquid in oculo mentis de via iuſtitiæ & morum probitate nos ſubuertit, & qdquid contra operationem virtutum extra pulſat, procul pellatur.

*d In gehennam.* Nomen gehennæ in veterib. libris non inuenit: ſed prius a dño ponit. Cuius nōis occaſio. Idoliū Baal fuit iuxta Ieruſalē ad radicem montis Moria, vbi Siloa fuit. hæc uallis irrigua fuit & nemoroſa & plena delitijs, & lucus in ea, idolis cōſecratus: populus aūt Iſrael adeo inſaniuit, vt relicto templo ibi immolarēt, & filios ſuos incenderēt dæmonijs. Et dicebatur locus iſte gehēnon. i. uallis Ennon. Comminatur autem Deus ſe impleturū
F locum illum cadauerib. vt uocetur poliandrū. i. tumulus mortuorum. huius ergo loci nomine futura ſupplicia deſignanť.

[Margin: Gehēnæ nomen a quo & quare ſit … poſitum ſit. — † Adulterium mittat.]

*e Det illi.* Scripſit Moyſes in Deuteronomio, ꝙ ſi vxor nō placet uiro propter aliquam fœditatem, dimittat eam. Qđ Chrs exponit ob duriciam maritorum dici, non ut concedatur diſſidium, ſed ut tollatur homicidium. Melius eſt.n. diuidi q̄ per odium ſanguinem fundi. Chriſtus uero ſolam fornicationē excepit, cæteras moleſtias iubet pro fide coniugij & caſtitate ſuſtineri. Non eſt dimittere contempta carnaliter cum uxore ſpiritualiter uiuere hic iubet uxorem non dimitti, qui alibi dicit: Qui non oderit patrem & ma. & fi. &c. non poteſt meus eſſe diſcipulus Ideo dictum eſt. quia in regno Dei nulla eſt conditio uitæ præſentis: quam qui non oderit, & ut finiatur optauerit, nōdum diligit regnum Dei Odit ergo non homines, quos potius uult ſecum permanere, ſed corruptibilem cōiunctionem in vxore: legem miſeram naſcendi & moriendi in parentib. Amat uero ęternum eſſe ſibi & omnib. illis. Sicut diligit inimicum, non in hoc ꝙ inimicus & malus, ſed ꝙ homo ut ſecum ſit ſaluus. Iohannes Chryſoſto. Permiſit Moyſes dari libellum repudij, ne propter odium funderetur ſanguis. Permiſit fieri mala, ne fierent peiora: & hoc permittēdo non Dei iuſticiam demonſtrauit, ſed a peccato abſtulit culpam peccandi, ut quaſi ſecundum legem agentib. peccatum non uideať eſſe peccatum. Si ergo permiſſum eſt repudiū, malum quidem, tamen licitum. Hac ratione apoſtoli præceperunt ſecundas nuptias propter incontinentiam hominū. Permiſit non pręcepit: Quod permittimus nolentes pręcipimus: quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere non poſſumus.

[Margin: Deut. 24.a Repudij libellus quare à Moyſe permiſſus. — Luc. 14.f — Cō. in Mat. hom. 17. ex c. 5. tt. 2.]

*f Cauſa fornicationis: eam mœchari facit.* Quia in hoc fides caſtitatis & connubij rūpitur: & illæ non facit eam męchari, ſed ipſa cauſa eſt reatus ſui. Si autem pro fornicatione dimittit, a fornicatione debet eſſe immunis, nec aliam ducere licet dum illa viuit. Fornicationis cauſa. Fęminæ, quæ fornicata eſt, vel viri, ne fornicetur. .ſ. ſi uxor cogat ad idololatriam, vel

ad auariciam

in corde ſuo. † Quod ſi oculus tuꝰ dexter † ſcandalizat te, erue eum, et proijce abs te. Expedit.n. tibi, vt pereat vnū membrorum tuorum, q̄ totū corpus tuū mittatur in gehennam. Et ſi dextera manus tua ſcādalizat te, abſcinde eā, & ꝓijce abs te. Expedit em̄ tibi, vt pereat vnū mēbrorū tuorū, quā totū † corpꝰ eat in gehēnā. Dictum eſt aūt: † Quicumq; dimiſerit vxorem ſuam, dēt illi libellū repudij. Egō autem dico vobis: quia omnis qui dimiſerit vxōrē ſuam, excepta cā fornicationis, eam mœchari facit: & qui dimiſſam duxerit, † adulterat. Iterum audiſtis: quia di-

[Interlinear: a Ne noceat errore vel exemplo. — a Ne à pietas quo male pereas. — a Ille quem habes vt vnum membrum. — Tu & ipſe. — Operatio proſpera. — a Ille quem tu habes vt membrum. Actiua vel contemplatiua vita, ſiue adiutor. — a Tu cum illo. Tu cum illa vel illo. b Ita abundantior iuſticia: quia ibi licet dimittere, hic non niſi cauſa fornicationis. — a Permiſſio fuit non præceptum. b Non ſoluo ſed ſuppleo. — a Non concubinam. — Quia debet manere innupta, vel viro reconciliari. — a Item in hoc non ſoluo, ſed ſuppleo legem.]

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *motus ſenſualitatis non eſt in poteſtate hominis, & per conſequens non eſt peccatum, ſed retentio huius concupiſcentiæ poſtquam percepta eſt, bene eſt peccatum; vnde dicit Auguſtinus: Non eſt in poteſtate noſtra quibus viſis tangamur: ſed eſt in poteſtate noſtra ea reſpuere vel acceptare. Et ſic patet quòd prædictus modus ſenſualitatis non eſt peccatum ſed materia exercendæ virtutis, ſi ei reſiſtatur per rationem. Si autem teneatur per delectationem moroſam abſq; conſenſu tamen, tunc eſt peccatum ſed veniale. Si autem ſequatur conſenſus in animo, tunc eſt peccatum mortale, etiam antequam exprimatur facto vel ſigno. Et ideo de tali concupiſcentia, quæ eſt conſenſus, dicit Saluator: Iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* G

a Quòd ſi oculus tu. *Hic ex prædictis concludit correlarium. ſ. ꝙ illud quod facit hominem ruere in talem conſenſum prædictum eſt ſollicitè vitandum: & quia aſpectus impudicus eſt huiuſmodi. Ideo dicit:* Quòd ſi oculus tuus dexter ſcan. *id eſt facit te ruere in prædictum conſenſum.*

b Erue eum. *Non eſt ſic intelligendum, quòd homo ad vitandum concupiſcentiam debeat ſe aliquo membro ſibi à Deo dato priuare: qa per hoc non ſanatur concupiſcentia quæ interius viget. Similiter quia per viam aliam poteſt adhiberi aliquod remedium efficacius. ſ. per voluntatem actus membrorum illicitos reprimentem. quia membra corporis mouentur ad actus ſuos per voluntatem: & ideo erutio oculi hic accipitur metaphoricè. Oculus.n. erutus non poteſt exire in actum videndi, & per conſequens ille bene ſibi oculū eruit qui ipſum ab actu videndi impudico per voluntatē reprimit. Aliter exponitur: Oculus dexter. i. viſio bona de genere, ſi ſit alicui occaſio ruinæ, debet eam relinquere, & à ſe reſcindere. Verbi gratia: Si aliquis vadit ad aliquod collegium mulierum cauſa prædicationis vel conſilij dādi: hoc eſt bonum de genere: tamen ſi ex hoc ꝑcipiat occaſionem ruinæ ſibi imminentis per ortum alicuius familiaritatis malæ vel tentationis periculoſæ, debet illud opus bonum de genere dimittere. Ratio autem ſubditur:*

[Margin: †Deu.24.a infr. 19.b Marc.1.a Luc.11.c — †adulteriū cōmittit.]

c Expedit.n. tibi vt u.m. pe. *Prædicto modo. ſ. actum illicitum quamuis delectabilem deſerendo. Vel, ſi accipitur pro bono de genere, melius eſt illud dimittere.* H

d Quam totum corpus. *id eſt quàm tota congeries bonum operum per grauem lapſum pereat occaſione illius particularis boni.*

e Et ſi dextera *Sicut dictum eſt de oculo, ſic de manu dupliciter poteſt intelligi. Vno modo ſic: quia ſi eſt occaſio ruinæ per tactum impudicum, abſcindenda eſt, prohibendo talem per voluntatis imperium. Alio modo, ſic: quòd per manum intelligatur bonum opus de genere: quod eſt relinquendum ſi ſit occaſio ruinæ ſicut ſi aliquis alicui mulieri det eleemoſynam, vt ex hoc contrahat cum ea familiaritatem periculoſam: debet primum dimittere, quamuis ſit bonum de genere, ne perdat maius bonum continentiæ.*

f Dictum eſt. *Hic dat intellectū cuiuſdam permiſſi in lege, ſcilicet de libelli repudij datione, de quo ſcribitur. Si acceperit homo vxorem, & nō inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem, ſcribat libellum repudij, quem dabit in manu illius, & dimittet de domo ſua. Credebant autem Iudæi, quòd hoc eſſet ſimpliciter licitum. ſed hoc eſt falſum: quia cum ſecundum totam vitam indiuiſibilitas ſit de ratione coniunctionis matrimonialis, vt dicetur, infra xix. ideo hoc permittebatur: non quia licitum, ſed ad euitandum maius malum, ſcilicet vxoricidium. Minus enim malum erat quòd vxores dimitterent, quàm quòd eas interficerent: & ideo non erat licitum uxorem dimittere, niſi propter fornicationem. tunc enim licitum eſt eam dimittere quantum ad cohabitationē & debiti redditionem: manet tamen vinculum per totam vitam, Et ideo dicit: ꝙ ſi dimiſſa nubat alteri committit adulterium: & ſimiliter qui eam duxerit.*

[Margin: Deut. 24.a — Iudæorū error de iuramenti liciti & illiciti obſeruatione.]

h Iterum a. *Hic dat intellectum cuiuſdam præcepti primæ tabulæ, quo prohibetur periurium. Circa hoc autem errabant Iudæi credentes, quòd ſolum iuramentum mendax eſſet prohibitum, & quòd iuramentum illicitum eſſet ſeruandum, ſicut dicitur, quòd quidam Iudæi iurauerunt inter ſe interficere Paulum antequam comederent vel biberent, & credebant ſe teneri ad impletionem iuramenti. vnde. Iephte ex promiſſione Domino facta immolauit filiam ſuam. vbi dicunt communiter doctores, quòd non placuit Deo, Ex quo patet; quòd iuramentum vel uotum de illicito factum, non eſt obligatorium. Similiter iuramentum*

[Margin: Act. 23. c — Iudic. 11 A]

¶ *incautum*

### MORALITER.

✱ *a Quòd ſi ocul.* Iſte eſt conſiliarius: Manus dextera eſt ſpecialis amicus, qui debent à ſe præſcindi, ſi ſint in periculum ſcandali.

*g Quicunq; di.vxo.* Vxor nullo modo dimittenda eſt deſurſum deſcendens ſapientia. de qua dr̄. Hanc quæſiui mihi ſponſā aſſumere. Multi tamē dant ſibi libellum repudij, & aſſumūt ſibi ſapientiam mundanam, quæ terrena eſt, animalis & diabolica, vt dr̄ Iac. iij. d. [Margin: Sap. 8.a]

✱ *Redde*



ad auaritiā: vel ad alias illicitas concupiſcētias. Non.n. fornicatio eſt tm̄ ſtupri: ſed generaliter q̄ a lege Dei aberrare facit.
A
*a Reddes au* Si iurare cōgerit, p creatorem iurabis: nō p creaturā. Hoc.n. p qđ iurat, qlibet veneratur: hoc amat hoc timet. iō lex præcipit vt non iuretur niſi p Deum. Iudæi.n per angelos & Ieruſalem & elementa iurātes, creaturas venerabanť honore Dei. Sicut ergo victimas Deo immolabant, ne eas idolis immolarent, ſic paruulis cōceſſum eſt iurare p Deum, nō ꝙ recte hoc fiat, ſed quia melius eſt hoc Deo exhiberi, q̄ creaturis. Chriſtus vero oīno iurare prohibet ideſt ne quis quaſi bonum appetat iuſiurādum, et aſſiduitate iurandi labatur in piuriū. Iurat.n. Paulus dum Deū teſtē facit, non ꝙ bonum ſit iurare ſed ꝙ neceſſarium, dum niſi iuretur, hoīes ſunt pigri credere, qđ eſt eis vtile. Qui non iurat peierare non poteſt, ſicut qui non loquitur, non poteſt mentiri.

[Margin: Per quæ iurandum. — Rom. 9.a]

*b Ego au.di.uobis.* Docet nil tam vile in creaturis quod quis peierare debeat, dum a ſummo vſq; ad imū iuramētū vetat. i. a cælo vſq; ad capillū. In Deū peierare conuincit, cuius thronus eſt cælū, & cuius eſt qdqd eſt. In cælo dr̄ Deus ſedere, terrāq; calcare, nō ꝙ habeat membra ſic locata, ſed qa in corpore mundi maxima ſpecies eſt cæli minima terræ. Dr̄ ſedere quaſi excellentiori præſentior pulchritudini: minimam iudicet, & ordinet in infimis. Sedes.n. Dei iudicium ſignat. Myſtice. Cælū, eſt aīa iuſti, terra pc̄tōris. Et qa ſpūalis oīa iudicat, & a nemine iudicať. ſedere dr̄. Peccator, qa p iuſticiā in infimis ordinatur, & ſub lege ponitur, ſcabellum pedū dr̄.

[Margin: Etiam & — Vltra hęc diſiugitur. — Myſticè — 1. Cor. 2.d]

*c Per ce.c.* Illi vel cælū plus aliquid ſuſpicabātur, vel per illud iurantes non putabāt ſe iuramēto teneri: ideo ſnīam ſic temperat, vt & cælum creatura Dei credatur, nō plus aliqd, & qa
B thronus eius eſt, periurium timeatur. Sic & de terra, quia ſcabellum pedum eius. Qui ergo p creaturam iurat, illi debet iuramentum qui eam creauit & regit, nec alij recte putatur reddi. Non iuremus per creaturas vt veneremur eas vltra quam debemus Non iuremus per eas, vt viles exiſtimemus, vt ſcilicet cum per eas iuremus, nihil iurare putemus.

*d Neque per terram.* Alij per ſalutem Pharaonis, qui Dei iudicio poſitus eſt in infimis. Non eſt poteſtas niſi a Deo, & in hoc Deum iuras. [Margin: Gene. 42.c Rom. 13.a]

*e Neq; per caput tuum* Quod non eſt tuum opus, ſed Dei, & ita in minimis Deum iurando, periuriū incurrere potes. Qui p caput iurat, illi debet, cuius figura & poteſtas in eo manet.

*f Quia non potes vnum &c.* Hæc prędicta cum ſint ardua & difficilia, nemo ſine ſpiritu fortitudinis ſeruat. Compellit ad perfectionem, dum tollit iurandi occaſionem.

*g Eſt, eſt, non, non.* Ideo bis dicit, vt quod ore dicis, operib. probes. Quod verbis ne as, factis nō comprobes vel confirmes. Non penitus iurare prohibuit, ſed occaſione periurij: Quod perfectius eſt docuit, oſtēdens qđ vlterius eſt a malo eſſe. Apoſtolus iurat, vt fidem perſuadeat, eccleſia etiam pro fœdere pacis ac fidei ſuos iurare concedit. Sed Chriſtus quod perfectius eſt docuit, quod infirmitatis indulſit, quod ſuperſtitioſū reſecauit. Veritas euangelij iuramentum non recipit ſed alterius infirmitas id cogit, dum veritati non credit. [Margin: 2. Cor. 10.d]

*h A malo eſt.* Non quidem malum, quia & ſi non bonum, tamen neceſſarium. ſed a malo eſt, non tuo ſed illius a quo cogeris iurare, id eſt ab infirmitate illius, quæ malum eſt.

*i Audiſtis. quia dictum eſt, oculum &c.* Auguſtinus: Lex modum vltionis inſtituit, oculum pro oculo. Quod ſi dici poteſt iniuſtorum iuſticia eſt, non quia iniqua eſt vltio quam lex ſtatuit, ſed quia vicioſa eſt libido vlciſcendi, magiſque ad iudicem pertinet hoc inter homines diſcernere, quam bonum hominem ſibi expetere. hic enim redderet malum pro malo. Iudex nō: ſed pro dilectione iuſticiæ, iuſtum pro iniuſto, quod eſt bonum pro malo, quod etiam Deus iudex facit. Quod dicit, *oculum pro ocul : dentem pro dente*: non alterum vult tollere ſed vtrumque conſeruare, dum minatur talionem. Quam etiam cum modo facit, vt iniuriam vindicta non tranſeat, & hæc eſt pacis inchoatio, & quaſi iuſticiæ inceptio. Perfecta pax eſt nullam velle vindictam, quam facit gratia euangelij quæ iubet non tantum nihil mali reddi, ſed nec reſiſti, vt ſuſtineatur, bonumque rependatur.

[Margin: Lex vltionē … Cont. Fauſt. li. 19. … 25. to. 6. — Perfecta pax.]

*Non. reſi.*

ctum eſt antiquis: † Non periurabis: reddes aūtem Domino iuramē ta tua. Egō autem dico vobis: non iurare omnino: neque per cælum, quia thrōnus Dei eſt: neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum eius: neque per Ieroſolimam, quia ciuitas eſt regis magni. Neque per câput tuum iuraueris: quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum. † Sit aūtem ſermo veſter, † eſt eſt, nōn non: quod autem his ābundantius eſt, à malo eſt. Audiſtis qa dictū eſt: † oculū pro ocu-

[Interlinear: a Longe facio a periurio, dum iurare prohibeo. — Sermo fidelis pro iuramento debet haberi. Iuſtum. — a Et ita in eum Deum iuras. b Per peccatorem. — a Quando iuras per eam, non propter eam, ſed quia cultui Dei deputata eſt. — a Quamuis ad te nihil magis videatur pertinere. b Qu. Quomodo noſtrum eſt qui poteſtatem faciendi vel commutandi non habemus. — a Qui iurare prohibuit loqui docet. Quando neceſſitas non cogit. — a De re quæ eſt. b De re quæ non eſt. — a Quia aliquando neceſſe eſt iurare & Paulus iurat licet a malo fiat. — a Neq; hic legem ſoluo. b Scilicet reddet. — c In lege retributio.]

¶ *incautum quod fit ſine neceſſitate credebāt eſſe licitum, immo etiam per ſe bonum: propter hoc quod ſcribitur. Dominum Deum tuum timebis. Sequitur: Et per nomen illius iurabis. ſed hoc patet eſſe falſum: quia nomē tantæ ſanctitatis accipere ſine cauſa importat irreuerentiā diuini nōis. Quod autē dicitur. Per nomen illius iurabis: non eſt dictū propter hoc quòd conſuetudo iurandi ſit licita ſine neceſſitate, ut ipſi dicebāt: ſed ad excludēdam iurationem per idola: vt ibidem dicitur, quæ in nullo caſu eſt licita. q.d. ſi occurrat neceſſitas iurandi, tunc iurabis per nomen Dei, & non per nomen idoli: propter quod dicit ſaluator:* C

[Margin: Deut. 6.c — Deut. 6.b — †Leu. 9.c 22.q.1.c. habemus. & c. ſi peccatum.]

b Ego autem dico vobis: nō iurare om. *ideſt ex quacumq; cauſa, quia hæc eſt incauta iuratio. Per hoc tamen non excluditur iuratio in neceſſitate. quia negatio ibi præponitur ſigno vniuerſali affirmatiuo, quod æquipollet ſuo contradictorio, poſtpoſita autem æquipollet ſuo contrario vnde, Non omnis: valet quidam non, omnis non: valet nullus. Hic autem non dicitur: omnino non iurare: quia eſſet ſenſus, quòd in nullo caſu eſſet iurādum, quod eſt falſum: quia quilibet tenetur ſuperiori requirenti per iuramentum dicere veritatem, aliter periret veritas iuſtitiæ in multis: Sed dicitur hic:*

c Nō iurare om. *Et ideo nō eſt ſenſus quòd in nullo caſu eſſet iurandum, ſed quandocūq; deeſt neceſſitas. Non ergo excluditur omne iuramentum, vt viſum eſt, ſed excluditur iuramentum incautum. Et quia non ſolum incautè iurare per nomē Domini eſt illicitum, ſed etiam iurare per creaturas eodem modo eſt illicitum, inquantum in eis relucet virtus diuina, Ideo ſubdit:*

d Neq; per cælum: quia thronus Dei eſt. *ideſt principaliter ibi relucet gloria Dei.*

[Margin: †Iaco. 5.c 22.q.1.c. ita ergo c. ſi peccatū & q.1.c. ſi … significanti … c. & ſi Chriſtus. †Exo. 21.c Deu. 19.d]

e Neq; per terram, quia ſcabellum pedum eius. *ideſt infima creatura ſicut ſcabellum eſt inferior pars ſedis.*

f Neq; per Iero. quia ci. eſt regis ma. *i. ipſius Dei, qui eſt rex regum, ad cuius cultum erat deputata ciuitas Ieroſolyma.*

g Neq; per caput tuum. *quia ſcilicet eſt opus diuinum, nō tuum. Quod probat dicens:* D

h Quia non potes vnum capil. &c. *vult dicere in omnibus iſtis, quòd ſicut per Deum non eſt iurandum incautè, & ſine neceſſitate, ita nec p creaturas: quia cum qualibet creatura ſit opus diuinum, qui iurat per creaturam, iurat per Deum. Sequitur:*

i Sit a. ſer. ueſter, eſt, eſt, non non. *ſimpliciter affirmādo veritatem. & negando falſitatem. & patet ꝙ loquitur in cōi modo loquendi inter homines, Per hoc ꝙ dicit:* Sermo veſter &c. *Secus autem eſt in caſu vbi requiritur veritas à ſuperiori per iuramentum. Quod autem ſubditur:*

k Qđ aūt his abundātius eſt a malo eſt. *quia ſemper eſt ibi malum culpæ, vel ex parte iurantis, quando iurat ſine neceſſitate, vt dictum eſt. Si autem iuret in neceſſitate requiſitus, tunc ſemper eſt ibi malum pœnæ a parte requirentis: quia ex infirmitate humana quæ eſt quædam pœna generi humano inflicta, procedit ꝙ homines non credunt ſibi mutuo ſimplici verbo abſq; iuramento. Similiter ex parte requirentis aliquando eſt ibi malum culpæ, quando ſcilicet requirit iuramentum ſine neceſſitate.*

l Audiſtis. *Hic conſequenter ponit intellectum cuiuſdam præcepti iudicialis: Errabant enim ibidem Iudæi credentes quòd vindicta eſſet propter ſe apppetenda: hoc eſt falſum, quia velle pœnam alicuius abſolutè, non poteſt habere rationem boni, ſed ſolum inquantum appetitur propter aliud, ſcilicet propter ordinem iuſtitiæ ſeruandum, vel propter illius correptionem qui deliquit, vel propter terrorem aliorum, vt videntes talem puniri a malis coerceantur: vel propter aliquod huiuſmodi. Vbi ergo nullum bonum tale ex pœna alicuius æſtimatur euenire, ſed magis timetur de ſcandalo vel de maiori malo ſuſcitando, tunc tenetur homo deſiſtere a vindicta quærenda: & hoc eſt neceſſitatis. Si autem ci-*

¶ *tra ta-*

### MORALITER.

✱ *a Reddes autem Domino &c.* In iuramento vero debite facto concurrentibus tribus comitibus quæ ſunt iuſticia, veritas & iudicium, fit Deo reuerentia. Hie. vj. c. Homines per maiorem ſui iurāt. Et ideo aliqui dixerunt quod iuramētū per Deum eſſet frequentādum, quod eſt, falſum, quia ex tali frequentatione acquiritur habitus, quo de facili fit iuramentum illicitum. Ideo ſubditur.

*b Ego autem di. &c. non in. o.* ideſt ex omni cauſa vel modo, ſed ſolū concurrentibus tribus præmiſſis.

*m Oculum pro o. &c.* Secundum Dei iudicium pro oculo corporis impudice reſpiciente excecabitur oculus mentis in tenebris gehennæ. Pro dente vero detractoris mordiente, retundetur dens ſerpentis antiqui crucians æternaliter in loco inferni.

✱ *Sed ſi quis*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Non reſi.ma.* Iuſticia legis, rudes inſtruit in initio iuſticiæ.i.
E nõ plus q eſt illatum reddere. Iuſticia euãgelij(quæ ducit ho
Inf. 11.d Pſal. 7.a Toren. 3.d mines ad regnum)eſt non reſiſtere malo. *Non reſiſt. re.* vt ipſe
idẽ. Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde. Et Dauid:
Si reddidi retribuentibus mihi mala. Iere. Et maxillam dedi
per. Ecce idem Dominus legis & euã
Malum temporale ſit trifariter gelii. Malum temporale dicit, quod
tribus modis ſit. Cruciatu corporum
de quo dicit: Si quis te percuſſerit. Dã
no rerum. unde ait: Et ei qui uult te-
cum &c. Angariis operum. unde ait:
Et quicunque angariauerit te &c.
† Alapa ceciderit. b *Præbe illi &c.* Nõ tantum non reper-
cutias, ſed ſi vult alteram ferire patiẽ-
ter feras. hoc de iniuria corporis. De
neceſſariis autẽ ſi perdideris vnum,
ſine tolli & reliquum. Quid ergo de
ſuperfluis? *Et quicunque angariauerit te u... de cum eo.* Hoc nõ tam pedibus quam
parato animo. Hiſtorialiter enim hęc
nec in Ieſu nec in ſanctis inuenimus
ſed ſi quis cogit te ſeruire & ſolatium
† 12.q.1. c.1. ſibi impendere, compaſſionis affectu
paratus eſto multo plus impendere.
Ita docet verus medicus, quos ad ſa-
lutem ęgrotorum dirigit manſuete
tolerare, quod illi intulerint ex infir-
mitate. Et tria ponit. Quia in hoc nu-
mero notatur perfectio, vt qui hoc
† Cupientũ accipere ne auerteris. impleuerit perfectam iuſticiam ſe ha-
bere nouerit. Nec in his vindicta pro
hibetur quæ ſit ad correctionem, quæ
& ipſa pertinet ad miſericordiã, nec
impedit propoſitum manſuetudinis.
Sed hoc non conceditur, niſi ei cui
poteſtas ordine data eſt & ſine ira, ut
Myſtice pater in filium. Myſtice hæreticus di-
ſputãdo ſi dextrum dogma vulnerauerit, præbe ei & alteram
dexteram, Iuſtus enim non habet ſiniſtram, ideſt oppone ei
aliud de ſcripturis teſtimonium. Et tandiu dexteras para, do-
nec laceſcat: vel ſi quis cõtemnit in te nobilitatem Dei, quod
F Chriſtianus es, quæ eſt dextera, tolerabilius ſit tibi contemni
nobilitatem ſeculi, quę eſt ſiniſtra. Iterum, dicit, nõ ſiniſtram
Iudic.3.b Luc.6.e ſed alteram dexteram quia iuſtus totus dexter eſt. Sicut de
Aioth legitur vtraque manu pro dextera vſus eſt, dum inte-
rior & exterior uirtus Deo offertur.

c *Et ei qui u.* Conſilium eſt antequam contendas. Licet qui-
dem infirmis ſua repetere ſed non contendere, Lucas econ-
uerſo q aufert veſtem etiam tunicam noli prohibere. Quod
non de his ſolis, ſed de omnibus temporalibus faciẽdum eſt.

d *Tunicam tuam tollere.* Vel tunica, eſt anima, quam ſi quis per
dere noluerit, dimittat pallium ideſt corpus ad martyriũ. Spi
ritualiter, doctor tunicam tollit, cum interiora vitia facit con
fiteri, vt eſt inuidia, ſupbia, & huiuſmodi. Ille addit. *Et pallium:*
qui & exteriora vt furtum & fornicationem non erubeſcit
confiteri.

e *Mille paſſus.* Hoc eſt iter ſabbati, quo deſignatur perfectio
ſpiritualis, quia non licet in ſabbato ſeruile opus facere.

f *Alia duo.* Vadit & alia duo qui dum corpore tantum in ſer-
uitutem redigitur, ſpiritu & anima ideſt ratione & volunta-
te redigi eſt paratus.

g *Da ei.* Quæ honeſte & iuſte poſſunt dari. Si deeſt facultas,
da ei affectum verbo vel obſequio. *Da ei.* Ita ſcilicet vt nec ti-
bi noceat, nec alii: penſanda eſt enim iuſticia. Ita enim omni
petenti dabis, & ſi non id quod petit, ſed melius cum iniuſte
petentem correxeris.

Duo præſtãdi genera. h *Et uolenti mutuare.* Duo genera præſtandi complectitur. Vel
enim beniuole damus, uel reddituro commodamus. Et quã
doq; qui donat, non vult commodare, quaſi nihil mercedis
in eo ſit cum rem acceptam debitor perſoluit, Sed uere ille q
2.Cor.9.b etiam hoc iubet, retribuit. Dicit ergo: *Ne auertaris.* ideſt ne alie
nes voluntatem tuam. Hilarem enim datorem diligit Deus
ſic & ſpiritualiter doctor verbi diuini frenus auditoribus de-
bet accommodare, vt boni operis retributionem ab illis poſ-
ſit accipere, & a Deo mercedem ſperare.

In toto corpore legis non eſt ſcriptu hoc, ſed deprauatio Iudæorũ ẽ. i *Audiſti.* Qui legem implere venit, in fine ad charitatem ple
nam perducit, quæ eſt impletio legis.

k *Odio habebis inimicum tuum.* Forſitan intelligendum eſt iuxta
hoc quod ſupra. *Oculum pro oculo &c.* Vel ſubtrahendo officia
humanitatis.

*Diligite inimi-*

lo, dentem pro dente. Ego autem di-
a Gratia in euangelio. b Quod agitur ſpiritu manſuetudinis. Non peccato, ſed temporali. De quo ſubdit: Si quis te percuſſerit.
co uobis, non reſiſtere malo. † Sed ſi
a Diſputandi hic Cõſcientiam, quæ ſecundum Deum eſt culpando, quod in nobis præceptum eſt Tuam.
quis te † percuſſerit in dexteram ma-
a Non offerendo, ſed non reſiſtendo. b Totum corpus ad affligendum.
xillam: præbe illi & alterã. † Et ei qui
a Alteram.
vult tecum in iudicio contendere, &
a Vel etiam interiorem. b Spiritu fortitudinis.
tunicam tuam tollere, dimitte ei &
a Exterius. b Non ſolum tua ſine altercatione, ſed t ipſum ei præbe.
pallium. † Et quicunq; te † angaria
a Ut ſis paratus non tam pede quam animo.
uerit mille paſſus, uade cum illo
a Quia parum eſt omnia tolerare, niſi des beneficium, ad dit. b Rem, vel correptionem. Quia iocundus homo qui miſeretur & com. diſpo. ſer. ſuos in iudi. quia in æternum non commouebitur.
& alia duo. Qui petit à te, da ei: &
† uolenti mutuare à te, ne auertaris.
Audiſtis quia dictum eſt: † Dili-
a Beneficium quod inchoantis iuſticia eſt.
ges proximum tuum, & odio ha-
a Maſculum, quod eſt infirmis permiſſum, non præceptum.
bebis inimicum tuum. Ego autem

*Et quantum ad utrumq; dicit.*

a Ego autem dico vobis. *Iſtud non reſiſtere in aliquo caſu eſt præceptum & in aliquo conſilium vt viſum eſt. & aliquando no reſiſtere eſſet malum. quando ſcilicet per hoc non daretur audacia malis hominibus ſimplices opprim. ndi, & poteſt eorum maliciæ ſine periculo occurri.* G

b Sed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam: *Loquitur in illo caſu in quo ex reſiſtentia ſurgeret maius malum: tunc debet habere animum præparatum ad ſuſtinendum maius malum ſibi illatum, quam ꝙ ex reſiſtentia ſua ſuſcitaret maius ſcandalum & maius malum. Exemplum habemus in hoc quod eccleſia non repetit decimas in terris in quibus non conſueuerunt dari, propter ſcandalum euitandum. vnde prælegit læſionem talis damni, ad euitandum periculum maioris mali: & ſi hoc facit eccleſia, multo fortius debet hoc facere una ſingularis perſona. Et eodem modo intelligẽdum eſt quod ſequitur:* Et ei qui vult tecum in iudicio contendere. *Similiter alud verbum quod ſequitur.*
† Luc. 6. 23.que.1. c.1.
† 14.q.1. c.1.

d Et quicunq; te angariauerit. *In caſu autem vbi non occurrit tale malum, ſic ſuſtinere non eſt neceſſitatis, ſed aliquando eſt ſupererogationis: & in aliquo caſu eſſet malum, vt in prædictis eſt determinatum.*
† adegerit miliarium vnum.

e Qui petit à te, da ei. *Semper enim petenti dandum eſt, quia dari debet res vel uerbũ, ſecundum ꝙ dicit Auguſtinus: quia ſi iuſtè petit, non debet ſibi denegari prout petit: Si autẽ irrationabiliter petit: dandum eſt verbum, docendo eum de irrationabilitate ſuæ petitionis. Doctrina.n.eſt quoddam donum bonum. vnde Auguſtinus exponens hoc verbum dicit: Tunc enim melius aliquid dabis, cum iniuſtè petentem correxeris. Et eodem modo exponitur quod ſubditur:*
† Leu.19.d

f Et volenti mutuare, ne auertaris. *Mutuando ſi rationabiliter petit. vel rationem reddendo ſi irrationabiliter petit.*

g Audiſtis quia dictum eſt Diliges proximum tuum, & odio habebis. *Hic dat intellectum præcepti de dilectione proximi: ſuper quod fundatur lex inquantum ordinat ad proximum: quia in præcepto charitatis tota lex pendet & prophetæ. In hoc autem præcepto Iudæi errabant. Ex hoc enim quod præceptum eſt Diliges amicum tuum ſicut teipſum. arguebant à contrario ſenſu, quòd debebant odire inimicum, ſed hoc eſt falſum: quia omnis homo ex charitate diligendus eſt, inquãtum ad imaginem Dei creatus eſt: & capax ipſius per cognitionem & amorem. Amicitia enim charitatis fundatur ſuper communicationem ſupernæ beatitudinis: & ideo omnis creatura intellectualis, quæ in actu vel potentia eſt beata, eſt ex charitate diligenda. Mali aũt homines quandiu ſunt in via ſunt in potentia veniendi ad beatitudinem, & ideo licet eorum malicia ſit odienda, ipſa tamen natura poſſibilis beatificari eſt diligenda. Et hoc eſt quod dicit Saluator.* H
Leuit. 19.d

¶ Diligite

## MORALITER.

✠ b *Sed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram.* Hierony. Iuſti nihil habent ſiniſtrum. Eſt ergo ſenſus moralis. Si hæreticus te per vnam autoritatem ſacræ ſcripturæ impugnauerit, obiice ei aliam vnde confuſus ſit. Commen. in Matt. 9.m.

c *Et ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.* Ioſeph in manibus Aegyptiæ dimiſit palliũ, ne tunicam amitteret caſtitatis, quæ cingulo conſtringitur auſteritatis.

d *Et quicumq; te angariauerit mille paſſus, vade cum illo & alia duo.* Moraliter in via Dei proficiſci primo eſt angarioſum: ſed per aſſuefactionem & Dei auxilium leue fit & gaudioſum, ita quòd tũc homo plus facit quàm ſit ab eo requiſitum: Et quia non ſolum oportet bene pati, ſed etiam bene agere. Subditur:

e *Qui petit à te da illi & volenti mutuare à te, ne auertaris.* Quod exponit Auguſtinus dicens: Donum ſi petit, id quod poteſt & debet dare, vel verbum te excuſando, ſi aliter petit, & tunc ei aliquid melius dabis, cum petentem iniuſtè correxeris. Vel aliter poteſt intelligi de ſcientia quæ non eſt petenti deneganda: quoniam auarum dedignatur poſſeſſorem & in alios tranſlata creſcit. Lib. 1. de ſer. dom. in mon. cir. ſi. tom. 4.

g *Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.* Secũdum Augu. Inimicus iſte diabolus intelligendus eſt, qui præciſus eſt totaliter à Dei conſortio & ſanctorum. Homo viator quantumcunque malus poteſt ad Deum reuerti, ideo diligendus eſt ex charitate. Propter quod ſubditur: Ser. de tem. ſ. 59. fer. 6 poſt dom. in Quinq. ſer. 1. poſt prim. ro. 10.

✠ Diligite

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *tra talem caſum deſiſtat à vindicta quærenda, eſt ſupererogationis,*

*Et*



A a *Diligite inimicos.* Contra eccleſiam pugnatur tribus modis,
odio, verbis, cruciatu corporis. Eccleſia econtra diligit, beneſa
Eccleſia tribus modis impugnatur. cit, orat. Hoc eſt nouum mandatum, hoc de filijs iræ facit fi-
lios Dei: vnde ſequitur: Vt ſitis filij. Adoptio filiorũ ſola cha-
ritate acquiritur.

b *Benefacite.* Miniſtrando cibum men
tis vel corporis. Quod facit etiam qui
dicit cũ huiuſmodi nec cibũ ſumere.
1.Cor.5.d Omnia.n.eò ſpectant, vt fratres fiant
Singulis ſingula opponuntur, vt om-
nes partes malitiæ bonitate vincãtur.
Videntur contra eſſe imprecationes
prophetarum quæ non dicuntur vo-
to optantium, ſed ſpiritu pręuidẽtiũ.
Ser. de tẽp. ubi ſup. c *Orate pro perſe. Auguſt.* Non ait hoc
p fratrib. in quib. ſunt aliquando pec-
cata perſequutione inimicorum gra-
Ioan.5.d uiora. vnde cum Iohannes dixiſſet:
Si quis ſcit fratrem ſuum peccare nõ
ad mortem, oret & dabit Deus illi vi
Peccatũ ad mortem tam: ſubdit: Eſt autem peccatum ad
mortem, non pro illo dico, vt roget
quis. Vbi aperte oſtenditur quoſdam
fratres eſſe pro quib. orare non iube-
Peccatũ nõ ad mortem. mur. Peccatum ad mortem eſt, cum
Luc.6.e poſt agnitinonem Dei per gratiam
Chriſti oppugnat aliquis fratern.ta-
tem & aduerſus ipſam gratiam qua
reconciliatus eſt Deo, inuidiæ faſtib.
agitatur, quod fortaſſe eſt peccatũ in
ſpiritumſanctum. Peccatum non ad
mortem eſt, ſi quis non amorem a fra
tre alienauerit, ſed officia fraternitati
debita per aliquam animi infirmita-
Luc.23.e tem nõ exhibuit. Vnde Chriſtus ait:
Pater ignoſce illis: non.n. ſciunt quid
faciunt. Nondum.n. gratię ſpirituſſan
cti participes ſocietatem inierant fra-
ternitatis. Hæc differentia a Iuda Pe-
trum negantem diuidit, non quia nõ
ſit ignoſcendum peccanti, ſed quia tã
B ta eſt labes illius peccati, vt deprecan-
di humilitatem ſubire non poſſit. ẽtſi
peccatũ ſuũ mala cõſcientia agnoſce
Infr.27.b re & enumerare cogatur: vt Iudas cũ
dixit: Peccaui facilius deſperans cu-
currit ad laqueum, quam humilitate veniam petijt: Quod pp
magnitudinem peccati iam ex damnatione peccati tales ha-
bere credendum eſt. & huic pęnitentiæ non ignoſcit Deus,
cum etſi peccaſſe fateantur, & feciſſe mala vehementer eos
pęniteat, tamẽ huiuſmodi affectiones mentis habẽt ut ſe nõ
humilient ad petẽdam veniam. Mouere autem poteſt, quod
Ioan.3.e Iohannes in epiſtola delectatione Dei & proximi tantum
monere videtur, vt fratres diligamus, cum Dominus dicat &
pro inimicis orandum. Sed fratres intelliguntur non ſolum
qui iam credunt, ſed qui credituri ſunt pro quib. orandum eſt,
vt fraterno fędere nobis ſocientur.

d *Filij*, non degeneres, quaſi diceret: Accepta poteſtate operi
bus agite vt ſitis filij renaſcendo per charitatem.

1.Ioan.3.a Sap.5.b Amos.4.c e *Patris.* Iam dicitur pater. Videte, vt ſitis filij renati ex Deo
qui eſt charitas.

f *Qui ſolem.* hunc viſibilem. Nam inquiunt in libro Salomo-
nis, Sol iuſtitiæ non illuxit nobis. Et de pluuia doctrinæ pro-
pheta dicit Super vnam ciuitatem pluit, & nõ ſuper alteram.
*Solem ſuum* Quaſi dic. Quem fecit, cuius proprie ſunt oĩa quæ
de nihilo creauit. Quid ergo nos faciemus de his quæ de mu
nere eius accepimus?

g *Publicani hoc faciunt.* Exactores Romanorum quos Iudæi
ſic vocant, quia de republica curam gerebant dicuntur & no
mẽ traxiſſe à Publio Romano rege, qui prius eos ordinauit.

h *Et ſi ſalutaueritis.* Si pro his tantum oraueritis, qui aliqua affi
nitate vobis ſint coniuncti, quid amplius habet beneficium
veſtrum quàm infidelium? Oportet fratres diligere, & humi-
liter ſalutare: ſed parum eſt.

i *Perfecti.* in Charitate Dei & proximi. Cumulus perfectio-
nis diligere etiam inimicos, & orare pro illis, ſicut & Chri-
ſtus fecit.

a Quod perfectum eſt non impoſſibile. b Non ſolum non odiatis. Hæc eſt latitudo conſummata charitatis. Non tamen vitia.
dico vobis: diligite inimicos ve-
a Vitia odio: natura dilectioni eſt habenda.
ſtros, benefacite his qui oderunt
uos, & orate pro pſequẽtibus & † ca-
a Non enim natura ſumus ſed gratia. Re quod iam es in ſpe. Vt dignitatem ſuam hæredes intelligant.
lumniantibus vos, vt ſitis filij pa-
a Qui ſimiliter facit. b i. in ſanctis electis. c Hoc exẽplum pietatis eſt, quãuis & ſpiritualiter poſſit accipi. d Iuſticia. vnde dicitur, Vobis orietur ſol iuſticiæ, vel hunc viſibilem.
tris veſtri qui in cęlis eſt, † qui ſolem
a Beniuolos & malignos.
ſuum oriri facit ſuper bonos &
a Imbrem doctrinæ vel pluuiam vt terra fructificet.
malos, & pluit ſuper iuſtos & in-
a Amare amantem naturæ eſt, inimicum charitatis.
iuſtos. † Si enim diligitis eos qui
a Ex dilectatione, in cœlo nullam, & ſic hic: de his enim poteſt dici: Recepiſtis mercedem veſtram. Nullam. Merces filiorum ſola adoptatio eſt.
uos diligunt, quam mercedem ha-
a Qui publica vectigalia exigunt, vel publica negocia ſeculi & lucra ſectantur.
bebitis? Nonne & publicani hoc
a Salutatio eſt quædam ſpecies orationis.
faciunt? Et ſi ſalutaueritis frẽs veſtros
a Si hoc non plus facitis, quam gentiles ex humano affectu hoc facientes
tm̃, quid amplius facitis? † Nonne &
a Gentiles quales geniti ſunt. ethnos Gręce, Latiñ gens. b Vt filij patris eſſe mereamini.
ethnici hoc faciunt? Eſtote ergo
a Ecce ad quod culmen prouehit ſuos Secundum modum hominum vt quæratis prodeſſe inimicis. b Imitatione non æqualitate. c Tota trinitas hic intelligitur per patrem. Adoptionis. per gratiam.
uos perfecti, ſicut & pater veſter † cę
a Secundum quod Deus per naturam.
leſtis perfectus eſt.

b Benefacite. *Benefacere eſt effectus dilectationis. & ideo ſicut tenemur diligere inimicos quantum ad bona gratiæ & gloriæ, ita tenemur in effectu ſalutem eorum modo debito & poſſibili procurare.* C

c Et orate pro perſequentibus. *optando. ſ. eis bona gratiæ & gloriæ. Alia autem bona in ſpeciali optare vel facere, non eſt neceſſitatis, ſed ſupererogationis. Ad prædicta autem facienda etiam inimicis, hortatur nos exemplo Dei.*

d Qui ſolem ſuum facit oriri. *Beneficia .n. communia non ſubtrahit malis hominib. qui tamen ei inquantum in eis eſt inimicantur. Arguit etiam hoc exemplo gẽtilium infidelium, qui ſuos amicos diligunt, & eis bene faciũt. Si ergo ſupra ipſos, mercedem beatitudinis volumus habere, debemus plus propter Deum facere: dilectationem etiam ad inimicos extendendo modo prædicto. & hoc eſt quod concludit in fine:*
† offerentibus.

e Eſtote ergo vos perf. *legẽ. ſ. euãgelicã q̃ eſt lex amoris, conſeruando, vt ſitis perfecti.*
f Sicut pa. ve. cę. *q beneficia largitur ẽt malis hominib. ita q propter eorum maliciam non deſerit beneficentiã circa ipſos: ita nec nos circa inimicos, modo tamen prædicto intelligendo: quia aliquando eſt neceſſitatis aliquando ſupererogationis.*
† 28. d.c.ſi. De pæ. diſ. 3. c. inceſtũ De con. e. di. 4. c. nec quẽquam.

## MORALITER.

✠ a *Diligite inim. ve.* Et quoniam valde difficile eſt in bonis operib. patenter factis vanam gloriam totaliter euitare, ideo ſubditur: Attendite, &c.

In ca. v. vbi dicitur in poſtil. Prima ergo beatitudo dicitur paupertas ſpiritus.

### ADDITIO I.

*Circa harum beatitudinũ declarationem quędam à ſanctis doctorib. traduntur etiam ad ſenſum literalem pertinentia, quæ videntur ab inuicem diſcordare. Nam Aug. in libro de ſermone Domini in monte, attribuit beatitudines hic enumeratas donis ſpiritus ſancti. Ambroſius autẽ ſuper Lucam, attribuit beatitudines ibi enumeratas quatuor virtutib. cardinalib. & ſic beatitudines huiuſmodi non diſtinguerentur à virtutib. ſeu à donis, quod videtur incõueniens: cum quædam enumerantur inter beatitudines quæ nec ſunt virtutes nec dona, ſicut paupertas & luctus. Sanctus Tho. verò ſanctorum ſententias concordans, concludit beatitudines diſtingui à donis & virtutib. Non ſicut alij habitus diſtincti ab eis, ſed ſicut actus diſtinguuntur ab habitib. Et quia dona ſpirituſſancti eminentiora ſunt virtutibus cardinalibus, idcirco Ambro. exponens beatitudines turbis propoſitas, attribuit eas virtutibus cardinalibus. Auguſ. autem exponens beatitudines diſcipulis propoſitas in monte, tanquam perfectioribus attribuit eas donis ſpirituſſancti. Conſequenter circa præmia quæ attribuuntur huiuſmodi beatitudinib. videtur inter ſanctos aliqua differentia. Ambro. enim ſuper Lucam, tenet huiuſmodi præmia ad futuram beatitudinem pertinere. Aug. verò in ſermone Domini, aſſerit ea ad pręſentem pertinere vitam. Chryſo. verò in ſuis homelijs quædam dicit ad futuram pertinere vitam, quædam verò ad præſentem. Sanctus Tho. verò.q. ea arti.iiij. in cor.q. concordans ſanctorum ſententias dicit, quòd ſpes futuræ beatitudinis poteſt eſſe in nobis propter duo. Primò propter aliquam præparationem ad futuram beatitudinem per modum meriti. Secundò per quandam inchoationem futuræ beatitudinis imperfectam, ut in uiris ſanctis etiam in hac uita. Et exemplificando dicit, ꝙ aliter habetur ſpes fructificationis arboris, cum uireſcit frondib. & aliter cum iam primordia fructuum incipiunt apparere. Vnde in propoſito ea quæ ponuntur, tanquam præmia poſſunt intelligi, uel ipſa beatitudo perfecta, & ſic pertinet ad uitam futuram, uel aliqua inchoatio beatitudinis, ſicut eſt in uiris ſanctis etiam in hac uita: & ſic pertinet ad præſentem uitam. Nam regnum cœlorum, ut dicit Auguſtin. poteſt intelligi perfectæ ſapientiæ initium, ſecundum quod incipit in uiris ſanctis ſpiritu regnare. Poſſeſſio enim terræ ſignificat affectum bonum animæ requieſcentis per ſpem in ſtabilitate hæreditatis æternæ per terram ſignificata. Conſolantur etiam in hac uita ſancti, ſanctum ſpiritum qui paracletus dicitur, participando. Saturantur etiam in hac uita illo cibo, de quo Dominus dicit: Cibus meus eſt, ut faciam uoluntatem patris mei. In hac etiam uita conſequuntur homines miſericordiam Dei, ſimiliter & purgato oculo mentis per donum intellectus Deus quodammodo per fidem uideri poteſt. Similiter & in hac uita, qui motus ſuos pacificant ad ſimilitudinem Dei accedentes, filij Dei nominantur. tamen hæc omnia perfectius erunt in patria. Hæc & multa alia ad hanc materiam pertinentia, reperies notabiliter tradita in ſancto Thom. parte & quæſt. alleg.*
† 23.q.3.c. ſex
libr. 1. non ſer. domini a prim. tom. 4.
lib. 5. in euangel. ſuper Lu. in pri. to. 5.
D
† q in cęlis eſt.
1.2.ar.1. in cor.9.
hom. 75. ex euang ſeriũ. Matt. circ. prim. to. 4.
Ioan.4.a

In eod. ca.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Diligite inimicos ueſtros. *bona. ſ. gratiæ & gloriæ eis optando. Alia verò nõ ſunt eis optanda, niſi in quadam generalitate, inquantum valent ad eorum ſalutem: quod ſoli Deo eſt notum: quia omnibus alijs poteſt homo bene vel male vti & ideo circa hoc non eſt determinatè aliquid petendum. Sequitur:*

Benefacite

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E In eod.cap.vbi dicitur in poſtil.Beati mundo cor.quoniam ipſi Deum vide.

### ADDITIO. II.

*Mundicia cordis ſeu purificatio ſequitur fidem veram, ſicut effectus ſequitur ſuam cauſam. Primum.n.principium purificationis cordis eſt fides, iuxta illud apoſtoli Petri: Fide purificans corda eorum. Act.xv. Nō ergo rectè dicitur, ꝙ primum conueniens mundis corde eſt viſio Dei ænigmatica per fidem in præſenti, prout ait poſtillator: in quo etiam videtur variare modum ſuæ expoſitionis in hac parte, ſecundum quem præmia hic promiſſa referuntur ad aliam vitam tantum. Melius ergo videretur dixiſſe & magis propriè, quòd mundi corde ſunt illi, quorum corda per veram fidem mundantur ſeu purificantur. Tales.n.de occultis & diuinis ſupra modum communem hominum illuſtrantur, iuxta illud: Plurima ſupra ſenſum hominis oſtenſa ſunt tibi. Quibus conuenienter additur præmium, cum dicitur: Quoniam ipſi Deum uidebunt. Habentibus.n.talem mundiciam per fidem ſecundum quam nunc per ſpeculum in ænigmate Deum vident, rectè promittitur viſio Dei ſimpliciter, quæ eſt facie ad faciem, ſecundum autoritatem Apoſtoli per ipſum alle. Nam ſicut mundicia oculi corporalis diſponit ad claræ videndum, ſic mundicia oculi intellectualis per fidem ad claram Dei viſionem diſponit.*

*Act. 15. c* — *Eccleſ. 3. c* — *1 ad Corin. 13. d*

In eo.ca.vbi dicitur in poſtil. Beati qui perſequutionem patiuntur &c.

### ADDITIO. III.

*Nulla videtur facta mentio in litera circa hanc beatitudinem de hoc quod huiuſmodi patientes lętanter ſuſtineant perſecutiones. Non.n. dixit: Beati qui perſequutionem patiuntur lętanter ſeu gaudenter: ſed ſolum beatificauit perſequutionem patientes propter iuſticiam, vt patet in litera. Illud etiam quod ſequitur: Gaudete & exultate &c. refertur ad ſequentem beatitudinem in qua dicitur: Beati eritis, cum maledixerint vobis &c. Nec etiam ibi dicitur, quod talia tolerent gaudenter: ſed exhortatur eos ad hoc, vt gaudeant. Vnde melius videtur hic dici ſecundum ſanctum Tho vbi ſupra arti iiij. in reſponſione ad v.argu. ꝙ octaua beatitudo eſt firmitas quædam omnium beatitudinum prædictarum, ac ſi diceret: Beati qui ſic firmiter ſe habent ad prædictos actus beatitudinum, vt ab ipſorum iuſticia nō recedant propter perſequutiones. Et ideo in repromittendo præmium huius beatitudinis redit ad caput.ſ.quod ſicut in prima beatitudine fuit repromiſſum regnum cœlorum, ſic & in hac octaua idem repromittit, vt intelligatur huic octauæ beatitudini conuenienter omnia præmia attribui, tanquam omnium aliarum firmitatem habenti.*

F In eodem ca.vbi dicitur in poſtil. Et ideo primò minor pęna determinatur, cum dicitur: reus erit concilio.

### ADDITIO. IIII.

*In Biblijs noſtris communiter habetur ſic: Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri ſuo Racha, reus erit concilio. Et ſuper talem literam videtur fundari glo.or. & ſententiæ ſanctorum doctorum de hac materia loquentium. Vnde mirandum eſt, vnde poſtillator habuit, vt iſte ordo tranſmutaretur. Imponit.n.reum fore cōcilio ei qui iraſcitur, & reum fore iudicio ei qui dixerit Racha: quod videtur nullum habere fundamentum in litera. Circa intellectum tamen huius triplicis diſtinctionis, quam Saluator noſter hic poſuit: plures ſunt & diuerſæ, tam ſanctorum quam aliorum exponentium ſententiæ, prout in gloſſis poſſent haberi: ſalua tamen ſemper ſanctorum & doctorum reuerentia, iſte paſſus aliter poteſt exponi. Ad cuius euidentiam ſciēdum, ꝙ hoc dictum* ריקה *Racha eſt Hebraicum, vt Hiero. dicit: & idem ſignificat quod vacuus ſeu vacuum. Et poteſt dupliciter intelligi. Vno modo idem dicit quod homo vacuus, quo ad cerebrum vel intellectum. & ſic (vt Chryſo. dicit) quantum ad ſenſum verbi idem eſt dicere, fatue & Racha. Alio modo poteſt intelligi de vacuitate ſeu inopia temporalium facultatum. Et iſto modo accipitur Iudic.xi. vbi legitur: Congregatiq; ſunt Iephte viri inopes. Vnde vbi tranſlatio noſtra habet inopes, Hebraica veritas habet* ריקים *Rechim, quod eſt plurale huius nominis ſingularis Racha. Et iſto modo intelligendo non eſt vocabulum contumelioſum. Poſſibile.n.eſt hominem eſſe inopem ſine aliquo vitio ſeu culpa ſua. Primo autem modo intelligendo idem eſt quod ſtultus ſeu fatuus, quod eſt manifeſtè contumelioſum ſeu conuitiatiuum. Vnde rectè qui Racha dixerit fratri ſuo, reus eſt concilio: hoc eſt, requiritur congregatio iudicum ad examinandum ſeu inquirendum per circunſtantiā facti quo prædictorum modorum intelligendum ſit verbum prædictum. Si primò vt puniatur: ſi verò ſecundò ut liberetur. Vnde in hac triplici diſtinctione Saluator noſter nobis oſtendit, ꝙ iuſticia euangelica abundantior debet eſſe in his quæ committuntur in proximum, plus quàm iuſticia Phariſæorum, in tribus. Primò in hoc, quòd reatus iniuriantis facto (ſicut homicidæ) æquiparetur reatui eius qui occidit tantum ex propoſito cordis. Vnde ſicut ſecundum Phariſæos, qui occiderit, reus erit iudicio: ſic ſecundum euangelium omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Secundum, quia cum quis uerba profert proximo quæ poſſunt intelligi ad contumeliam dicta, licet habeant alium intellectum quo poſſint intelligi ſine iniuria, nihilominus inquirenda ſeu examinanda ſunt. & ideo: Qui dixerit Racha, reus erit concil o.ſ.ad examinandum quomodo debeant intelligi. Tertium, qui dixerit uerba manifeſtè contumelioſa, ut Fatue, reus erit gehennæ ignis. In quo oſtenditur magna excellentia euāgelicæ iuſticiæ reſpectu Phariſaicæ. Illi.n. † in talibus uerbis condemnabant ſaltem ad mortem uel grauem pœnam. Saluator uerò inquātum charitati contrariantur, eos condemnat in gehennam ignis: quæ eſt maxima & noua condemnatio & propriè euangelica: ſicut & regnum cœlorum eſt maxima & noua repromiſſio euangelica. Pęna.n ignis ęterni gehennæ, ſicut & præmium regni cęlorum in antiquis documentis minimè inuenitur ita clare traditum.*

*Homil. 16. in c. Mat. 5 cir. me. to. 2* — *Iudic. 11. a* — G — *† ex*

### REPLICA.

In ca.v.vbi agitur beatitudinibus ſpecialiter, cum dicitur: Beati mundo corde poſtil.dicit, ꝙ pro mundicia cordis in præmium repromittitur viſio Dei per fidem ęnigmaticam in præſenti, & per aſpectum facialem beatificam in futuro. Bur.putat contrarium huius demonſtrare, et arguit ſic: Fides eſt pręuium principium cordis mundiciæ: Igitur non ſequitur eam tanquàm repromiſſa. Antecedens patet per illud Petri. Fide purificans corda eorum. Si iſtud argumentum potius videtur tentatiuum quam demonſtratio, quia laborat in equiuocis. Nam purificatio allegata, fuit ſpiritusſancti infuſio in ſigno viſibili, & fuit fidei præcedentis teſtimonium, vt clarè habetur ex litera allegata. Fides autem per illam purificationem confirmatam præceſſit illam purificationem, non vt purificationis principium, ſed ſolum vt tempore prior. Non autem omne prius tempore eſt principium & cauſa poſterioris. Illa autem fides ſic prior tempore purificatione hic allegata habuit ſuam mūdiciā cordis præuiam tanquàm beatitudinem de qua hic ſermo. cui mūdiciæ illa viſio per fidem repromittitur. Nam ſi eſt fides formata neceſſario præſupponit ſuam formam tanquam principium, quæ eſt dicta mundicia. Quod ſic patet. Nam ſecundum Apoſtolum, Chriſtus per fidem habitat in cordib.noſtris, non autem habitat in cordib.ſubditis peccatis. Igitur requirit cordis mundiciam, nō vt ſit illius purificationis principium, ſed vt ab huiuſmodi purificatione ſumat præcedentis purificationis teſtimonium. Secus eſt de fide informi, per quam Chriſtus non inhabitat. in paruulis.n. baptizatis mundatio ab originali præcedit fidem formatam. Hæc igitur fides præcedit purificationem per Burg. allegatam. Hæc reſolutio materiæ patet, ſi autoritas per Burgen. truncatim allegata debite videatur: Dicit enim Petrus, ibi: Elegit Deus per os meum gentes audire euangelium & credere. Ecce fides ex auditu, & mundicia cordis pro Chriſti inhabitatione per fidem prærequiſitam; quā mundiciam ipſa fides ſequitur tanquam repromiſſa, vt viſio Dei ænigmatica. prout dicit poſtilla. & ſequitur in loco allegato. Et qui nouit corda Deus teſtimonium perhibuit, dans eis ſpiritumſanctum ſicut & nobis: & nihil diſcernit inter nos & illos, fide purificans corda eorum. Ex quibus patet fidem incipientium præcedere fidem perfectorum, & claritatem vel mundiciam cordis incipientium præcedere illam purificationem perfectorum. Sunt ēm gradus huiuſmodi virtutibus iuxta ſtatus incipientium, proficientiū, perfectorum, & etiam ſunt gradus illuminationum hierarchicarum & tetarchicarum: ideo in præſenti, mundo cordi promittitur illuſtratio uiſionis ænigmaticę quę per fidem eſt: mundiori cordi clarior, mundiſſimo clariſſima: & hoc ſi in hac vita poni poteſt clariſſima, & in futuro ſecundum gradum ſimiliter repromittitur mundis cordibus viſio facialis. Nec in hoc modo dicendi poſtil. cecidit à modo communi ſuæ expoſitionis, quia quamuis repromiſſa nouæ legis referat ad futurum, tamen repromiſſorum prægustationem non excludit. Et ita reſoluit hanc materiam ſicut Thomas concordando dicta ſanctorum doctorum, prout Burgenſis eum allegat circa princ. huius capituli. In eodem cap. vbi dicitur: Beati qui perſequutionem patiuntur, &c. poſtil. addit per modum gl. lætanter, quia ſi cum triſticia & difficultate plus videtur ad virtutem fortitudinis quàm ad beatitudinem pertinere. Circa quod rationabiliter additum arguit Burgenſ. argumentum ſuum conſuetum hæreticis modernis familiare, dicens: lætanter non habetur in litera. igitur, &c. Et vt poſtillator non habeat viam euadendi illud quod ſequitur: Gaudete & exultate, Burg. exponit de hortatione Chriſti, non de lætitia paſſorum. Quod dicere modicum valet, quia illa exhortatio non habet reſpectum ad actum, ſed ad præmium promiſſum: vnde etſi hic in litera non exprimitur, tamen habetur ex alio paſſu ſcripturæ, quia lætanter pati pertineat ad hanc beatitudinem: quia dicitur. Ibant Apoſtoli gaudentes. Etiam ſi debemus diſtinguere beatitudines à donis & virtutibus ſecundum actuum excellentiam, prout doctores communiter diſtinguunt, dicentes quòd virtutum actus ſunt modo humano, beatitudinum autem modo ſuperhumano: oportet huiuſmodi ſubintelligere, ꝙ hęc beatitudo ſi habet modum ſuperhumanum, ꝙ pati ſic gaudenter: quia cum agone pati eſt modus humanus, & per conſequens virtutis actus, non beatitudinis. In eo.ca. vbi dicitur: Qui iraſcitur fratri ſuo, &c. poſtil. attendens variam ſanctorum & aliorum in hac parte expoſitionem, poſuit ſuam. Et vt eſſet intelligibilior, tranſpoſuit pœnas ex rationabili ordine, in quo puto eum non eſſe reprehenſibilem. Burgenſ. tamen ſeruato ordine pœnarum ponit aliam expoſitionem ſatis competentem. Vtrobiq; eſt eadem veritas ſententiæ, cum diuerſa tamen applicatione.

*Actu. 15. c* — *Epheſi. 3. d* — H — *Act. 5. g*



### GLOS. ORDIN. CAP. VI.

A a Tēdite &c. Qui hucuſq; præcepit de miſericordia, nūc pcepit de cordis mūdicia qua Deus vř. Si.n. nō ſimplici intētione, ſed pro hoīm laude, non probant à Deo opera miſericordiæ. Laus hoīm nō dēt appeti, ſed ſubſeq, vt exemplo alios inuitet. Hactenus de iuſticia euāgelij, quæ eſt ſup iuſticiā Scribarum et Phariſæorū. Nūc qua mūdicia cordis eadē iuſtitiā debeat impleri: qđ in eleemoſyna ſeruat̃ & orōne Non.n. monet hic uel orare uel eleemoſynā facere: ſed quo animo debemus facere. agitur enim hic de mundando corde.

b *Vt videa.* Nō ꝓhibet uideri vt Deus laudetur, ſed videri vt ipſi laudentur.

c *Apud pa.* cuius gloriam filij quærere debent, & omnia bona ad hoc vt placeant ei, referre.

d *Cum er. fa.* a toto in partes, vt exponat q̄ bona nō ſint ꝓ hoīm laude faciēda.

e *Tuba ca.* forſitan conuocandi gratia hoc fecerunt, ut omnes irent quaſi ad ſpectaculum.

f *Ante te.* Añ ſe tuba canit q ante alios vult laudari: vt appareat maior illis.

g *Rec.m.* à Deo cordis inſpectore fallaciæ ſuppliciū. de qb. dicitur: Recedite a me operarij doloſi: nomen.n. meum habuiſtis: ſed opera mea non feciſtis. *Pſal. 6. e Lu. 13 f*

h *Neſciat ſini.* Siniſtra, vitia: dextera, virtutes. Quod ergo agit virtus, neſciat elatio, uel uana gloria, ſeu aliqđ uitiū: ſed lux rectę opationis fuget tenebras pcti: Siniſtra eſt delectatio laudis: dextera itētio implēdi pcepta Dei. Cū ergo cōſciæ faciētis eleemoſynam ꝓ pcepto Dei iplēdo miſcet ſe laudis appetitio, iā ſiniſtra eſt cōſcia operis dextrę. Cum uero ſola cupiditate alicuius terreni uolūt aliq miſericordes videri, B ſola ſiniſtra opat̃, qđ prohibet Dñs dū nec pmiſceri pmittit. In bona aūt cōſcia multi faciunt eleemoſynam, qui non habent aliquid qđ exterius dent. *† De pę. di. 3. c. cauendum.* ** in propatulo. vel in manifeſto.*

i *In a.* In abſcōdito eleemoſyna fit, quę nullis miſcetur tenebris: lux intus eſt, tenebræ extra.

k *Videt in a.* Videre Dei eſt appbare. Illa āt tm̃ approbat q̄ ſunt abſcondita, q̄ extra ſunt nō placēt ei neq; approbat.

l *Et cū ora.* Ad ſuperiora coniungitur hæc ſententia. Supradixerat: Attendite ne iuſticiā veſtram faciatis coram hominibus, hic ſubdit: *Et cum ora.* Non prohibet orare, ſed in orando hypocritis ſimiles eſſe.

m *In angul.* quaſi abſconſores pcū, & tñ in plateis ut uideant̃, & p hoc amplior gloria. Alle o. In angulo orat qui in abſcōdito ſe orare ſimulat, & tñ in platea cum famā captat. Anguli platearum ſunt ubi uia per tranſitum uiæ ducitur, & quadriuium reddit. Non enim nefas eſt uideri, ſed appetere uideri. *Allegor.*

n *Receper.mer.* In his nō ſolum uera merces praua intentione euacuatur,

### CAP. VI.

a ¶ In his autem omnibus finem iuſtitiæ ne ponatis in hominum laude. b ¶ Ideſt opera iuſtitiæ quæ abundat plus quam ſcribarum & phariſæorum.

a Ttendite ne † iuſticiam veſtram facia- a b

a ¶ Appetendo laudem corū. b ¶ Hoc fine.

b tis coram hominibus, ut videamini

a ¶ Hoc enim deputatur pro mercede cuius amore fit.

ab eis: alioquin mercedem non† ha-

a ¶ Cuius amore non feciſtis.

c bebitis apud patrem veſtrum, qui

a ¶ Eleemoſyna eſt pars iuſtitiæ.

d in cælis eſt. Cū ergo facis eleemoſy- d

a ¶ Noli velle innoteſcere. b ¶ Ad gloriam tuam.

e f nā, nōli tuba canere ante tē, ſicut hy

a ¶ Hypocrita eſt qui ſimulat quod non eſt repreſentator alterius perſonæ.

pōcritæ faciūt in ſynagogis & in vi-

¶ Eo fine.

cis, ut honorificent ab hoībus. Amē e

a ¶ Merces ſua laus humana qui acceperunt. b ¶ Et nō Dei.

g dico uobis, † receperūt mercedē ſuā. f

a ¶ Quia ſunt aliqui qui fauorem quærunt cū aliqua mercede æterna. b ¶ Non ſe miſceat laudis appetitus uel uitium aliquod.

h Tē aūt faciente eleemoſynā, neſciat g

a ¶ Dum præcepta Dei implere contendis.

ſiniſtra tua quid faciat dextera tua,

a Id eſt in bona conſcientia, vbi homo non uidet. ¶ Nihil extra quærat, ſed abſcondatur, ſic quod vita tua cum Chriſto ſit abſcondita.

i ut ſit eleemoſyna tua in abſcōdito:

a ¶ Qui eſt diſcretor intentionum.

k & pater tuus q uidet in abſcondito h i

l reddet tibi*. Et cum oratis, nō eritis k

ſicut hypocritæ, q amant in ſynago-

a ¶ Vt melius videri poſſint. b ¶ Non humiliati.

m gis & in angulis platearū ſtātes ora- l

a ¶ Hoc fine, quia in hoc conſtituunt finem orationis.

re, ut uideant ab hoībus. Amē dico

a ¶ Laudem hominum. ¶ Quam petierant. b ¶ Non Dei.

n uobis receperunt mercedem ſuam

*† eleemoſynam* — *† haberis* — *Iudæi utebantur tubis vt Chriſtiani campanis.*

### NIC. DE LYRA. CAP. VI.

A Ttendite. *Poſtquā Saluator regulauit hominis operationē, hic regulat ipſius affectionē, et primo reſpectu Dei, ſcđo reſpectu proximi, ibi: ca.ſe. Nolite. Prima in duas: quia primo regulat affectionem hominis excludendo ab operib. eius intentionē uanę glorię. Scđo ſollicitudinē auaricia, ibi: Nolite theſaurizare. Prima in duas: qa primo dat intētionē ſuā in generali. ſcđo applicat magis in ſpāli, ibi: Cū facis eleemoſynā. Circa primā partē aduertēdū, ꝓſ ſcđm qđ dicit Philoſophus ij. ethicorū. Bonū cōtingit uno modo, malū aūt omnifariam, quia ad hoc ꝙ actus humanus ſit bonus, requiritur bonitas generis & circunſtātiarū: ſed redditur malus ex quolibet defectu iſtorum. & ideo non ſufficit, quòd actio ſit bona de genere, ſed requiritur ꝙ fiat recta intentione. bonitas.n. finis eſt circunſtantia principalis. & ideo opus quantuncunq; bonum de genere, ſi fiat intētione vana gloriæ: redditur malum: propter quod dicit Saluator.*

a Attendite. *ideſt diligenter conſiderate.*

b Ne iu.ve. *i. opera bona de genere quæcunq; fuerint illa, quia omnia continentur ſub iuſticia generaliter dicta.*

c Facia, co.ho. ut vi. ab e. *gloriam. ſ. & laudē humanam ex talib. quærendo. Per hoc autem non prohibetur, ꝙ opera bona fiant coram hominibus ad proximorum ædificationem & Dei gloriam, quod eſt bonū & meritorium, vt ſupra dictum eſt. Sed quia hic loquitur de imperfectis, qui de facili in uanam gloriam efferuntur, ideo conſulit eorum bona opera occultanda, ſupra aūt loquebatur prælatis qui ſunt in ſtatu perfectionis: propter quod non ęſtimandum, quòd de facili ferantur in uanam gloriā, iō dixit eorum opera in publico fienda ad aliorum ædificationem. Sic luceat lux veſtra, vt ſupra dictū eſt. Aliquid enim bene eſt conſulendum uiris perfectis de quorum ſecuritate confiditur: quod non eſt cōſulendum imperfectis & paruulis, de quorum debilitate timetur.* C

e Amē di.uo. *i. firmiter & fideliter aſſero.*

f Recepe.mer. *ſcilicet. Ex quo enim intentio fertur ad homines tantum, non eſt aliquid a Deo iuſte expectandum.*

d Cum er. *Hic applicat in ſpeciali. & primo excludit intentionem uanæ gloriæ ab operibus miſericordię, ſcđo ab actibus latrię, ibi. Et cum oratis. tertio ab operib. penitentiæ, ibi. Cū ieiunatis, Dicit ergo primo:* Cum er. fa.elee.no.tu.ca.an. *hoc eſt laudem hominū manifeſtare. Ad cuius intellectum ſciēdum, ꝙ apud Iudæos vtebantur tubis, ſicut apud catholicos campanis. & ideo ſicut videmus, ꝙ in aliquibus locis pulſatur campana pro eleemoſyna recipiēda, ita apud Iudæos ad hoc faciendum vtebantur tuba: ſed hypocritæ non faciebant hoc principaliter propter pauperum vocationē, ſed magis ad propriā oſtētationem vt patet in litera cum dicit: Vt honorificentur, &c. Rationē aūt prohibitionis ſubdit:* Amen di.uo.rece.mer.ſuam. *Modum autem conuenientem faciendi eleemoſynam ſubdit, cum dicit:*

g Te au.fa.elee. *Modus loquēdi eſt quādo aliqđ fit ſecrete: per hoc innuēs, ꝙ talia ſunt facienda ꝓꝓ Deum tantum. vnde ſubditur:*

h Et pa.tuus. *ſ. Deus, q eſt pater oīm ꝑ creationem, & iuſtorum per gratiæ adoptionem.*

i Qui videt in ab. *quia ipſe ſolus videt intentionem cordium.* reddet ti.

k Et cū ora. *Hic conſequenter excludit indebitum modum circa actum latriæ. Inter actus latriæ actus communior eſt oratio. & iō quod de ipſa hic dicitur, de alijs actib. latriæ intelligitur. Ideo circa orationem primo excludit indebitum orandi modum. Secūdo cōcludit modum debitum ibi: Sic autem orabitis. Prima in duas. quia primo ab actu orādi excludit vanę glorię intentionem, et ſecundò quorundam gentilium errorem, ibi: Orantes autem. Ad euidentiam primę partis conſiderandum, quòd duplex eſt oratio. Quædam publica, quę fit à miniſtris eccleſię, & iſta non debet fieri in occulto, ſed magis in palam in loco communi. ſ. eccleſia coram populo: quia pro tota communitate offertur: & ideo populus in hoc conformare ſe debet miniſtris eccleſię, ipſum Deum deprecando ſecundum modum congruum & ſibi poſſibilem. Non poſſent autem in hoc ſe miniſtris eccleſiæ conformare, niſi prędicta oratio miniſtrorum eccleſię fieret in publico prædicto modo. unde de tali oratione non loquitur hic Saluator. Alia eſt oratio priuata: & talis magis debet fieri in ſecreto duplici de cauſa. Prima cauſa, quia oratio eſt eleuatio mentis in Deū: mens autem humana citius & melius eleuatur in Deum, quando in ſecreto loco homo conſtituitur: & à tumultibus aliorum ſeparatur. Alia cauſa eſt ad euitationem vanæ glorię, quę de facili inſurgit quando oratio in publico fit. & hoc eſt quod dicit Saluator:* Et cū oratis non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in ſynagogis & in angulis pla. ſtantes orare. *Dicit ſtantes, vt magis appareant ex modo ſe habendi. In ſynagogis & in angulis platearum, ex ratione loci: quia ſynagoga eſt locus communis, vbi conueniebant Iudęi ad audiendum verbum Dei, vel aliqua ratione huiuſmodi. Et dicitur a ſyn quod eſt con, & goge quod eſt populus. quia ibi conueniebat populus.* D

*Oratio duplex eſt.* — *Quare oratio priuata fienda ſit in deſerto.*

l Et in angulis platearum. *Plateę iſtæ dicebantur atria quæ erant ¶ prope*

### MORALITER.

* a *Attendite, ne iuſticiam veſtram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis.* Et illud quod ſequitur:

d *Cum ergo facis elee.* Chriſoſt. Si bonorum quæ facis vis inſpectores habere, ecce habes non ſolum angelos & archāgelos, ſed etiam Deum vniuerſorum.

k *Cum oratis non eritis ſicut hypocritæ.* Chriſoſto. Eſt autem oratio quoddam ſpirituale tributum, quod offert anima Deo de viſceribus ſuis. Quanto ergo glorioſior eſt, tanto cautius eſt ſeruanda, ne propter homines facta vileſcat.

*Hom. 19. in c. mat. 6. circa me. to. 2. Vbi ſupra.*

* Orantes

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

euacuatur ſed uitiũ ſimulationis & irriſionis ꝯ Deũ augetur.

E a *Tũc aũt cum oraueris* Hoc ſimpliciter intellectum, docet vanam gloriam mundi fugiendam. Sed magis videtur præcipi, vt incluſa pectoris cogitatione, labijsq; compreſſis oret Deũ. Cubiculum autem eſt cordis ſecretum, Oſtium. carnalis ſenſus: per quem hæc exteriora improbe ſe ingerunt, & turbæ phantaſmatum orantibus obſtrepũt. Parũ eſt ergo cubiculum intrare, ſi importunis cogitationibus oſtium patet. Sed reſiſtẽdum eſt carnali ſenſui, ut oratio ſpũalis ex intimis cordis dirigatur ad Deũ. Cubiculum eſt ſecretius mentis arcanum: ad hoc pulſat ſapientia dicens, Sto ad oſtium & pulſo: fides aperit, ſpiritus intrat & exaudit, In fide interiori & dilectione oratur Deus, non ſtrepitu verborum, ſed deuotione virtutum. *Intra*. totum hominem interiorem colligendo in ſe.

Apoc. 3. a

✽ *a Lucerna cor. tui &c.* Remi. Per lucernam eccleſiæ rector ſignificatur, qui bene oculus dr̄: quia plebi ſubiectæ quæ per corpus intelligitur, ſalutaria uidere debet. Si ergo eccleſiæ rector errauerit, quanto magis ſubiectus ſibi populus deuiabit? (in euange. Mat.)
*k Non pot. deo ſer. &c.* Hiero. nō dicit qui hēt diuitias, ſed qui ſeruit diuitiis: Qui enim diuitiarum ſeruus eſt cuſtodit eas, ut ſeruus Dominum: qui autem earum ſeruitutis excuſſit iugum, diſtribuit eas ut Dominus. (Commen. in mat. cap. 6. tom. 9.)
*m Ne ſolli. ſi. animæ.* Non dicit ut manducetis, ſed quid manducetis. Manducare nanque neceſſarium eſt ad ſuſtentationem naturæ: Sollicitari vero circa ſumptuoſitatem cibi vel delectationem eſt gulæ. Et idem dicendum de veſte.

✽ *Nonne anima*



non vlciſci, & inimicos diligere iuſſit, & humanam gloriam
A fugere. Nunc vult confirmare per fidem in ſpe ęternorum,
quia plures ſunt quos amor præſentium, & deſperatio futuro
rum torpentes facit. In ſudore vultus paratur panis, ſed labor
eſt exercendus, ſollicitudo tollenda eſt, quæ mentem pertur-
bat: dum timet ne aut poſſeſſa diſpe-
reant, aut elaborata non contingant.
a *Animæ ueſtræ.* Id eſt animalitati cui
hæc neceſſaria ſunt. Totam ſpem Deo
committite, quia nihil niſi quo decre-
uerit ille poteſtis acquirere vel retine-
re. Anima hic ponitur pro vita, quæ ci
bo ſuſtentatur vt ibi: Qui amat animā
ſuam, perdet eam. Animalitas cibo ali
tur: & ponitur hic pro vita: viuit cum
pecoribus. quam qui perdit propter
Chriſtum, inueniet eam ſpiritualem
in vitam æternam.
b *Nonne anima.* Non vita propter e-
ſcam, nec corpus propter veſtimen-
tum, ſed econtra. Ideo nō ſit ſollicitus
animus, vt percipiat quod propter ſe
creatum eſt. Quaſi. Qui dedit maiora,
id eſt vitam & corpus, dabit & mino
ra, id eſt victum & veſtes. In his pro-
miſſis veritatis nemo dubitet: Sit ho
mo quod eſſe debet, mox adduntur ei
omnia propter quem ſunt facta.
c *Reſpicite.* Hoc ad eſcam. Sancti me-
rito comparantur auibus quia cælum
petunt, & quidam ita remoti ſunt à
mundo, vt iam terris nil agant, ſed ſo
la contemplatione iam in cælo de-
gunt. De quibus dicitur, Qui ſunt hi,
qui vt nubes volant &c. Hæc exem-
pla non prohibent prouidentiam, ne
laboret, ſed ſollicitudinem, vt tota fi-
ducia veſtra ſit in Deo, cum & aues ſi
ne cura viuant.
d *Et pater ueſter.* Exaggerat fiduciam fi
liorum & confirmat: quia ſi bonitas
B patris etiam ad illa ſe extendit, quanto
magis ad filios adoptionis?
e *Quis autem ueſtrum. &c.* Illi autem cu-
ram regendi corpori relinquite, qui
illud ad hanc menſuram fecit perue-
nire.
f *Et de ueſtimentis.* Non quòd laborare
& prouidere hoc non deceat, ſed om-
nis ſollicitudo abiicienda eſt, & ſpes in Deo habenda eſt.
g *Conſiderate lilia agri.* Exhortationem de indumento ſatis
congruo confirmat exemplo.
h *Quo. nec Salomon in omni &c.* Quæ purpura regum, quæ pi-
ctura textricum poteſt floribus comparari? Ipſe color dici-
tur operimentum florum, ſicut dicimus, operuit iſtum ro-
bur.
i *Si enim fænum agri.* Si iſta quæ ad vſum ſunt temporis tan-
tum, & cito decidua, igne cremabuntur, Deus tam venuſtè
adornat. Cras pro futuro ponitur in ſcripturis, dicente Iacob:
Exaudiet me cras iuſticia mea.
k *In clibanum mittitur.* Alii libri habent, in ignem vel in acer-
uum, qui habet ſpeciem cliban.
l *Quanto magis nos,* ſcilicet veſtiet. Et ideo omnis fiducia in eo
habenda. Quod ſi nec de his fidentes ſumus, quomodo inui-
ſibilia ſpernamus? Permodica fides eſt, quæ nec de minimis
certa eſt. Ideo & de æternis ingerit fiduciam, & condemnat
infidelitatem.
m *Modicæ fi.* Quicunque in aliqua promiſſione dubitat, modi
cus eſt fidei, & quanto plus dubitat, tanto minus inuenit ea
pro quibus ſollicitus fuit.
n *Nolite ergo ſolliciti &c.* Plenius inculcat & reuoluit, quod a
principio ſermonis docuit, vt abſque ſollicitudine viuamus.
*Nolite ergo ſolliciti eſſe* Hic videntur argui hi, qui ſpreto victu
vel veſtitu communi, lautiora ſibi vel auſteriora præ his cum
quibus viuunt alimenta quærunt vel indumenta.
o *Solliciti eſſe.* Sollicitudo ſuffocat verbum Dei, ne fructum
referat, & facit ſimilem gentili id eſt infidelem.

*Hæc enim*

(Gen. 3. b — *& quid bibituri ſitis — Ioan. 12. d — † magis pręſtatis — Iſa. 60. b — Gen. 30. e)

Quia hoc eſt diuitiis ſeruire.
a citi ſitis animæ ueſtræ, quid man-
ducetis: * neque corpori neſtro,
i. vita
b quid induamini: Nonne anima a
plus eſt quam eſca: & corpus plus
c quam ueſtimentum? Reſpicite uo- b
a D. i. prouidentia alamur abſque cura.
latilia cæli, quoniam non ſerūt, nec c
metunt, neque congregant in hor-
a Tunc multo magis vos qui filii eſtis. b Tunc multo magis vos, qui rationales eſtis quibus promittitur æternitas.
d rea: & pater ueſter cæleſtis paſcit
illa. Nonne uos † magis pluris eſtis d
a Sua ſollicitudine & ſagacitate.
e illis? Quis autem ueſtrum † cogi- e
tans poteſt adiicere ad ſtaturam ſu-
a Supra de eſca, hic de veſtimento.
f am cubitum unum? Et de ueſtimē
a Hoc de indumento. Non ſunt hæc allegorica, ſed vt de minoribus perſuadeantur maiora.
g tis, quid ſolliciti eſtis? Conſiderate f
lilia agri, quomodo creſcunt. Non g h
a Coloribus ſe ornando. b Vt indumenta ſibi conficiant. c tamen.
laborāt, neq; nent. Dico autē uobis i
Qui præ aliis floruit.
h quoniā nec Salomō in omni gloria k
ſua coopertus eſt, ſicut vnū ex iſtis.
i Si enim fœnū agri, quod hodie eſt, l
k & cras in clibanū mittitur, Deus ſic m
a Ornat. b Procurabit in neceſſariis. c q. ſ. veſtiet. Qui ad imaginem Dei æſtis ad æterna vocati.
l m ueſtit, quantò magis uos modicæ fi o
a Non ait nolite quærere. b Id eſt talium cura nolite impediri quominus cæleſtibus inſuderis
n o dei? Nolite ergo ſolliciti eē, dicētes, p

(† ſollicitus exiſtens — † Luc. 12. b)

C b Reſpicite uolatilia. *Hic probat de vtroque in ſpeciali: & primò de cibo: ſecundo de veſtimento, ibi: Quis aut. ex veſtrum cogitans. Primum oſtendit per exemplum auium, quæ non ſerunt neque metunt, & tamen Dominus ſufficienter paſcit illas cum ſollicitudine conuenienti ſuę naturæ: multò fortius hominem ſufficienter paſcet cum ſollicitudine conuenienti ſuę naturæ, quæ eſt ſecundum regulam rationis rectę: propter quod ſubditur,*
d Nonne uos magis plu. eſtis il. *i. natura humana eſt maioris ponderis coram Deo? quia animalia facta ſunt propter hominem: finis autem nobilior eſt his quæ ſunt ad finē.*
e Quis autem veſtrum. *Hic probat de veſtimento: Et ponit duplex exemplum. Primum accipitur ex eo quod eſt intra hominem ſcilicet magnitudo corporis, quam Deus dat homini ſine ſollicitudine ſua: quod patet, quia quantumcunque aliquis ſollicitetur de augmentatione ſua, non poteſt addere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum. cum ergo veſtimentum competat maius vel minus homini ſecundum quantitatem corporalem, & quantitas datur ei ſine ſollicitudine ſua, per conſequens & veſtimentum conueniens abſque ſollicitudine ſuperflua. & hoc eſt quod concludit interrogatiuè. Et de ueſtimentis &c. Secundum exemplum accipitur ex eo quod eſt extra hominem. ſ. ex terrę naſcentibus: quod ponit cum dicit.*
f Conſiderate li. agri, quomodo creſcunt. *ſine ſollicitudine eorum, & ſecundum quantitatem ſuam à Deo veſtiuntur. pp quod dicit.*
h Non laborant. *ſ. ad ornandum ſe.*
i Neque nēt. *ideſt filant: ad faciendum ſibi veſtimentum: & tamen optimè veſtiuntur. Quod probat:*
k Quoniam nec Salo. *i. licet fuerit rex potentiſſimus, vt patet iii. Reg. tamen non fuit ita bene veſtitus, quia licet ars imitetur naturam: tamen opera artis non aſſequuntur perfectionem operum naturæ, & ideo tinctores pannorum non poſſunt facere colorem ita viridem ſicut natura in terræ naſcentibus. Ex hoc igitur concludit, quòd Deus ſufficienter*
D *veſtiet hominem abſque ſollicitudine ſuperflua. propter quod dicit:*
l Si enim fœnum agri &c. *i. in præſenti.*
m Et cras in cli. mit. *Id eſt in futuro ponetur in furno: quia in aliquibus terris loco lignorum vtuntur ſtipulis & talibus ad calefaciendum furnum. Vel aliter: Clibanus accipitur hic pro aceruo in quo congregatur fænum deſiccatum, quia ad modū furni ſeu monticuli eleuatur, vnde & clibanus à clino dr̄: Et tamen,*
n Deus ſic ueſtit. *fænum ipſum ſollicitudine ſua.*
o Quanto magis modi. fi. uos? *ſ. ſine ſollicitudine ſuperflua. Vocat autem eos qui nimis ſollicitantur de talibus modicæ fidei: quia ex defectu fidei procedit talis ſollicitudo ſuperflua: Non autem ſollicitudo rationabilis & moderata ſed magis includitur, quia ſicut natura auium eſt, prædicto modo viuere, & terræ naſcentium creſcere, ſic natura hominis eſt viuere ſecundum dictamen rectæ rationis: ad quod ſequitur ipſum debere ſollicitari ſollicitudine moderata ad quærendum ea quæ non dedit ſibi natura: vt veſtes, & arma & ſimilia, vt prædictum eſt.*
p Nolite ergo ſollici. eſſe. *Hic excludit ſollicitudinem ſuperfluam per rationes duas: Secunda ponitur ibi: Nolite ergo. Prima accipitur ex parte diuinę prouidentiæ. Ad cuius euidentiam conſiderandum, quòd aliqui dixerunt prouidentiam diuinam eſſe tantum circa ſuperiora, & non circa actus humanos, in quorum perſona dicitur Iob. xxii. b. Circa cardines cæli perambulat, nec noſtra conſiderat: & ex hoc dicebant quòd homo circa neceſſaria vitæ debebat multum ſollicitari: & hoc eſt quod dicit:* (Diuiſio)

¶ Hæc enim omnia

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *veſtimentum dabit ſine ſollicitudine, vel cum ſollicitudine moderata.* (Diuiſio)

Reſpicite

## M O R A L I T E R.

✽ *Nonne anima plus &c. Hiero.* Qui maiora præſtitit, vtique & minora præſtabit.
*b Reſpici. uo. cæ.* ideſt vere contemplatiuos.
*c Quoniam non ſe.* ſe negociis ſecularibus implicando, & dominus pro eis ſollicitatur ad neceſſaria miniſtrando. (Commen. in Matth. c. 6 tom. 9.)
*f Conſide. li.* ideſt vere caſtos.
*g Quomodo creſcunt.* ſ. nō ſolum labore ſuo, ſed etiam Dei dono, Sap. viii. d. Et cognoui quia non poſſum eſſe cōtinēs, niſi Deus det.
*l Si enim fæ.* per fœnum virens ad horam, & poſt mittendum in ignem ſignificantur vane glorioſi ad tempus florentes, & poſt ignem gehennæ æternaliter ſuſtinentes. Igitur ſi eis Deus dat tanta bona in terra, ſuis electis dabit in cælo multo maiora.
*p Noli ergo ſolli.* exponatur vt ſupra.

 ✽ *Hæc enim*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Hæc enim om.* Quid ergo amplius habet à gentili: cuius infi-
E delitas animum ſollicitat, & curis vitæ huius fatigat?

b *Gentes.* Quib. de futuris cura n̄ ē ſed filiorū eſt q̄rere regnū.

c *Scit e.* Promiſſa ſiunt hæc à Deo, q nouit nobis hæc in via ſua eſſe neceſſaria. *Pater ueſte.* Sic filios de bonitate & ꝓuidētia patris ſecuros reddit, abſq; cura ſeculi.

d *Quærite er. p.* Hic aperte oñdit iſta n̄ eſſe petēda tāq̄ bona nr̄a etſi neceſſaria. Regnū āt D. ī petēdū eſt & ī eo finis nr̄ eſt ponēdus, ꝑꝑ quā oīa faciamus: verbi gr̄a: Mādūcemus vt euāgelizemus: non euāgelizemus vt mādūcemus. Cū dicit primū, ſignificat hoc poſterius, non tp̄e ſed dignitate. Illud enim petendum eſt, hoc propter illud neceſſariū: ergo primū quærite regnū

Luc. 12. d Dei. i. ꝓponite oīb. reb. cæteris. Vt aūt hoc q̄ratis, nō dēt ſubeſſe ſollicitudo, ne illa deſint: Scit. n. (vt dixit) pr̄ veſter, q̄a his indigetis, & iō non ſubdit, deinde iſta q̄rite: ſed ait hæc apponentur. i. ꝯſequent̄ ſine vllo impedimēto, ſi illa q̄ritis. Nec ait, illa dabuntur, ſed apponētur, q̄a aliud eſt qđ principaliter daſ, aliud qđ ſuperaddiſ, q̄a in intētione æternitas, in vſu dēt eſſe tpalitas: & illud daſ, hoc ſuperaddiſ. Regnū Dei q̄ramus, ſectādo iuſticiā eius. Iuſticia vero regni eſt, oīa q̄ Chriſtus docuit obſeruare. Regnū q̄rere, eſt ipſā iuſticiā operib. implere. iō tñ vt Deus glorificet, & vt nos ei p oīa placeam⁹. Regnū Dei ſummū bonū eſt, & iō q̄rendū. Quærit aūt ̄ fide, ſpe, & charitate.

e *Et hæc omnia.* Quia omnia ſunt filiorum, & ideo hæc oīa adijcientur, etiam non quærentibus, quibus ſi ſubtrahuntur, ad probationem eſt: ſi dantur, ad gratiarum actionem, quia omnia cooperantur in bonum.

f *Sollicit.* Timore, mœrore, & anxietate curarum quæ mentem perturbant.

Rom. 8. e 1. Theſ. 2. b g *In craſtinū.* i. In futurū, de p̄ntib. cōcedit, vñ Ap̄ls, Nocte ac die op̄abamur ne quē grauaremus. De futuris q̄ diuina ꝓcurat
F ordinatio, nō ꝯuenit ſollicitari, ſed p̄ntia grate ſuſcipiētes, curā futurorū q̄ ī certa ē, Deo relinquamus, cui de nobis cura eſt. Curā āt p̄ſētiū maliciā vocat, q̄a pœnaſ eſt, ꝑtinet. n. ad hāc mortalitatē, q̄ peccādo meruim⁹, q̄ ī ſe ſatis onēroſa ē. Nec dēmus ſuperaddere malū nr̄ę ſollicitudinis. Nemo dēt ſcādalizari, ſi quē iuſtorū viderit neceſſaria ſibi ſuiſq; ꝓcurare, nec iudicet eū de craſtino cogitare, q̄a ille q hoc præcepit cui miniſtrabāt angeli, ꝑꝑ hoc exēplū dādū loculos habuit, vñ neceſſaria vſib. ꝓberet, quorū cuſtos erat Iudas. Hinc ſeq̄t. Nolite iu. &c.

Iob 3. a Iere. 20. d b *Dies.* Non quem fecit dominus, ſed cui maledixit Iob & Ieremias. ſ. quem diabolus inuenit.

i *Su.* Et q̄a cura p̄nti mēs obruit, n̄ dēt germinari malicia dei.

a quid manducabimus, aut quid bi-
b bemus, aut quo operiemur? Hæc
c enim omnia gentes inquirūt: Scit e-

a Dum patrem audis, ne dubites de voluntate. Qui bonis filijs viſcera ſua non claudit.

nim pater ueſter*, quia his omnib⁹

a Et de nobis infidelitas veſtra auertat. b Summa hæc veſtra ſit attentio. c Præcipue. Omnia propter illud facite. Non quod poſt iſta, ſed quia ſanamum quod propter ſe & extra quod nihil petitur. Quod & dat, niſi infidelitas veſtra auertat.

d indigetis. † Quærite ergo primum

a Vt per eum non per vos iuſtificati per iuſticiam veniatur ad regnum. Iuſticia regni eſt quam ſupra docuit: Niſi abundauerit &c.

e regnum Dei & iuſticiam eius, & hęc

a Vtenda in via propter illud non propter ſe. b Quia intentionem æternorum hæc comitantur. c Quia omnia adijcientur.

omnia adijcientur uobis. † Nolite

a Non labor & prouidentia damnatur, vel ſollicitudo mentem ſuffocans.

f g ergo ſolliciti eſſe in craſtinum.

a id eſt futurus. Tunc enim de ipſo, & non ante curabitis.

h Craſtinus enim dies ſollicitus erit

a Non eget alterius. b Dies malus non eſt, ſed in eo fiunt mala. c Non peccatum, ed labor & anguſtia ſeculi.

i ſibijpſi. Sufficit diei † malicia ſua.

## NICOLAVS DE LYRA.

b Hæc enim o. g. i. gētiles diuinā proui dentiā circa actus humanos negātes: circa tal. a īmoderate ſollicitātur, ſed vos nolite ſic dicere.

a Quid manducab. *non quia non debeat homo ſollicitari moderate, ſed intendit excludere ſollicitudinem immoderatā, quæ procedit ex gentilium errore: ideo ſequitur:*

c Scit e. pa. ue. *i. diuina ꝓuidētia ſe extēdit ad omnia q̄uæcūq; minima & per cōſequēs circa ea quæ ſunt homini neceſſaria: & ſic ſeruientibus ſibi talia ſufficienter miniſtrabit: propter quod concludit:* * cęleſtis

d Quæri. ergo pri. re. *i. ſpūalia bona: Et q̄a primū relatiuē dr̄ ad ſcđm, patet q̄ nō excludit ſollicitudinē oīno circa neceſſaria vitę, ſed oſtendit q̄ homo principaliter dēt de ſpiritualibus ſollicitari, & ſecundo de temporalibus: propter quod ſubditur,*

f Et hęc om. adijci. uo. *ſuppoſita tamē ſolicitudine debito modo habita, vt dictum eſt.*

g Noli. er. *Hic ponitur ſcđa rō ad hoc, & accipitur ex tp̄is cōgruētia. Sicut. n. cuilibet negotio reqritur tp̄s debitū ad hoc qđ bene fiat, q̄a cōditio tp̄is eſt q̄dā circūſtātia actus debiti, igitur cuilibet ſollicitudini ad hoc qđ ſit debito mō ordiāta, reqritur tp̄s debitū, vt imminēte meſſe ē tp̄s debitū ſolicitudinis circa fruges colligēdas & īminēte vindemia ē tp̄s ſollicitudinis vindemiarū, & iō ſi aliqs ꝓoccuparet tp̄s ſollicitudinis vindemiæ de ipſa ſollicitus in tempore meſſis, eſſet inordinata ſollicitudo ex parte temporis: quod faciunt illi q ſūt īmmoderatè et ſuꝑfluè ſolliciti: & hoc eſt qđ ꝓhibet di.* No. cr. *ſo. l. e. ī cr. i. i. futurū, ſolicitudinē ſ. ſi turēt pi debitā inordiatio ꝓoccupādo Quòd enim craſtinum aliquando accipiatur pro futuro patet Ioſue. xxi. ſ. Cras dicent filij veſtri filijs noſtris & c. i. in poſterū tp̄s. Sequitur,* † 12. q. 1. c. habebat. † afflictio

h Craſtinus e. d. &c. *i. tempus futurum habebit ſollicitudinem ſibi congruam & debitam: ſicut patet q̄ ex variatione temporis occurrerunt varia fienda, de quibus homines debent tunc ſollicitari: ideo ſubdit:*

i Suf. d. m *ſ. i. cuilibet tpi ſollicitudo ſua. Quę qdē ſollicitudo dr̄ malicia, q̄a ē qđdā malū pęnę: in ſtatu. n. īnocētię nō īdiguiſſet hō tali ſollicitudine.* H

## MORALITER.

* b *Hæc enim omnia & c.* ſollicitudine nimia, quia non conſiderant Dei prouidentiam extendi ad hæc inferiora.

d *Quærite & c.* id eſt cęleſtia bona.

e *Et iuſtitiam eius.* per quam peruenitur ad illa.

f *Et h. o. a. u. & c.* Chriſ. in homel. Nō dicit dabūtur ſed adijcient, vt diſcas quia pręſentia nihil ſunt ad magnitudinem futurorum

g *Nolite iu.* i. tanquam certi de vita veſtra: quia ſicut dicit Sen. Omnis dies ſicut vltima eſt ordinanda. Hom. 23. ex c. 6. in Mat. poſt medium. 2.

## GLOS. ORDIN. CAP. VII.

Nolite iu. De dubijs, q̄a de manifeſtis iudicatur, & nō de illis, de q̄b. ī certū eſt, quo aīo fiāt, de q̄b nemo ſine ꝑiculo iudicat. Iudiciū temerariū eſt, qñ q̄b. cōmiſſū n̄ ē, iudicāt, ſiue ſit de manifeſtis, ſiue de occultis. Cōmittit aūt iudiciū, vel magr̄is eccl̄ię vel principib. terrę. Hi ergo ſi de manifeſtis iudicent, quæ. ſ. ſunt conuicta vel confeſſa, non temere iudicant. Si autem de incertis, temere iudicant, hæc iudicia prohibet.

Nolite cōdēnare & non cōdēnabimini. Ne vetera q̄dem exēplaria legunt. a *No. i.* Duo ſūt ī q̄b. temerariū iudiciū cauēdū eſt. Sūt. n. q̄dā media & incerta, quo aīo fiāt, q̄ & bene & male p̄nt fieri. Neſcimus. n. qualis futurus eſt, q nūc apparet malus, de cuius correctione deſperare, eūq; abiectū reprehēdere temerariū iudiciū eſt.

b *In quo. n.* Quaſi diceret, In qua volūtate benefeceris, in ea liberaberis, & in qua male, in eadem punieris. De his enim agi
A tur in quibus vel temere iudicantes offendimus, vel recte agētes excuſamur. & ideo addit, In qua menſura. Et iuſte quorum voluntas nō habuit finem peccandi, quamuis cum fine peccauerint, non habent finem vltionis, & quibus iudicium fuit ſine miſericordia, ſine miſericordia iudicabuntur. *In quo enim.* Non q̄ Deus temere iudicet nos, & iniqua mēſura rependat, ſed eſt ac ſi dicat, Ipſa temeritas iudicandi, & iniqua menſura tibi nocet, te punit, & ſæpe non illū de quo hæc agis, tale eſt. Qui gladio

† Marc. 4. c ꝑcuſſerit, gladio. i. pctō hui⁹ rei, ꝑibit.

Deaccu. c. qualiter † Luc. 8. f a *In qua menſura.* Poteſt in hac mēſura in qua aliud mēſuratū eſt vt triticum, aliud menſurari, vt hordeū, & alia quātitas, vt ſi vnus modius de vno, cētum de alio. Ita facit Deus, & non iniq; vt illi in æternum. Et ipſa infamia vel malum quod tuleris, cā eſt cur pœnam debitā incurras. Iuſte qui ęternaliter peccato perfrui volunt, ęternā pęnā & inueniunt, quorū voluntas nō habuit finem peccādi, nec hēbit finē torquēdi. † 1. q. 1. c. multi. 3. q. 7. §. idē teſtatur.

† 32. q. 6. in prin. b *Quid au. u.* Ecce moderamen iudicij, vt præuentus maiorib. aliū nō iudicet de minorib. Multi. n. præuenti maioribus, leuiora ī fratre magis volunt vituꝑare & dānare q̄ emēdare. Vt ſi pleni odio vl̄ inuidia vel malicia, dānent in eo q̄ delinquit ira, quę eſt vt feſtuca, odiū, vt trabs. Iratus alicui vult aliqñ eū corrigi, qui odit, hoc velle nequit, & iō impoſſibile dicitur vt feſtucam fratri demat, q trabē geſtat. prius ergo trabs odij, inuidię, ſimulationis & totius maliciæ reijciēda eſt, vt ſic miſericorditer

† canes reſpectu Dei nō noſtri, fratrem poſſimus increpare, vt ſiue proſit illi correctio ſiue non, nos tamen de ſimplicitate

† Luc. 11. b noſtri oculi ſimus ſecuri *Quid autem.*
B Oculus qui in paradiſo poſt culpā eſt

Ioan. 16. e reſeratus, aperte videt nō vt proficiat, ſed vnde in deterius cadat. Vidit enim iactantiam uanæ laudis, dum ſibi cæcus aliis uult mederi. *Quid autem.* Apertius oculus male videt. ſ. iactantiam ſui dum alij vult mederi. Sed cæcus ſi non valet intueri, dū ī hoc deterius cadat. Vix inuenitur aliquis ab hoc vitio alienus, quia vnuſquiſq; ſuis fauēs, aliena facile reprehendit, & aliena grauius tolerando quam ſua, ſumit autoritatem arguendi ſine exemplo ſuæ emendationis. Saltem in eo quod temere iudicant, in oculo habent trabem. Iudicandi alios uitiū paucis abeſt

c *Aut quomodo dicis fratri tuo,* id eſt nō poteris minus (vt iram) in fratre emendare, donec maius id eſt odium vel inuidiam pepuleris de corde tuo.

d *Hypocrita eijce.* Hi. n. odio & liuore ſuſcipiunt oīa accuſare, & volunt videri conſultores ſine exemplo emēdationis ſuæ. Non enim eſt idoneus doctor alij mederi, q nondum ſe ſanauerit. *Aug.* Nota ſi vis aliquē reprehendere, primum vide vtrū ſimilis ſis ei. Quod ſi es, pariter ingemiſce, & non eum tibi pariter obtemperare, ſed pariter conari mone. Quod ſi non eſt ſimilis, tamen quia olim fuiſti vel eſſe potuiſti, condeſcende & non ex odio, ſed ex miſericordia argue. Raro ergo & non ſine magna neceſſitate obiurgationes ſunt adhibendæ, & nō niſi reſpectu Dei, remota prius ab oculo trabe. Reprehenſorum doctrina. De ſer. do. in mon. li. 2. in ex me. & ſi. to. 4.

e *Nolite ſan.* Purgato oculo poſſunt diſpenſatores eccleſiæ alios caſtigare, ſed non ſctū canibus dare: quia ſicut periculoſum eſt abſcondere, ita prodigum eſt canibus dare. Talibus myſtica non ſunt aperienda, ſed velo tegenda ſanctaſanctorum, apertiora vero & quaſi viliora, dicit poſſunt. *Nolite.* Eadem res dicitur ſanctum & Margarita. i. euangelium & ſacra eccleſiaſtica. *Sanctum.* quia natura inuiolabile, nec debet ab aliquo corrumpi. *Margarita.* quæ in abſcondito latet, & de figuris. q. apertis conchis eruitur, gēma eſt præcioſa q̄ non p̄t corrūpi. Canes vero ſunt qui oblatrant, & quod integrum eſt dilacerant. Porci q vilipendunt & conculcant. Vel canes ad vomitum reuerſi, porci nondum conuerſi, ſed in luto vitiorum verſati: *Nolite.* Nō ſunt diſpēſatores, ſed ꝓdigi extirpatores q tollūt panē filiorū, & mittūt canibus: ignorantes q̄ res abſcōſa auidius q̄rit̄, cælata, venerabilius conſpicit̄, diu q̄ſita chari⁹ tenet̄, ſine faſtidio ſit ꝑcepta cū mēſura. Ideo nec crudeles q̄rētib. oportet eē diſpēſatores, nec īcautos deluſorib. vl̄ faciles.

f *Et conuer.* Ne forte conuerſi adhuc aliquid audire dirumpant, non Margaritas quas conculcant, ſed vos indignatione. Non enim facile poteſt inueniri quod talibus gratum ſit. C

g *Petit.* His gradibus via, veritas, & vita legitime certantib. ꝑſtatur. Chriſtus eſt via qua ambulat̄, veritas qua īuenit, oſtiū ad qđ pulſatur, vt ad ipſum p ipſum ingrediamur. *Aug.* Idem eſt petendum qđ & q̄rendū, & ad qđ vt ingrediamur eſt pulſandū i. panis viuus & regnum cæleſte & iuſticia eius docuit quid petamus, mō ꝓbet cōfidentiam, vt nihil hæſitantes petam⁹. Petimus fide, p eā ad Chriſtū cūtes. Quærimus ſpe: qua attingimus vſq; ad interiora. Pulſamus charitate, dū laborib. inſudamus vt qđ petimus & quærimus cōſequamur. Primū pete vt habeas, poſt quęre vt īuenias: inuenta obſerua, vt introeas. A principio ſermonis filios regni iuſticiā docuit, & animos a ſolicitudine remouit. Regnū autem primum quærere, eſt añ oīa & ſuper oīa Deū diligere, & deinde opus dilectionis ꝑficere. *Augu.* Petite. Quaſi conſcius ſuæ infirmitatis dicat: Quod ſanctū iubes abſcōdere, quaſue Margaritas dare vetas, quas me hr̄e nō ſētio? Contra hęc Vbi ſupra paulo poſt.

a Id eſt ipſum iudicium eſt cauſa quare a Deo iudicemini. Bono vel malo. b Id eſt pœnis iudicij tui mali punieris.

iudicio iudicaueritis, iudicabimi-

a Id eſt iuxta menſuram culpæ erit menſura pęnę & ſi æternæ.

a ni: † & ī qua menſura mēſi fueritis,

b † remetiet̄ uobis. † Quid āt † uides

a Leuius quid quod conturbat oculum mentis, ſed non obcæcat. b Grauius crimen. c Interiori intentione mentis.

feſtucā ī oculo fr̄is tui, & trabē ī o-

a Conſideras.

c culo tuo nō uides? † Aut quō dicis

fr̄i tuo: frater ſine eijciā feſtucā de

a Trabes alia litera.

oculo tuo: & ecce trabs eſt in oculo

a Apperens videri quod non es. b Redi ad cautelam tuā, primum te curan, deinde fratrem.

d tuo? † Hypocrita, eijce primū trabē

a Antea cæcus, qui a caligine peccati preſſus.

de oculo tuo, & tūc uidebis eijcere

a Monet diſpenſatores eccleſiæ, ne dēt ſanctū canibus.

e feſtucā de oculo fratris tui. † Noli

a Verbum prædicationis, id non debet corrūpi. b Non facile inuenies, quod ei placeat qui margaritas calcat.

te ſanctum dare canibus, neq; mit

a Quia non poſſunt reſpicere ab immundicia.

tatis margaritas ueſtras ante por-

a Contemptores veritatis vilipendunt. Porci.

cos, ne forte conculcent eas pedi-

a Ad voluptates & vitia. b Canes impugnando veritatem.

f bus ſuis, & † conuerſi dirumpant

a Fidei veſtræ ſimplicitatem. Fidem veſtram, Non arcana Dei, quæ incorruptibilia ſunt. Et ſi mundatis oculis ad Deum & proximum Petite. b Fide. Vires.

g uos. † Petite, & dabitur uobis:

† menſurabitur † animaduertis -frater Ibidem.

## NIC. DE LYRA.

malum de fratre? ſecundum hoc erit vindicta pœnæ.

a Quid autem ui. &c. *Hic oſtendit quod proximus non eſt temere arguendus. Hoc autem contingit, quando ille qui arguit eſt in cōſimilibus culpis vel maioribus: quia talis correctio non procedit à charitate, ſed ex præſumptione, quia ordo charitatis incipit à ſeipſo. Aduertendum tamen, q̄ crimina arguentis, aut ſunt publica, aut occulta: ſi publica, peccat dupliciter arguēdo, peccato. ſ. præſumptionis, & peccato ſcandali. Si autem ſint occulta, tunc peccat primo modo tantum. Si tamē iſte qui arguit primo pœniteat, & poſtea fratrem humiliter arguat, nō peccat. Dicit ergo:* Quid autem &c. *id eſt peccatū minus in oculo fratris tui. i. ī conuerſatione & cōſciētia eius.* D † 43. diſ. c. 2. 11. q. 3. c. nolite. r. & cap. qñ. 23. q. 4. ca. quidē. 24. q. 1. c. quia hæc ſola. De pęn. d. 1. c. nō nullis.

c Et tra. *id eſt maius peccatum*

d In ocu. tu. *i. in teipſo non conſideras. Trabs enim eſt adulterium reſpectu fornicationis ſimplicis: & ſic de alijs.*

e Aut quō dicis &c. *hoc dicunt mali prædicatores & mali ſacerdotes, qui ſunt irretiti maioribus peccatis, quam illi quos volunt corrigere.*

f Eijce prim. *quia hic eſt ordo charitatis quòd à ſeipſo incipiat.*

g Noli. ſan. dare canibus. *Hic regulat affectū hoīs ad ꝓximū reſpū boni conferendi, quia malis hoīb. in peccato obſtinatis ex affectione carnali, non ſunt ſacramenta miniſtrāda, vel ſecreta fidei reuelanda infidelibus obſtinatis: quia ex ꝓdictis ſequitur contemptus ſacramentorum eccleſię, & deriſio fidei catholicę & occiſio miniſtrorum: & hoc eſt qđ di.*

h Ne forte &c. *videlicet diuina ſacramenta, vel fidei ſecreta quæ dicuntur hic Margaritæ propter eorum præcioſitatem: & peccatores dicuntur porci, propter eorum immundiciam.*

i Et canes. *Id eſt obſtinati infideles.*

k Dirumpant uos. *hoc eſt interficiant.*

l Petite & dabitur. *Poſtq̄ ſaluator dedit legē euangelicā, hic oſtēdit eā obſeruabilē. Hæc. n. eſt vna de conditionib. legis. ſ. q̄ ſit obſeruabilis. Ad obſeruationē ipſius tria faciūt, imploratio diuini auxilij, conatus liberi arbitrij, euitatio mali conſortij: & ideo iſta tria ponit p ordinem. ſcđm ponitur ibi: Intrate p anguſtiam portam: tertium ibi: Attendite à falſis prophetis. Prima adhuc in duas: quia primo oſtendit quid requiritur ad hoc q̄ oratio ſit exaudibilis ex parte orationis: & ſecundo ex parte ipſius orantis ibi. Omnia ergo. Circa primum ſciendum quòd oratio eſt exaudibilis tribus concurrentibus. Primum eſt quòd ſit pia: id eſt de* Diuiſio

pertinentibus

## NIC. DE LYRA CAP. VII.

Nolite iu. *Hic Chriſtus regulat affectū hominis circa proximū & primò reſpectu mali. ſecūdo reſpū boni ibi: Nolite ſanctū dare c. Prima in duas: quia primo oſtēdit quòd proximus nō eſt temerariè iudicandus: ſcđo q̄ hō non eſt temerarie arguendus, ibi, Quid vides fr. Circa primū aduertēdū, q̄ iudiciū uno modo eſt actus iuſticię q pertinet ad iudicē ſecularē vel eccleſiaſticum, & de hoc nō loqtur hic. Alio mō accipitur iudiciū ꝓut aliquis aliq̄b. ſignis male iudicat de ꝓximo. Et quia iſtud vt in plurib. ꝓcedit ex mala affectione, q̄a qui male afficitur ad aliquem, male interpretatur facta eius, & hoc prohibet di.* Nolite

a Nolite iu. &c. *i. vt non incurratis peccatum mortale per quòd ſitis digni in iudicio condemnari. Ad intellectum huius ſciendum, quòd aliquis poteſt iudicare malum de proximo multipliciter. Vno modo ex euidentia facti, cum aliquis iudicat aliquem homicidam, quia vidit eum interficere hominem, & hoc nullum eſt peccatum. Alio modo ex ſignis euidentibus, vt ſi aliquis iudicet aliquē fornicatorem, quia vidit eum aliqua, nudum cum nuda, ſolum cum ſola, & hoc ſimiliter nullū eſt peccatum. Tertio mō ex ſigni leuib. & in hoc iudicio triplex eſt gradus. Primus eſt quādo leuibus ſignis aliquis dubitare incipit de bonitate fratris, & hoc peccatum veniale eſt, quia procedit ex humana infirmitate, & hoc nō vocatur iudicium ꝓpriè, ſed ſuſpicio. Secundus gradus eſt, quādo ex talibus ſignis firmiter tenet in animo q̄ frater ſit malus, et hoc proprie dicitur iudicium, quia iudicium importat firmam ſententiā, & hoc eſt peccatum mortale, ſi malum quod iudicat de fratre ex leuibus ſignis ſit de genere peccati mortalis. peccatum enim mortale eſt qđ contrariatur charitati. Quod autem aliquis prædicto modo iudicet fratrem, eſt contra charitatem fraternam. Tertius gradus eſt, quando ex leuibus ſignis non ſolum prædicto modo iudicat, ſed etiam procedit ad punitionem fratris ſicut de facto, & hoc eſt grauius, quia non eſt ſolum contra charitatem, ſed etiam contra iuſtitiæ æquitatem, & de talibus intelligitur verbum prædictum,* Nolite iu. &c. Quot modis aliquis de proximo male iudicat. † Luc. 6. f. 2. q. 1. c. de us. † Rom. 2. a

b In quo enim. *id eſt, ſecundum menſuram temeritatis in iudicando* malum

## CAP. VII.

Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condēnabimini. † In quo. n.

a A Deo. Alias non iudicabimini.

## MORALITER.

* l No. &c. Hilarius exponit hoc de temerario iudicio cōtra Deū, quo aliq Deū iudicāt iniuſtū, qñ vident bonos deprimi & impios exaltari. Iudicia nāq; Dei ſemp ſunt iuſta, licet nobis occulta. In euang. Matth. c. 7.

b *Quid au. ui. fe. in oc. fra. t. & c. Chriſo.* Laici peccatum modicum eſt & feſtuca quantum ad peccatum ſacerdotis qđ trabi comparatur.

g *Nolite ſanctum dare canib. neq; mi. margari. ueſt. ante porcos. Chriſoſtomus.* Quia baptiſmus & alia ſacramenta non ſunt danda niſi fidem habentibus, myſteria veritatis quæ ſunt Margaritę non ſunt dandę niſi deſiderantib. veritatem & cum humana rōne viuentib. ſi. n. porcis eas miſeris id eſt cœnoſæ vitę delectatione grauatis, nō intelligēt precioſitatem earum, ſed æſtimabunt eas ſimiles fabulis mundialibus, & eas actibus ſuis carnalibus conculcabunt. Hom. 24. ex cap. 7. in Mat. poſt princ. to. 2.

l *Petite & dabi. uo. quer. & inuen. pulſate, & ap. uo. Remigius.* Petimus orando, quærimus recte viuendo, pulſamus perſeuerando, Aut quis. In euang. Matth.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E Contra hæc ſubijcit, Petite.q.infirmus pedibus prius petat, vt ſanctur, poſt quærat vt inueniat viam quæ ad propoſitum ducat. deinde cum illuc venerit, vt aperiatur, pulſet. Sic prius eſt petitio ſanitatis, vt vires dentur aio: quibus quod præcipit implere poſſit. Viribus acceptis ſecunda eſt inquiſitio viæ. Quid enim ſunt vires per deuia euntes? Cũ autem via ad deſtinatum perduxerit, tertia eſt pulſatio, vt quod clauſum eſt poſſit aperiri: & hoc bene congruit. Cum enim beata vita actione & cognitione compleatur. actio deſiderat facilitatem virium, cognitio manifeſtationem rerum. Horum primum petitur, ſecundum quæritur. illud vt detur, hoc vt inueniatur. Sed in hoc ſecũdo prius eſt cognitio viæ quam poſſeſſionis. Et qui veram viam inueniret perueniet ad poſſeſſionem, quæ tantum pulſanti aperietur. *Aug.* Operoſe quidem quid iſta tria inter ſe differant exponendũ putaui, ſed longe melius ad inſtantiſſimam petitionem omnia referuntur. Hoc quippe oſtendit vbi eodem verbo omnia concluſit dicẽs: Quanto magis pater veſter qui in cęlis eſt, dabit bona petentibus ſe. Non enim dixit petentibus & quærentibus & pulſantibus.

*a Omnis enim &c.* Vt præbeat conſtantiam perſeuerandi, diligentiam quærendi, fiduciam impetrandi, addit: *Omnis &c.* Supra docuit quid petamus, regnum.ſ. Hic confidentiam vt nihil hęſitantes petamus. Non denegat ſe petentibus, qui ſponte obtulit ſe non petentibus: & quærentes inuenient eum qui non quærentibus dedit vt inuenirent, & pulſantibus aperiet, qui clamat Ecce ego ſto ad oſtium & pulſo.

*b Aut quis.* Explanat quid petendum ſit, & ex humana circa filios beneuolentia diligentiam patris circa nos cõmendat. Petentibus Chriſtum recta fide non datur lapis offenſionis nec duricia cordis. Ita ſi petieritis patrem veſtrum charitatem ſine qua nil ſunt cætera, vt ſine pane inops eſt menſa, cui contraria eſt cordis duricia.

*Totoſup. ei.* — † Dona — *Apoc. 3.d* — F — † Luc. 11.c

dilectione Dei. Quod ſi dixiſſet: Omnia quæcunque vultis fieri vobis facite alijs vtrunq; complexus eſſet, in quibus tota lex, propter ſalutem hominũ ſcriptũ eſt in prophetis & lege. G

*k Intrate.* Etſi difficile ſit, vt alij facias quod tibi vis fieri, tamen ſic faciendum eſt vt intremus.

[a ¶Spe. b ¶Vitam c ¶Charitate. ¶Ad oſtium. quod eſt Chriſtus, & inuento inſtate.]

quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur uobis. Omnis enim qui

[¶Non enim diffidendum.]

[a ¶Pie & perſeueranter. conſtat eum non bene petere, b ¶Qui non accipit, ¶Pie & perſeueranter.]

petit, accipit: & qui quęrit inuenit:

[a ¶Pie & perſeueranter. a ¶Oſtendit per ſimile quid ſit petendum.]

& pulſanti aperietur. Aut quis eſt ex uobis homo, quem ſi filius ſuus

[a ¶Charitatem, vel Chriſtum qui eſt panis qui de cælo deſcendit b ¶Cordis duriciam.]

petierit panem, nunquid lapidem

[a ¶Inuiſibilem fidem inter aquas ſcripturæ latitantem.]

porrigeret ei? Aut ſi piſcem petierit,

[a ¶Infidelitatem. ¶Venenum perfidiæ.]

nunquid ſerpentem porriget ei?

[¶Amatores ſæculi.]

Si ergo uos cum ſitis mali, noſtis

[¶Vilia. ¶Non ueſtra.]

bona † data dare filijs ueſtris: quanto

[¶Cuius eſt omne quod eſt.]

to magis pater ueſter, qui in cœlis

[¶In ſanctis. a ¶Æterna quæ dantur filijs tantum. ¶Spiritum ſanctum bonum.]

eſt, dabit bona petentibus ſe. † Omnia

[a ¶Quia regnum cælorum quærendum eſt & iuſticia eius, ergo &c b ¶Voluntas hic de bonis tantum dicitur.]

nia ergo quæcunque uultis ut faciant

[¶Dictante charitate.]

ciant uobis homines, & uos

[a ¶Id eſt Diliges proximum tuum ſicut teipſum. b ¶Quantum ad proximum diligendum. c ¶.i.in hac vno impletur. d ¶Spiritualiter intellecta.]

facite illis. Hæc eſt enim lex & prophetæ.

[a ¶Ad vitam. b ¶Etſi hæc dura, labores, ieiunia: tamen amantibus iugum ſuaue eſt. ¶Charitatem.]

phetæ. † Intrate per anguſtam portam:

[a ¶Quam pauci inueniunt. b ¶Sæculi voluptas c ¶Vbi nulla corporis anguſtia.]

tam: quia lata porta & ſpacioſa

*l Per angu.* Anguſta quæritur, nec ab oib. inuenitur. Nec oẽs q inueniũt per eã igrediunť, qa capti ſęculo retroeũt. Quãuis charitas ſit lata, tamen per anguſta & ardua abducit hoiem a terra. Quid anguſtius illo foramine, quod vnus ex militibus in latere Chriſti aperuit, per quas tamen anguſtas portas iam pene totus mundus intrauit.

*m Et ſpacio.* Hã etſi nõ quærant, oẽs tamẽ inueniũt, qa ĩ ea nati. Voluptas vt meretrix ĩportuna ſuis oblectamentis oẽs inuitat, & iõ multi intrãt per eam.

¶ *Quam*

## NIC. DE LYRA.

¶ *pertinentibus ad ſalutem: ſecundum eſt q ſit perſeuerans .i. non interrupta per aliquid orationi contrarium: quia non ceſſat orare, qui non ceſſat bene facere: Tertium eſt quòd oret pro ſe. quia licet aliquis pie & perſeueranter oret pro alio, tamen effectus orationis poſſet impediri propter maliciam illius pro quo oratur: ſed tribus prædictis concurrentibus ſemper exauditur: & hoc eſt quod notatur in tribus verbis hic poſitis.* Petite.*ſ.pie.*

a Quærite. *perſeueranter.*

b Pulſate & aperie. uo. *Ex quo patet, q loquitur de oratione facta pro ſe cum dicit:* Et aperietur uo. *Et quia iſtis tribus concurrentibus ſemper exauditur, ideo ſubditur:* Omnis enim qui petit *Sequitur:* † Luc. 6.c 1. diſtin. in princi. 50. d.c. ponderet. 10.q.1 c. placuit.

c Aut quis ex nob. ho. *vbi declaratur, quod dictũ eſt p exẽplũ: qa ſi hoĩes q tã proni sũt ad malũ, & iõ dicũtur mali: tñ filijs ſuis petẽtibus ab eis bona dant illis multo fortius.*

d Pater ueſter qui in cælis eſt. *qui ex natura ſua eſt bonus, per eſſentiam.* H

e. Dabit bona pe.ſe.*ſ. gratiam & gloriam.*

f Omnis ergo. *Hic oſtenditur per quid oratio eſt exaudibilis à parte orantis: Quod fit quando iuſtè viuit, faciendo alteri quod ſibi vult fieri: & hoc eſt quod dicitur:* Omnia ergo quæcunque uultis. *Omnia enim præcepta ordinantia hominem ad proximum, non ſunt niſi quædam concluſiones deriuatæ ex iſto principio: ſicut in ſpeculatiuis hoc principium. De quolibet affirmatio vel negatio ſe habet ad omnia quæ ſequuntur ex ipſo, & propter hoc ſubditur:*

g Hæc eſt enim lex & prophetæ. Intrate per ang. *Hic ponitur ſecundum, quod requiritur ad legis euangelicæ impletionem .ſ. liberi arbitrij conatus: quia lex datur de actibus virtutum, & maximè lex euangelica, quæ eſt perfectiſſima: Virtus autem eſt circa bonum & difficile: & ideo ad impletionem eius requiritur conatus hominis, & hoc deſignatur, cum dicitur:*

h Intrate per anguſtam portam. *quia lex euangelica eſt porta intrandi ad gloriam. Dicitur autem anguſta propter artitudinem virtutis quæ conſiſtit in medio, & ſecundum q dicitur ij. ethicor. Difficile eſt attingere medium: ſed facile eſt deuiare à medio: ſicut ſagittantibus difficilè eſt percutere ſignum, ſed facile eſt deuiare à ſigno. Et ſic eſt de bono virtutis: quia bonum contingit vno modo, malum autem omnifariam. Ad hoc.n. quòd actus ſit virtuoſus oportet q ſit bonus de genere, & ex omnibus circunſtantijs, quod difficile eſt concurrere: ſed actus efficitur malus ex ſingulis defectibus, qđ facile eſt cõtingere, & hęc deſignãtur cũ dicitur,* Philoſoph.

i Lata eſt porta & ſpacioſa &c. *quia multi inueniuntur defectuoſi, ſecundum quod ſcribitur. Stultorum infinitus eſt numerus.* Eccl. 1.A

¶ *& pauci*

*c Si piſcem.* Per piſcem fides quæ ſub fluentis ſpiritusſancti nutritur. Piſcem dicit inuiſibilium fidem vel propter aquam baptiſmi, vel quia de inuiſibilibus locis capitur, vel quia fluctibus huius mundi non frangitur. In euangelio Lucæ ſequitur comparatio oui & ſcorpionis. In ouo ſpes accipitur, quia in eo nondũ eſt fœtus perfectus, ſed fouendo ſperatur. In ſcorpione cuius aculeus retro timendus eſt, accipitur cõtrariũ ſpei, ſcilicet retro aſpicere, cũ ſpes ſe debeat ĩ anteriora extẽdere. Luc. 11.b

*d Si ergo uos.* Quandoquidem patres bona tribuunt filijs, ergo multo magis pater noſter qui bonus eſt incomparabiliter bona dabit petentibus ſe filijs:

*e Noſtis bona.* Secundum ſenſum eorum bona qui ea pro bonis habent, quanquam & in rerum natura bona ſunt, & ad vitam iſtam pertinentia, quæ malus non de ſuo dat, Domini.n. eſt terra &c. Vel apoſtoli mali dicuntur, quantum ad ſe reſpectu Dei qui ſolus bonus, ex quo omnes boni. Conſtat quod a Deo non niſi bona percipimus, qualiacunque nobis videãtur: Omnia enim electis in bonũ cooperantur. & omniũ bonorũ ſpiritualiũ diſtributor eſt, vt onera charitatis impleanť. Pſal. 23.

*f Dabit bona.* id eſt ſpiritumſanctum. Vel bona ſcilicet æterna, quæ non dantur niſi filijs.

*g Petentibus ſe.* Omnium bonorum ſpiritualium diſtributorem, vt opera charitatis impleantur. Vnde ſubdit:

*h Omnia ergo &c.* Quia amare amantem naturæ eſt, non amãtem vero cogi beneficiis ad amorẽ, perfectionis Chriſti eſt. Cum nos priores, vt nobis fieri velimus alijs facere iuberet, mox eundem ſenſum aſtruit dicens: *Omnia ergo quæ &c.* id eſt bona quæ vultis accipere ab alijs, eadem facite illis vt charitas proximi impleatur quæ ſine dilectione recte non poteſt perfici. Et ideo addit: *Hæc eſt lex & prophetæ.* quia nec Deus ſine proximo, nec proximus diligitur ſine Deo. Quia non ex odio vel ex inuidia iudicandus eſt proximus: ergo qua charitate velletis moneri, facite alijs.

*i Vt fa. uobis homi.* Quia addit, homines: dicit tantum de dilectione proximi. Vnde nec ſubdit, tota lex, relinquit vero de dilectione

### MORALITER.

✱ *c Aut quis ex nobis homo, quem ſi filius ſuus petierit panem, nunquid lapidem porrigeret ei? Aut ſi piſcem petierit nunquid ſerp. por. ei?* Remigius. Per panẽ, intelligiť ſpãlis doctrina: p piſcẽ, baptiſmatis vnda, p lapidẽ, ignorantia, p ſerpentem, diaboli aſtutia deſignatur. In euangel.

*f Omnia ergo quæcunque vultis, vt faciant uobis homines, & uos facite illis. Auguſtinus.* Voluntas nanque non eſt niſi in bonis. Nam in malis cupiditas dicitur proprie, non voluntas. De ſer. do. in mon. li. 2 non longe à fi. to. 4.

*g Hæc eſt enim lex & prophetæ.* Roman. tertiodecimo. c. Qui proximum diligit, legem impleuit.

*i Lata eſt porta qu.d.ad per.* i. diabolus extẽſione ſupbiæ dilatatus:

✱ *Quam anguſta*



A *a Quam.* Satis anguſtum eſt omnia prætermittere, vnum ſolum diligere, vnum quærere, ad vnum quotidie pulſare, proſpera non ambire, aduerſa non timere.

*b Et pau.* Si pauci inueniunt, pauciores eam intrare contendunt. Nemo intrat ſine labore, & ſine animi puritate.

*c At* Cũ dixiſſet arctã viã a paucis inueniri, ne forte ſui implicarenť erroribus pſeudo pphetarũ adiecit. Attẽdite. *At.* Q † ſupra latã portã dixit, falſos pphetas apertius dicit. *Attẽ.* Licet hoc de oĩb. q aliud habitu & ſermone, aliud ope oñdũt, poſſit accipi: tñ ſpãliter de hęreticis q quadã pietatis veſte tecti, venenato aio et ĩtẽtione nocẽdi lupi sũt rapaces vel exterius ſi copia dať pſequẽdo, vel interius corrũpẽdo. † Quoniã

*d Ad uos in* cõſpectu hoim ſiẽs miniſtris iuſticię dum ieiunant, orant, eleemoſinas dant: ſed nõ ſunt eorum fructus, quia pro vicio eis reputatur.

*e A fr. eo. Hiero.* Nõ a veſte, ſed ab operib qđ de manifeſtis accipiť. Qũo ab eis? qa vt ſpina nõ facit vuã: ſic bona arbor bonũ fructũ, mala malũ, & nõ ecõuerſo *A fr. e.* qa fideles opprimũt: Deũ ſi nõ verbis, factis blaſphemant. Maximè ãt p impatiẽtiã diſcernũtur in tpe aduerſitatis. Ieiunia.n. & orões ſunt ſimulatis ſicut & bonis, ſed non debent oues pelles ſuas deponere, & ſi aliquando eis lupi ſe cõtegãt. Libr. 1. in Matth. c. 7. tom. 9.

*f Nũquid.* Alleg Spinę & tribuli ſunt hſtici, a quib. nullus ſapiẽtũ ſctitatem vel veritatẽ poterit innenire: ſed conſcindunt & cruẽtant approximãtes. Vel ſpinę & tribuli curę sũt ſeculi, pũctioneſq; vitiorum. Vua & ficus, dulcedo nouę cõuerſationis quã Xps in nobis eſurijt, & feruor dilectionis, q lætificat cor hoĩs. Nõ ergo de ſpinis & tribulis vua & ficus: quia mens adhuc veteris hoĩs cõſuetudine præſſa, põt ſimulare, non ferre fructus noui hoĩs Qđ ſi aliqñ dicta vel facta malorum proſunt bonis, nõ hoc faciũt mali, ſed fit de illis cõſilio Dei: qa nõ eorũ fructus eſt ſed vitis q̃ ſuper ſpinas aliqñ exuberat. Sed carpẽdus eſt botrus, ſpina cauẽda Vitis Chriſtus. Sui palmites, qui ferunt vuas, id eſt opera ſpiritus quæ inebriant mentem. Allegor. — B — † ſup. 3.c De deci. c. c. quamuis

*g Sic.* i. ſm pdictã impoſſibilitatẽ: qa de mala radice nõ põt fructus ſuauitatis errũpere. Expectãdi ſunt boni fructus de bona arbore. Arbor bona vel mala, nõ natura, q̃ in oĩb. bona a Deo eſt creata, ſed volũtas bona vel mala. fructus, opera quę nec bona malę volũtatis pñt eſſe. nec mala bonæ volũtatis. Fructus bonæ arboris gaudiũ pax patiẽtia lõganimitas &c. quos fructus nõ niſi bona volũtas pturit. Sic ecõtrario malos mala intẽtio nutrit.

*h Nõ po.* Nõ ait: nõ põt mala arbor bona fieri, vel bona mala. qa Paulus de pſequutore factus apoſtolus, & aĩa manẽte integra natura affectu volũtatis corrũpitur, vel in melius mutatur. Volũtas vniuſcuiuſq; arbor bona vel mala. Et ſicut arbor radicatur in terra, ſic voluntas in anima. Fructus malæ arboris ſunt opera carnis. ſ fornicatio, immundicia, luxuria.

*i Omnis arbor.* Hac ſententia hypocritas & pſeudo prophetas damnat. & quod ſupra docuit de cordis mundicia, hoc exemplo cõfirmat. quod nemo de mala intentione fructum bonum percipit, nec de bona niſi bonum metit. Fructus malæ arboris

*k Igitur ex fru.* Quaſi di. A falſis prophetis attendite, & ex fructibus eos cognoſcite. Ex fructibus. Quia licet dicant: Domine Domine, non continuo ſunt credendi. Hoc autem dicũt, vt a vobis recipiantur. Vere dicere Dominus Ieſus, eſt in corde credere, ore confiteri, operibus atteſtari: nam vnum ſine altero, negare eſt.

*l Non omnis qui dicit.* Sicut cauendi ſunt qui habent ſpeciem bonæ vitæ propter dogma nequitiæ, ſic & hi econtrario, qui cum integræ fidei & doctrinæ ſint, turpiter viuunt. Vtrumq; enim neceſſe eſt, vt & opus ſermone & ſermo operibus comprobetur.

*m Qui dicit Domi. Domi.* Iter regni Dei eſt obedientia, non nominis nuncupatio. Non eſt hoc illud vere & propriæ dicere vbi prolatio diſcordat a voluntate. de quo Apoſtolus ait: Nemo poteſt dicere Dominus Ieſus niſi in ſp.ſ. C 1. Cor. 12.a

*n Multi dicent.* Maxime autem cauendum eſt ab his qui propter nomen Chrĩ etiam miracula habent, q̃ cum propter infideles Dominus fecerit, monuit tamen ne a talibus decipiamur: putantes ibi eſſe inuiſibilem ſapiẽtiam, vbi eſt viſibile miraculum. vnde adiũgit: *Multi dicent.* Quia mundo ergo & ſimplici oculo opus eſt, vt inueniatur via ſapiẽtię inter tot deceptiones. Nõ ſolum qui verbotenus nominant nõ recipiuntur, ſed etiam hi qui ſine operibus prophetant: & dæmonia eijciunt & virtutes faciunt. Sicut cauere monuit a falſis prophetis, ita ab his qui dæmonia eijciunt & virtutes faciunt. Prophetare, virtutes facere, dæmones eijcere: interdum non eſt

¶ meriti illius

[¶Errantium via.]

uia eſt, quæ ducit ad perditionẽ, &

[a ¶Non quærunt eam, quia ſponte ſe offert.]

multi ſunt qui intrant per eam.

[¶Sed. ¶In ingreſſu. ¶In progreſſu.]

† Quàm anguſta porta & arcta via

[¶Quia.]

quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt

[a ¶Et quia pauci inueniunt ergo. ¶Diligenter cauete.]

qui inueniunt eam. Attendite à falſis

[a ¶Quid ergo ab illis vbi nec ſpes, ¶Qui in humilitate ambulant ex falſa religione. ¶Vt decipiant.]

ſis prophetis qui ueniunt ad vos in

[a ¶Et ideo cauete, ne vos dilanient blanditijs & ſimulationibus.]

veſtimentis ouium, intrinſecus autem

[a ¶Quomodo illi dignoſcuntur?]

tem ſunt lupi rapaces. † A fructibus

eorum cognoſcetis eos. Nunquid

[a ¶Et ſi ſuper eas pendeant vites, non tamen de eis: quia non ſunt in vitæ.]

quid colligunt de ſpinis vuas, aut

[¶Non, ¶Vt de ſpinis non colliguntur vuæ.]

de tribulis ficus? Sic omnis arbor

[a ¶Voluntas bona. ¶Voluntas mala.]

bona fructus bonos facit, † mala autem

[a ¶Non enim aliter.]

tem arbor fructus malos facit. † Non

[a ¶Dum bona eſt. ¶Quia a radice, fructus arboris pullulat.]

poteſt arbor bona fructus malos facere.

[a ¶Dum mala eſt.]

dere. Neq; arbor mala fructus bonos

[¶Sed non impune. ¶Anima.]

nos facere. † Omnis arbor quæ non

[a ¶De numero fidelium ſeparabitur.]

facit fructum bonum, † excidetur,

[a ¶Qui paratus eſt diabolo & angelis eius. b ¶Quia mala arbor non poteſt facere fructum bonum.]

& in ignem mittetur. Igitur ex fructibus

ctibus eorũ cognoſcetis eos. † Non

[¶Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant.]

omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem patris

[a ¶Qui modo ſanctos per fidem inhabitat, perducit eos ad viſionem pacis.]

mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum. Multi dicent mihi in illa die: Domine Domine,

## NIC. DE LYRA.

¶ *& pauci valde inueniuntur virtuoſi. & hoc eſt quod ſubditur:* † De regu. iu. c. 2.

a Quam anguſta por. &c. *& patet.*

b Attendite a falſis pro. *Hic ponitur tertium, quod requiritur ad impletionem legis euangelicæ ſ. vitatio falſæ doctrinæ dicens:* Attendite. *id eſt diligenter cauete.*

c A falſis pro. *i. doctoribus hæreticis. Propheta enim vno modo idem eſt quod proloquutor: & quia venenum non propinatur niſi melle tinctum. ideo ſubditur:* † putris, marcida † Luc. 6.g

d Qui veniunt ad vos in veſti. ouium. *quia falſam doctrinam palliant apparentia virtutum Et quia non poſſunt vitari niſi cognoſcantur, & non poſſunt cognoſci ex apparentia exteriori, ideo ſubdit vnde debeãt cognoſci ſcilicet ab operibus. propter quod dicit:* A fructibus eorum cogno. &c. *Sequitur:* † excidirur & in ignẽ mittitur

e Omnis arbor &c. *Arbor bona dicitur hic homo habens voluntatem bonam: & talis vt ſic ſemper facit opus bonum. Et ſimiliter arbor mala eſt homo habens malam voluntatem. & iſte ſemper facit malum actũ. Sicut.n. ſedens inquantum ſedens non poteſt ambulare. vnde in ſenſu compoſito falſa eſt: quia ſequeretur q ſederet & ambularet ſimul: in ſenſu tamen diuiſo eſt vera quia ille qui ſedet nunc, poteſt poſtea ambulare: ſic habens bonam voluntatem, dum retinet eã non poteſt malè agere, quia ad bonitatem voluntatis requiruntur omnes circunſtantię bonæ. homo tamen habens bonam voluntatem nunc poteſt eam dimittere, & ſic malè agere. & propter hoc ſubditur:* D † Luc. 6.g · ipſe intrabit in regnum cœlorum

g Omnis arbor quæ non facit fructum bonum exci. &c. *ſcilicet in morte quando à uita præſenti ſeparabitur.*

h Et in ignem mitte. *ſ. gehennæ: & ſic apparebit fructus talis arboris. propter quod repetit:* Igitur ex fru. e. &c.

i Non omnis qui di. *Oſtenſo quid requiritur ad legis impletionem, oſtendit conſequenter q alia non ſufficiunt ſine iſtis ad ſalutem: quia inter alia illa q̃ uidẽtur magis ſufficere ad hoc eſt confeſſio fidei uel operatio miraculorum uel prophetia, uel iſta coniuncta ſimiliter, & tamen non ſufficiunt. Confeſſio.n. fidei ſine operibus non ſufficit, quia talis fides mortua eſt, ut dicitur, & hoc eſt quod dicit:* Non oĩs q di. m. Domine Dom. &c. *confitendo fidem catholicam, niſi aſſint opera. ideo ſubditur:* Iaco. 2.d

k Sed qui fa. voluntatem. *Similiter prophetia non ſufficit ad ſalutem qa aliquãdo datur malis hoĩbus, ſicut ipſi Balaã, vt patet. Et ideo dicit:* Num. 24.

l Multi dicent mihi in illa di. *ſcilicet iudicij extremi.*

¶ Nonne in no-

### MORALITER.

✱ *a Quam anguſta porta & arcta uia quæ ducit ad uitam.* hoc eſt Chriſtus humilitate conſtrictus.

*b Attẽdite à falſis pro.* Hoc exponi põt de dæmonibus in angelos lucis ſe transferentibus, vt iuſtos decipiant. ideo dicitur. Nolite credere omni ſpiritui, ſed probate ſpiritus, vtrum ex Deo ſint. 1. Ioan. 4.f

*e Omnis arbor bona &c.* hoc eſt homo radicatus in charitate.

*f Mala autem arbor &c.* hoc eſt, homo radicatus in iniquitate.

*i Non omnis qui dicit mihi Domine Domine &c.* Hoc.n. facto dicuntur hypocritæ ſanctitatem exterius ſimulantes.

*l Multi di. mi. in illa die &c.* Iſti ſunt bene docentes, & malè viuẽtes.

✱ *Omnis ergo*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

meriti illius qui operatur ſed inuocatio nominis Chriſti hoc agit ad damnationem inuocantis: vel ob vtilitatem eorum q vident vel audiunt:& licet deſpiciantur qui faciunt: Deus tamen, cuius inuocatio facit, honoratur.

a *Nunquam n. vos* Non nouit lux tenebras. i. non aſpicit: quia ſi aſpiceret tenebræ non eſſent.

b *Qui ope. in.* Non qui operati eſtis, ne tollat penitentiam: ſed qui in iudicio, licet non habeatis facultatem peccandi, tamen habetis affectum.

c *Omnis ergo. Q.* Oĩa pdicta bene tenẽda ſunt, quia qui tenet, aſſimiliabitur Chriſto: qui non tenet, diabolo.

d *Qui au.* quę in monte habita ſunt. Qđ dicit ut oſtẽdat ſermonẽ in monte habitum, omnibus præceptis: qbus Chriſtiana vita informatur eſſe perfectum,

e *Aſſimilabitur.* Quia ſicut Chriſtus de perſonis varijs vnam eccleſiã cõſtruit, erudit, tegit, in vitam dedicaturus æternam, ſic ille varijs virtutibus perpetuã manſionem ſibi ædificat, & in futura dedicatione cum Chriſto lætabitur.

f *Viro.* Illi qui dicit, vt ſapiens architectus fundamentum poſui in Chriſto.

g *Qui ædifi.* Ille ædificat in Chriſto, qui quod audit ab illo, facit.

h *Supra pet.* à qua Petrus nomen accepit pro firmitate fidei. i. ſuper ſeipſum, ædificauit eccleſiam.

i *Et de.* Tribus modis diabolus impugnat, carnis cõcupiſcẽtia, exterioribus mundi oblectamentis, vel per ſe, cum vniuerſos ventus impulſionem laxat.

k *Pluuia.* Cõcupiſcẽtia, à qua quiſq; tẽtaẽ, q ſenſũ rigorẽ fidei emollit, quæ ſi non pficit, maiora flumina eueniunt.

l *Qui audit &c.* exterius. Et ideo nõ hẽt excuſationem, ſed eſt ruina eius magna, quia monita ſalutis contempſit

m *Viro ſtulto.* de quo dicitur: Inimicus homo hoc fecit, cuius opera omnia inſtabilia ſunt, & ruinæ patent.

n *Sup a.* Qualiacũq; ſint q ſup cõcupiſcentiã vitiorũ fundãtur, non ſtabunt.

o *Et cecidit.* Omnis conſcientia quæ fixa in Deum ſpe non permanet, in tentationibus non valet ſubſiſtere. & tantò amplius agitur, quanto plus in his q mundi ſunt a ſuperioribus diſiũgitur: & vere omnes mali vel ficte boni, ingruẽte qualibet tẽtatione peiores fiũt.

p *Turbæ.* vel aliqui in turba, quia infideles, vel potius omnes de excellentia ſapientiæ.

Luc. 6. g — † aſſimilabo eum — Nũma trib. modis a diabolo impugnatur — † aſſimilabitur — Inf. 13. d — † Marc. 1. c Luc. 4. g & 4. c — † 13. q. 1. c ideo

(a Vt Balaam & Caiphas. tu prophetaſti. b Quaſi organo noſtro)
nonne in nomine tuo prophetauimus,
(a Vt in actibus apoſtolorum filij ſacerdotis exorciſtæ.)
et in nomine tuo dęmonia eiecimus,
(a Ecce non magnum eſt virtutes operari.)
& in tuo noĩe virtutes multas fecimus? & tunc cõfitebor illis:
(a Qui aliquando dicere diſſimulaui.)
(a In nullo approbaui, ſed reprobaui.)
quia nunquam noui vos. † Diſcedite à me oẽs qui opamini iniqtatẽ.
(a Quia non hos nouit: igitur eos qui mandata eius cuſtodiunt, & hoc eſt, ergo b Intelligit. c Non ſonum.)
† Oĩs ergo q audit uerbã mea hęc,
(a In futurum prouidenti.)
& facit ea, † aſſimilabitur viro ſapienti, qui ędificauit domum ſuam
(a Aurum, argentum vel lapides præcioſos. Vnam cęleſtẽ.)
(Chriſtum, a Aereæ poteſtatis impugnatio.)
ſupra petram: & deſcendit pluuia,
(a Potentum perſequutio. b Minæ, blandiciæ, vel maligni ſpiritus.)
& venerũt flumina, & flauerũt venti,
(a Hæc omnia. b Ædificium virtutum. c Alias ſuam.)
& irruerunt in domum illam, & non cecidit.
(a Quia ſtat fundata, non ſibi ſed Chriſto tribuitur.)
Fundata enim erat ſuprà petram.
(a Quæ ergo cadit, non ædificatur in Chriſto.)
† Et omnis qui audit verba mea hęc, & non facit ea,
(a Gentil. vel Iudæo vel diabolo. b Qui non prouidet.)
† ſimilis erit viro ſtulto q ædificauit
(a In ſpe terrenorum qui arenæ comparantur, propterea quia labiles & à vento ſunt cito mutabiles. Quæ eſt ſiurda.)
domũ ſuam ſup ãrenam: & deſcendit pluuia, & venerũt flumina, et flauerũt vẽti,
(Maligni ſpiritus.)
& irruerũt in domũ illã,
(a Perijt. b Ite maledicti in ignem æternum. Quia æterna.)
& cecidit, fuitq; ruina eius magna.
(a Quia nihil imperfectionis habet hic ſermo.)
† Et factũ eſt cũ cõnſummaſſet Ieſus verba hęc, admirabantur turbæ ſuper doctrina eius. † Erat. n. docens
(a Vt Dominus Moyſi addebat quæ minus erant, vel commutabat figuras in lucem.)
eos ſicut poteſtatem habens, et non
(a Qui tantum ea quæ in lege data ſunt infirmis, docuerunt.)
ſicut ſcribę eorum & phariſęi.

c Et in tuo nomine uir. mul. fe. *Ratio autem omnium prædictorũ eſt, quia ſunt gratiæ gratis datæ quæ dãtur principaliter ad utilitatem communem eccleſiæ, & non ad vtilitatem ſingularis perſonæ. & iõ aliquãdo per malos bões à Deo nobis dãtur, ſicut bona eleemoſina aliquando datur à bono Domino, mediante malo ſeruo. propter quod ſubditur:* G

d Et tunc confi. *non noticia. ſ. approbationis, ſed reprobationis. propter quod ſequitur:* Diſcedite &c. *& patet litera.*

e Oĩs ergo. *Poſtquam Saluator poſuit legis ſuæ explicationem, & oſtendit eius obſeruationis poſſibilitatem, hic conſequenter inuitat populum ad obſeruationem: quia eius auditio inutilis eſt, niſi ſequatur operis impletio & hoc eſt quod dicit:* Oĩs ergo. *id eſt bonorum operum conſtructionem.*

f Supra petram. *i. Chriſtum. Talis. n. facit opera bona de genere et recta intentione: quæ duo requiruntur ad impletionem legis euangelicæ.* Pſal. 6. e — † Luc. 13. f

g Et deſcen. pl. *i. tentatio carnalis laſciuiæ.*

h Et ve. flu. *cupiditatis & auaricie.*

i Et flauerunt ven. *vanitatis & ſuperbiæ.*

k Et irrue. in do. il. *per importunitatem tentationum.*

l Et non ce. *à ſtabilitate. ſ. virtutis. Cuius ratio ſubditur cum dicitur:* Fundata. n. erat. *& per oppoſitum.*

m Oĩs qui au. &c. ſu. are. *i. ſuper mobile fundamentum. Quod facit omnis qui intentionem ſuã ponit ſupra aliud quàm ſupra ipſum Deum: quia omnis creatura mutabilis eſt.*

n Et deſcen. plu. *patet ex pdictis. Sequitur:*

o Fuitq; ruina eius magna. *quia primò ruit in foueã culpæ & poſtea in foueã gehẽnæ quę ruina eſt magna, quia irreparabilis omnino.*

p Et factum eſt. *Hic ponitur concluſio omnium præcedentium. vbi oſtenditur eminentia doctrinæ Chriſti per hoc quòd dicitur:* † Luc. 6. g

q Admirabantur turbæ. *quia vt patet ex prædictis, docebat eminentiſſimas virtutes, & imperfectionem legis ſupplebat: & non ſolum terrena bona ſed cæleſtia promittebat. Doctrinam etiam ſuam mirabiliter confirmabat. propter quod dicitur:* H

r Erat. n. docens &c. *Sic autem non docebant Iudæorum periti. ſ. ſcribæ & phariſæi.*

## MORALITER.

※ e *Omnis ergo qui au. ver. &c.* Vir ſapiẽs eſt humilis. Vbi humilitas, ibi & ſapiẽtia. Vir aũt ſtultus eſt ſuperbus. quia ſtultus dicitur quaſi ſtatu altus. Omnis autem ſuperbus altiorem ſe reputat, quàm ſit in veritate Sapiens igitur ædificat ſupra petram .i. Chriſtum, omnia opera ſua bona faciens propter ipſum. Stultus autem ædificat ſuper arenam, quæ eſt terra mobilis. nam opera ſua facit propter gloriam humanam, quæ eſt inſtabilis. Prou. 11. a

g *Et deſcendit pluuia &c.* per quam ſignificatur tentatio carnalis laſciuiæ. Per ventos verò tentatio ſuperbiæ. per flumina uerò impetus tribulationis humanæ. per hæc autem ædificium humilis non læditur, ſed ædificium ſuperbi totaliter diſſipatur.

r *Erat enim docens & cæte.* id eſt ſuam doctrinam confirmans per opera miraculoſa. Cæteri doctores, qui non poſſunt hoc facere, doctrinam ſuam confirmare debent per opera virtuoſa.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Nonne in nomine *Similiter nec eiectio dæmonum: quia aliquando per malos homines talia fiunt ad inuocationem nominis Chriſti, ad declarationem virtutis Chriſti, licet ipſi inuocantes ſint mali. ſicut habetur Act. xix. q quidam infideles eiiciebant dæmones dicendo: Adiuro vos per Chriſtum quem Paulus pdicat. Veruntamen: quia tales indignè aſſumunt nomen Chriſti, ideo ſuper ipſos aliquando datur poteſtas dæmoni, ſicut in eodem ca. dicitur, & hoc eſt quòd dicitur:* Act. 19. c

b Et in nomine tuo dæ. *Similiter nec miraculorum operatio, quæ ſimiliter aliquando per malos ſunt ad inuocationem nominis Chriſti: nõ pp merita inuocãtiũ, ſed ad fidei Xpi cõfirmationẽ. et hoc eſt qđ dicitur:* Et

## GLOS. ORDI. CAP. VIII.

*Cum au. deſ.* Poſt deſcenſionem Dñi de monte quãtũ interuallũ fuerit antequam Capharnaum intraret, non apparet. In ipſo aũt interuallo Leproſus mundatus eſt: quod Matthæus ſuo loco dicit (Lucas vero alibi recordatus eſt) q poſt verba illa dicit Xpm intraſſe Capharnaũ, nõ tñ oñdit poſt qtũ tpis ĩteruallũ.

a *Cũ au. deſ.* Scđm Lucã & in cãpeſtri loco ſermonẽ quẽ iã forſitã ſupra habuerat eis feciſſet. *Sequutæ ſunt.* Alij pp charitatẽ, alij pp doctrinã, alij pp admirationem & curationem Myſticè autem. *Cũ au. deſ.* i. cum ſe exinaniret formam ſerui

Luc. 5. a & 7. a — Luc. 6. c — Phil. 2. a

## CAP. VIII.

a Cum autem deſcendiſſet

## NIC. DE LYRA CAP. VIII.

a Cum autem deſcendiſſet. *Lege data: hic conſequenter ponitur eius confirmatio per miracula in hoc cap. & ſequen. & eſt ſimilis proceſſus in vtroque, ſed in hoc cap. principaliter ponuntur quædam miracula ad confirmationem euangelicæ legis. In ſequenti verò ponuntur quædam miracula ad declarationem deitatis ipſius legislatoris, ibi: Et aſcendit Ieſus. in hoc ergo capitu. ſic procedit. quia primo euangeliſta deſcribit quædam miracula ad credentium vocationem. ſecundò quædam miracula ad vocatorum confirmationem, ibi: Et aſcendente eo. Prima in duas. quia primò ponitur miraculorum operatio,* ¶ *ſecundò* † Marc. 1. d Luc. 5. c



A ſerui accipiens, ſequutæ ſunt eum turbę multæ: quia qui prius in Iudæa notus erat, tũc in vniuerſa terra mirabilis factus eſt. Quod autem poſt præcepta manum extendens leproſum ſanat, ſignificat eos qui de illis præceptis implendis dubitãt, ſuo auxilio ab huiuſmodi varietate mundare. Non exprimitur certus curationis locus: vt oſtendatur non vnum populum alicuius ciuitatis, ſed omnes ſanare.

a *Adorabat eum.* priuſquam peteret, cultum diuinitatis oſtendit.

b *Si vis po* De volũtate non (quaſi pietatis incredulus) dubito: ſed quaſi meæ colluuionis conſcius non præſumo.

c *Extendens.* Poſt ſermonem, miracula facit, quibus ſermo apud auditores confirmatur.

d *Tetigit.* Non quia ſine tactu ſanare poſſet, ſed vt indicet ſe non ſubiectum eſſe legi, ſed Dominum legis, qui non timet contagium. *Teti.* propter humilitatem. vt nos doceret nullũ ſpernere pro aliqua corporis maculatione. Apparet ſupra legem (q leproſum excludit) eſſe gratiam, quæ ſanat eum, vt ait. Non veni ſoluere legem ſed adimplere &c.

e *Volo.* Eo ſanauit genere quo fuerat obſecratus. deinde imperat: *Mundare.* Ecce poteſtas.

f *Vide ne.* Taceri iuſſit, nec tamen taceri potuit. Non q aliquid voluit & non potuit ſed dat exemplum, vt ſui in magnis quæ faciunt latere velint, ſed vt p ſint alijs, prodantur inuiti. *Ne di.* Hunc tamen Marcus vbiq; hoc prędicaſſe dicit, quaſi Euangeliſta factus ſit.

g *Vade.* Mittit ad ſacerdotes propter humilitatem, vt ſacerdotibus deferat honorem quibus lex iubet mundatos munera offerre, & vt videns credant ei: vel ſi non credunt, inexcuſabiles ſint. & ne legem frangere videretur.

B h *Oſtende te ſace.* vt ſacerdos non legis ordine, ſed gratia Dei ſupra legem curatum eſſe intelligat.

i *Offer* quia legẽ nõ ſoluo, quia nondũ cępit verum ſacrificiũ.

k *In teſtimoni.* i. Domino credant ſi impietatis lepra diſcedat. *In teſti.* ſpiritualis curationis, offerendum eſt munus ſpirituale homo ipſe. Typicè. Leproſus genus humanum ſignificat plenum lepra: quod extenta manu. i. verbo Dei humanam contingente naturam, a priſci erroris varietate mundatur, vt diu abominabiles & ſequeſtrati iam queant templo reddi. Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Et ſacerdoti offerri: de quo dicitur: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech Et offerant pro emundatione corpora ſua, hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem.

l *Acceſſit ad eum centu.* Lucas rem, vt geſta eſt narrans, dicit eò miſiſſe ſeniores Iudæorũ. Sed Matthęus cã breuitatis, cũ cuius fides laudatur, cuius deſiderium & voluntas defertur, maluit prudenter dicere acceſſiſſe, quàm eos per quos mandabat. Vt mulier: quia credidit, magis dicitur tetigiſſe Chriſtum, quàm turbæ quæ comprimebant. Ita centurio quo magis credidit, eo magis acceſſit Tria dicit: iacet paralyticus, torquetur, & vt animæ ſuæ anguſtias indicet, & Dominũ ad miſericordiã cõmoueret. Et hęc ei gl'ia, q ſic rogauit pro ſeruo: In quo diſca-

· Ieſus — † 25. q. 1. c. ideo. De pe. diſ. 1. § hoc idẽ. & c. uoluiſſent — † mundus eſto — Supr. 5. b — † ſacerdotibus — † 23. d. ca. dominus — Mar. 1. d — Typice — 1. Cor. 3. d — Pſal. 109. a — R. 12. a — Luc. 7. a — Sup. 5. a

(a Quæ ad altiora aſcendere non valuerunt. Aliæ a prædictis. b Qui nec ipſe cum lepra tam alta audire poterat, ſed ſanatu. vt poſſit implere.)
Ieſus de monte, ſequutæ ſunt eũ, turbæ multæ: & ecce leproſus veniens adorabant eum, dicens: Domine, ſi uis, potes me mundare.
(a Cum humilitate poſtulat.) (a In voluntate poteſtatem tribuit.)
† Et extendens Ieſus manũ tetigit eum,
(a Qui miſericordiæ prætendit affectum, b Contra legem quam ſuperat gratia, in quo humilitas.)
(a In hoc pietas. b In hoc maieſtatis potentia.)
dicens: Volo: † mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra eius. Et
(a Quia dixit, & facta ſunt. Nihil eſt medium inter pręceptum & opus.)
(a Forma noſtra eſt, ne nos iactemus de bonis operibus. b Non erat neceſſe, vt ſermone iactaret quod corpore præferebat.)
ait illi Ieſus: Vidẽ, nemini dixeris: ſed † vade, oſtende te † ſacerdoti,
(a Diſciplina noſtri eſt vt nos oſtendamus ſacerdoti noſtro.)
(a Non debet auferri figura priuſquam veniant ſignificata.)
& offer munus quod pcepit Moyſes in teſtimoniũ illis.
(a Scilicet vt credant virtutem Dei magnam eſſe. b Hoc miraculum factum eſt ſanato leproſo continue.)
† Cum aũt introiſſet Capharnaum, acceſſit ad eum centurio, rogans eũ, & dicens:
(a Fide & deſiderio ſcilicet.)
(a Alienigena. b Per internuncios. c Nullus alius pro ſeruo.)

*et al'q ut ab eo cur arẽtur, ſicut infirmi: de qbus erat iſte de quo ſeqtur:* C

c Domine ſi uis. *ubi confitetur eius potentiam, in quo apparet huius leproſi fides & deuotio, ex quo ſequuta eſt eius curatio. unde ſubditur:* Quæſtio

d Et exten. Ie. &c. *Licet autem poſſet curare ſolo uerbo, tamen appoſuit manum quia humanitas Chriſti erat quaſi organum ſeu inſtrumentum ipſius diuinitatis. & ideo ſicut artifex mediante inſtrumento operatur, ſic virtus diuina in Chriſto per applicationem humanitatis aliqua faciebat, vt eam coniunctam diuinitati declararet. Sed quæritur hic, quare tetigit leproſum, cum hoc eſſet in lege prohibitum? Dicendum, q non erat prohibitum Leproſum tangere ei qui ex tactu ſuo poterat curare, ſicut Elias & Eliſeus non fecerunt contra legem tangendo mortuos ad reſuſcitandum, vt habetur. iij. Regum. xvij. & iiij. Regum iiij.* 3. Reg. 17. d. & 4. Re. 4. f

e Et ait. *Hic ponitur manifeſtatio, quæ facta eſt ordinatè. Scriptum. n. erat in lege Leuiti. xiiij. q mundatus à lepra non debebat reſtitui ad communem habitationem hominum, niſi prius iudicaretur mundatus per ſacerdotis iudicium: & facta oblatione Domino pro eius mundatione. Et ideo Ieſus ait illi:*

f Vide nem. dixe. *ſ. antequam ea quæ ſcripta ſunt in lege compleueris. Præcepta n. ceremonialia habuerunt curſum ſuum uſq; ad Chriſti paſſionem, vt ſupra viſum eſt. Et ideo vſq; tunc Chriſtus ea obſeruauit, vt patet in ſua circumciſione. & ea obſeruare alijs præcepit, vt patet in hoc leproſo cui dixit:*

g Vade oſtende te ſacerdo. &c. *Per hoc etiam figurabatur, quòd peccator qui per leproſum figuratur, licet ſit mundatus à lepra peccati per contritionem, tamen adhuc tenetur ſe oſtendere ſacerdoti per confeſſionem. Qualis autem erat oblatio leproſi mundati, in lege habetur Leuiti. xiiij. & ibi debet exponi.* † Luc. 7. a

i Cum autem introiſſet Capharnaum. *Hic ponitur ſecundum miraculum. ſ. curatio paralytici. Et diuiditur in duas partes: quia primò deſcribitur huius centurionis fides & deuotio. Secundò ex hoc infertur cõcluſio, ibi: Audiens Ieſus. Circa primum aduertendum, quòd iſte centurio ad cuius preces ſeruus eius curatus eſt, non erat Iudæus, ſed Gentilis, ibi poſitus à Romanis ad cuſtodiam principalis ciuitatis Galileæ ſcilicet Capharnaum quia tota illa terra erat ſubdita Romanis. propter quod Iudæi coram Pilato dixerunt: Non habemus regem niſi Cæſarem. et ideo quia Ieſus erat Iudeus, ipſe non venit ad eum in perſona propria, reputans ſe indignum ad hoc impetrandum: ſed miſit ad Ieſum principes Iudæorum, vt dicitur Luc. vij. vt per eos curationem ſerui ſui facilius impetraret. Et quia quod per amicos facimus, quodammodo per nos ipſos facimus, ideo Matthæus dicit eum veniſſe ad Ieſum, non quia in perſona propria venerit, ſed per intermedios. & ſic eſt intelligendum quod dicitur hic.* per totum. — D — Diuiſio — Euãgeliſtæ concordantur de centurionis acceſſu ad Ieſum — Luc. 7. a

k Acceſſit ad eum. *ſcilicet per amicos. Dicitur autem centurio, quia habebat centum homines in armis ſub ſe, ad cuſtodiam illius terræ, ne forte vellent contra Romanos rebellare. Iſte ergo centurio auditis Chriſti miraculis firmiter credidit, quòd poterat ſanare ſeruum eius, qui erat ei valde charus, vt dicitur Lu. vij. Ideo de eius ſanatione erat ualde ſollicitus. Ieſus autem ſciens eius fidem & deuotionem, reſpondit ei per internuncium ſcilicet: Ego veniam. Cum autem eſſet in uia, miſit centurio nuncios obuiam ei, ut dicit Lucas: dicentes ex parte eius:* ¶ Domine non — Vbi ſupra. — Ibidem.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *ſecundò quorundam ad fidem Chriſti conuerſio. ibi: Vi. Ie. turbas. Prima in tres: quia primò deſcribitur curatio leproſi, & ſecundò paralytici, ibi: Cum autem introiſſet Capharnaum, tertiò laborantis calore febrili, ibi: Et cum veniſſet Ie. Prima in duas: quia primò ponitur curatio leproſi. ſecundò miraculi manifeſtatio, ibi: Et ait ille Ie. Ad euidentiam dicendorum conſiderandum, quod duplex eſt doctrina. Quædam quæ non excedit facultatem intellectus humani: & iſta debet per rationes demonſtratiuas confirmari. Alia eſt doctrina excedens facultatem humanam: & ideo non poteſt confirmari per rationem euidentem: propter quod oportet q confirmetur per opera diuinæ uirtutis oſtenſiua: quia cũ Deus non poſſit eſſe teſtis falſitatis, ſi talia inducuntur ad confirmationem alicuius doctrinæ, ſequitur eam infallibilem ueritatem continere. Talis autem eſt doctrina euangelica: & ideo eius confirmatio facta eſt per miracula. & hoc eſt quod dicitur:* Cum autem deſcendiſſet Ieſus de monte. *in quo legem euangelicam promulgauerat.* Diuiſio

a Sequutæ ſunt eum tur. &c. *quia aliqui ſequebantur eum ex deuotione propter ſanctitatem ſuæ doctrinæ: aliqui autem ex curioſitate, ut uiderent miracula & audirent noua: aliqui vt inſidiarentur, ſicut phariſæi: & aliqui*

## MORALITER.

※ b *Ecce leproſus ueniens adorabat eum dicens.* Per iſtum leproſum qui confitebatur ſe immundum, & Chriſtum potentem ad ſe mundandum dicens: *Domine ſi uis potes me mundare.* ſignificatur peccator verè penitens, & ad Dei miſericordiam confidenter recurrens. ideo ſubditur.

d *Et extendens Ieſus manum tetigit eum dicens &c.* per quod ſignificatur, quòd talis manus diuinæ miſericordiæ protenditur eius crimina relaxando.

e *Et ait illi Ieſus: uide nemini dixeris ſed uade oſtende te ſac.* per hoc innuens, quòd eccleſiæ miniſtri non debent gloriam hominũ quęrere, ſed Dei.

h *Et offer munus &c.* nam à peccatis mundatus debet eſſe Deo valde gratus.

i *Cum autem int. ca. ac. ad eum cen. &c.* Iſte Centilis erat, in Chriſtũ tamen credebat: aliter eum pro ſanatione ſui pueri non rogaſſet. ideo per ipſum primitiæ Gentium ſignificantur credentes in Chriſtum, & laborantes ad conuerſionem aliorum, de quibus fuit Lucas euangeliſta, & Dionyſius Ariopagita. & alij plures. per hoc autem quòd Chriſtus ſubdidit.

※ Non inueni

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

In quo diſcamus ſic miſereri conſeruis.

E a *Ego veniam.* Magna humilitas q̄ ſeruum dignatur viſitare, quod fides Centurionis meruit, qui ex gentibus credit: & humilitas, quod ſe indignum iudicat cuius tectum intret, & prudentia, quod vltra carnem diuinitatem latentem videt.

Ad filium regali venire noluit, ne diuitias honorare videret. hic ſeruilem conditionem ne ſpernere videatur, mox ire conſenſit. Qui verbo curare potuit, propter humilitatem viſitare dignatur, & tamen in medio itinere verbo ſanat, ne non propter humilitatem, ſed ob impotentiam virium corporaliter ire putaretur. (†famulus)

b *Non ſum dignus.* Propter conſcientiam vitæ gentilis, magis timet grauari præſentia quàm iuuari, qa et ſi erat fide p̄ditus, nōdū tñ erat ſacramentis imbutus. Sed quod nec infirmitas noſtra præſumit, gratia dare nouit. († 33. q. 6. ca. Deco ſ. diſt. 2. quotidie)

c *Nam & e.* Si ego homo ſub alio poſſum imperare minoribus, quantò magis tu qui ſuper omnia, habens famulantes angelos, potes per eorum miſteria ſine corporis præſentia dicere infirmitati, vt recedat, & recedet, & ſanitati, & veniet. Mira fides in gētili. (constitutus)

Myſtice. Centurio, ſignificat electos ex Gentibus, quaſi centenario milite virtutum ſtipatos: qui nihil terrenum, ſed ſola æternæ ſalutis gaudia ſibi ſuiſq; quærunt. Centenarius. n. quia a læua tranſit ad dexteram, in cœleſtis vitæ ſignificationem poni conſueuit. († Luc. 7. b) Talis ergo meriti viri pro his neceſſe eſt vt ſupplicent, qui adhuc ſeruitutis ſpiritu tenētur, vt perfecta charitas foras mittat timorē. Domus autem in quam non audet eum inuitare, gentilitas eſt propter fœtorem idololatriæ: neq; n. gentibus corporalis præſentia Chriſti exhibita eſt, ſed verbum fidei miſit eis per apoſtolos, & ab infidelitate ſanauit. F Vel milites & ſerui centurionis, virtutes ſunt naturales, quarum copiam multi ad Deum venientes ſecum deferunt, vt Cornelius dicitur vir iuſtus & timens Deum. († 36. di. ecce) *Ab oriē te & occi. ueni. & re. &c.* Vel oriens, qui illuminati ſtatim tranſeunt. Occidēs, qui paſſiones vſque ad mortem tolerant. Per iſtas duas partes mundi ex qbus gentes vocandæ erāt deſignātur.

a ❡Seruus. b ❡Non in vno tantum miſerabilis quod iacet, ſed quod eſt paralyticus, & quod torquetur. hæc enim omnia cum dolore nominauit.

Domine † puer meus iacet in do-

a ❡Repentina diaboli aggreſſione.

mo paralyticus, & malè torque-

a ❡Scilicet in vtroque eum Chriſti præſens ſuit quæ iniſtantet eum.

a tur. Et ait illi Ieſus: Ego veniam & curabo eum. Et reſpondens cen-

b turio ait: † Domine, non ſum di- a

a ❡Ecce humilitas.

gnus, vt intres ſub tectum meum:

❡Magna fides, quæ Dei dicere, credit eſſe facere.

ſed tantū dic verbo, & ſanabit̄ puer b

a ❡Ecce prudentia. b ❡Scilicet habens alium Dominum.

c me9: Nā & ego hō ſum † ſub poteſta c

te conſtitutus, habens ſub me mili-

a ❡Mira fides in gentili.

tes: & dico huic vade, & vadit: & d

alio, veni, & venit: & ſeruo meo fac

a ❡Ita angeli tibi ſeruiunt. b ❡Quod ſuam intelligit maieſtatem.

hoc, & facit. Audiens autem Ieſus e

a ❡Non vt turbati animi, ſed docentis nos, quos opus eſt moueri de huiuſmodi & mirari.

miratus eſt, & ſequentibus ſe dixit: f g

† Amen dico vobis: non inueni tan- h i

a ❡Etſi a prophetis edocti. ❡Præſentis temporis, inuenit enim in antiquis. b ❡Vnde prædico vobis, quod mul. ad exemplum illius, in quo fides gentium præfiguratur.

tam fidem in Iſraël. Dico autem uo- k

❡Ex omni genere.

d bis, q̄ multi ab oriente & occidente

❡Ad fidem. b ❡Requieſcent feliciter epulaturi.

venient, & recumbent cū Abraham & Iſaac & Iacob in regno cœlorum:

❡Iudæi in quibus ante regnabat Dominus. ❡A facie domini.

e filij autem regni eijcientur in tene- l m

f bras exteriores: † Ibi erit fletus & n

g ſtridor dentium. Et dixit Ieſus cen- o p

a ❡Cuiq; ſicut credit ita fit. ❡Pro menſura fidei, quia credidit omnia poſſe, ut dicat per fidem meruiſſe.

turioni: vade, & ſicut credidiſti fi- q

a ❡Probatur fides Domini dum ſanitas ſerui ſequitur.

at tibi. Et ſanatus eſt puer † ex illa ho- († in illa)

cluſio, ſcilicet hæc: Ergo tu qui non es ſubiectus alicui poteſtati, potes præcipere infirmitati, et eam eijcere: & ſic ſolo verbo ſeruum meum curare. G

e Audi. *Hic ex dictis infertur quædam concluſio, quia ex fide huius gētilis & infidelitate Iudæorum concludit ſaluator vocationem gentium ad fidem, & reprobationem Iudæorum: & hoc eſt quod dicitur:* Aud. au. Ie. *ſ. verba Centurionis expreſſiua tantæ fidei.*

f Miratus eſt. *Sed quæritur: Quomodo in Chriſto fuit admiratio, quæ conſurgit in homine ex alicuius incogniti & inſoliti inſpectione. Chriſtus aūt ab inſtāti conceptionis plenus fuit ſcientia, nec aliquid de nouo cognouit: ideo videtur q̄ in ipſo admiratio ſecundū rē nō fuit, ſed tātū ſcdm apparentiā: quia ad mdū admirātis ſe habuit, vt dicūt aliqui. Nec ibi fuit falſitas, quia hoc fuit ad deſignandum aliquid verū ſ. fidem centurionis, & infidelitatem Iudæorum. Sed melius dicitur, q̄ fuit in ipſo verè admiratio: ad oſtēdēdū veritatē humanæ naturæ in eo. Ad cuius euidētiā ſciēdū, q̄ in Xp̄o ponitur duplex ſciētia. Vna diuina, quæ eſt æterna. & ſcdm hāc nō pōt eſſe admiratio: quia nihil cognoſcitur ab eo de nouo. Alia humana vel creata: & hæc eſt duplex. Vna, viſionis rerū in verbo, qua anima Chriſti ab inſtāti conceptionis cognouit omnia in verbo, quæ cognoſcit verbū noticia uiſionis. & hęc ſūt omnia quæ hñt eſſe ſcdm quācūq; differētiā tp̄is, cuiuſmodi ſunt præſentia, p̄terita & futura. & ſcdm hāc ſciam in Xp̄o nō fuit admiratio ſicut nec innouatio. Alia eſt ſcientia in Xp̄o qua cognoſcit res in proprio genere. & hæc eſt duplex. Vna habitualis: & in iſta nō eſt aliqua nouitas qa ab inſtāti cōceptionis fuit aīa Xp̄i pfectè repleta habitibus oīm ſciētiarū. Alia experimētalis, ſicut aliquis habēs habitū ſciā per doctrinā, poſtea experitur p intuitionē in effectu. Et iſto modo in aīa Xp̄i erat aliquid de nouo cognitū. & ſic ex inſpectione illius hoc mō incogniti prius poterat in ipſo admiratio de nouo cāri. Et ſic factū fuit in p̄poſito. Sequitur:* H (In Chriſto duplex ſciētia. †alteri⁹ poteſtati ſubditus. Quæſtio)

g Et ſequ. *i. diſcipulis ſuis:* Dixit:

h Nō in. *i. in populo Iudaico: qa licet aliq de Iudæis firmiter crederent. ſ. diſcipuli ſui, tamen principales illius populi non crediderunt, & multitudinem ob eius fide auerterunt, vt inferius patebit. Et ideo concludit ſaluator:*

i Amen. *id eſt fideliter.*

k Dico autem uob. q̄ multi &c. *qa multitudo gentilium in diuerſis partibus orbis exiſtentium per prędicationem apoſtolorum conuerſa eſt ad fidem. & ſic perceperunt gratiam & gloriam.*

l Filij autem re. *i. Iudæi: ex quibus Chriſtus natus eſt, & quibus principaliter miſſus eſt ad prædicandum eis cæleſtis regni euangelium.*

m Eijcientur in tene. exte. *quia repulerunt fidem Chriſti, & ſic remanent in peccatis ſuis obſtinati: & ſic eijciuntur ad pœnas inferni, quæ dicuntur tenebræ exteriores: quia tenebræ primæ ſunt tenebræ culpæ, aliæ autem ſunt gehennæ. Sed quæritur: quomodo ſint ibi tenebræ cum ibi ſit ignis qui de natura ſua eſt lucidus? Dicendū, q̄ ille ignis deſcribitur in medio terræ: & ideo fumoſus eſt & obſcurus. Item non lucet ad oſtendendum damnatis aliquid ad eorum conſolationem, ſed ad eorum deſolationem. ideo dicuntur ibi eſſe tenebræ exteriores. Sequitur:* (Quō in inferno tenebræ)

n Ibi erit fle. *In fletu duo ſunt. ſ. triſticia animi ex qua procedit fletus & ſecundū hoc fletus eſt in damnatis generaliter, tam in dæmonibus quam in hominibus. aliud eſt ex parte corporis. ſ. lachrymarū reſolutio, & turbatio cerebri & oculorum: & iſta non poſſunt eſſe in ſpiritibus ſeparatis, ſed poſt reſurrectionem quantum ad aliquid erunt in hominibus damnatis, quia ibi erit prædicta cerebri & oculorum turbatio: ſed erit ibi lachrymarum fluxus à capite vel reſolutio, quia ceſſante motu cæli ceſſabit omnis generatio & corruptio. Ex quo patet vlterius quòd ibi erit.*

o Stridor den. *quia non importat aliquam corruptionem, ſed tantum doloris oſtenſionem. ſequitur:*

p Et dixit Ieſus centurioni: vade, & ſicut credidiſti &c. *ſcilicet perfectè: ſic*

q Fiat tibi: *in ſanatione ſerui tui. vnde ſequitur:* Et ſa. eſt. &c.

e *Filii autem &c.* quia in hoc mundo fruuntur beneficijs Dei ſecundum illud: Pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Nunc videntur in facie Domini, ſed tunc minime. (Supra 5. g)

f *In tenebras exte.* Quia a Domino foras expellentur. i. in æternam noctem: qui a hic ſponte ceciderunt in exteriores. i. in cęcitatem mentis. Per fletum qui eſt oculorum, & ſtridorem dētium, nota veram reſurrectionem corporum. Dentes ſtridēt qui hic de edacitate gaudebant. Oculi flent, qui per concupiſcentias vagabantur. Fletus de ardore, ſtridor dentium de frigore ſolet excitari, quia ibi tranſibunt ab aquis niuium ad calorem nimium. Vel ſtridor prodit indignantis affectum, quo ſero pœnitet quod deliquit pertinaciter.

g *Fletus.* Per hoc oſtenditur magnitudo tormentorum. Per fletum, tormentum animæ: per ſtridorem dentium, corporis.

*Et cum*

## NICOLAVS DE LYRA.

❡ a Domine non ſum dignus. *Erat. n. homo gentilis, & abominabile erat Iudæis comedere & bibere cum Gentilibus, & etiam domos eorum intrare, vt habetur. Act. xi. Et forte iſte qui Gentilis erat, idola in domo ſua habebat: & ideo ex humilitate Chriſtum ab ingreſſu domus ſuæ repellebat, dicens:* Domine non ſum dignus ut intres ſub &c. *Et ex altera parte firmiter credebat, quòd abſens ſolo verbo ſeruum ſuum curare poterat: propter quod dixit:* (Act. 11. a & b.)

b Tantum dic verbo & ſanabitur puer meus. *Quod probat per hoc quod ſubditur:*

c Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus. *id eſt licet habeam aliquos ſub me qui mihi debeant obedire, tamen ſum ſubditus maiori poteſtati, videlicet præſidi & imperatori: & tamen ſubditi obediunt mihi ad nutum.*

d Et dico huic uade, & vadit &c. *Et ex hoc intelligitur ſequens concluſio,*

❡ Et cum veniſſet

## MORALITER.

✱ i *Non inueni tantam fidem in Iſrael &c.* ſignificatur deuotio gentilium ad Chriſti fidem. & obduratio Iudęorum.

✱ *Et cum*



a *Et cum ue.* Q̄ hoc ſit factum non expreſſit Matthæus, non A. n. neceſſe eſt vt poſt illud factum credatur, poſt quod narratur. Lucas & Marcus prius de hoc narrāt q̄ de leproſo: ſed nil obſtat narrādi diuerſitas, vbi eadem dīt, maxime cū idem euangeliſta eo ordine crediderit ſe debere ire, quo Deus voluit narranda recordationi eius ſuggerere.

b *Et febrici.* Febris Grece, feruor Latine dicitur: & ſi quando hæc paſſio faciat tremere, naturæ eſt humanę. (Febris)

c *Et teti.* Lucas dicit q̄ rogauerunt pro ea. Chriſtus modo rogatus, mō vltro curat oſtēdēs ſe cōtra vitiorū quoq; paſſiones, & precib. fideliū ſemp annuere, & ea nōnūq̄ q̄ ipſi in ſe non intelligūt, vel intelligenda dare, vel pie petentib. ēt non intellecta dimittere, ut Delicta quis intelligit: ab oc. m. mun. me. d. (Luc. 4. f; Pſal. 8. d)

d *Et ſur.* Naturale eſt febricitantibus incipiente ſanitate laſſeſcere, & moleſtiā ægritudinis ſentire. Sed ſanitas quæ a Dño datur hęc tota ſimul redit, et ēt eo robore cōfirmat. ut adiutorib. ſuis cōtinuo miniſtrare ſufficiat. Domus Petri, circūciſio eſt eius apoſtolatui cōmiſſa: Socrus ſynagoga, q̄ quodammodo mr̄ eſt eccleſiæ Petro cōmiſſæ. Hæc febricitabat, quia inuidiæ æſtib. laborabat pſequens eccleſiā. Cuius manū tāgit Dñs, qñ carnalia eius opa in ſpirituale vſum conuertit, & ita erecta miniſtrat in ſpū. Mora. Queq; aīa q̄ concupiſcentię carnis ſeruit, quaſi febribus ęſtuat. Sed manu miſericordiæ tacta, per continentiā laſciuiam refrenat, & ſicut ſeruierat immundicię, modo ſeruit iuſticię. († Iſa. 53. b; † In vlteriorem ripam. Moral.)

a ❡Oſtendit non ſequi ordine prædictum miraculum: quia ante ſermonem montis fuit factum.

a ra. * Et cùm ueniſſet Ieſus in domū a

Petri, uidit ſocrum eius iacentem b

b c & febricitātē, et tetigit manū eius,

d & dimiſit cā febris, & ſurrexit & c

e miniſtrabat eis. Veſpere aūt facto d

obtulerunt ei multos dæmonia hñtes, & eijciebat ſpūs uerbo, &

❡Per iram & odium.

omnes male hñtes curauit, ut ad impleret̄ qđ dictū eſt p Iſaiam prophetam, dicētē: † Ipſe infirmitates e

a ❡Non vt ſibi haberet, ſed ut a nobis auferret. b❡ A nobis ſcilicet abſtulit. ❡Quſcepit ut medicus.

noſtras accepit: & ęgrotationes no f

a Suſtinuit in cruce. b ❡Poſt ſanationem illorum.

f ſtras portauit. Videns autem Ie- g

ſus turbas multas circum ſe, iuſſit h

g diſcipulos ire † trans fretum. † Et i

a Litteræ cedentis ſeruus b ❡Hoc deſiderans quod Simō magus, voluit emere vt de miraculis lucraretur.

accedens unus ſcriba, ait illi:

h Magiſter ſequar te quocunque k

eius fuit formatum ex puriſſimis ſanguinibus virginis Marię, & ſic non habuit locum defectus vel inordinatio materiæ. Fuit etiam formatum virtute ſpiritusſancti infinita, & ideo non habuit ibi locum defectus virtutis formatiuæ. Alio modo contingunt ex defectu reginimis, ſicut febris, morbus caducus & conſimilia: vel a Deo infertur propter peccatum. Et iſta in Chriſto non poterant habere locum, in quo non potuit eſſe defectus alicuius debiti reginimis, vel peccatum. Aſſumpſit tamen iſta in perſona aliena quodammodo, in quantum miſericorditer talia curauit: & ſic euangeliſta exponit dictum prophetiæ Iſaiæ dicentis: C

e Ipſe infirmitates noſtras accepit. *ſ. quantum ad illos defectus, quos aſſumpſit in propria perſona.* (* Et reuerſus centurio in domū ſuā in illa hora inuenit filiū ſuū ſanū)

f Et ægrotationes &c. *ſ. quantum ad illos defectus humanæ naturæ, quos patienter ſupportauit, & potenter curauit: nō tamē in propria perſona aſſumpſit.*

g Videns autem Ie. tur. *Hic ex doctrina & miraculis prędictis ponitur aliquorum conuerſio ad Chriſtum. Et diuiditur in duas partes: quia primo notatur Chriſti receſſus ad deſertum locum, & ſecundo, iſtorum conuerſorum acceſſus ad Chriſtum ibi: Et accedens vnus. Circa primum aduertendum, quòd quia Chriſti actio noſtra erat informatio: ideo Chriſtus legitur a turbis receſſiſſe ad deſertum locum, vt daret prædicatorib. verbi diuini exemplū. Vna cauſa fuit ad habendum quietem poſt labores ſuos & diſcipulorum ſuorum, ut habetur Mar. vi. d. Venite ſeorſum in deſertum locum & requieſcite ibi puſillum. Erant enim qui veniebant & redibant multi, nec ſpacium manducandi habebant. Alia cauſa fuit propter orationem, oſtendens quòd prædicator verbi diuini aliquando debet vacare ſeorſum contemplationi, vt ibi hauriat in deuotione quod poſtea effundat populo in prædicatione. unde & Moyſes aliquando aſcendebat in montem ad Dominum, & aliquando deſcendebat ad populum: & hoc habetur Luce. vi. c. In diebus illis exiit in montem Ieſus ſolus orare, & erat ibi pernoctans in oratione Dei. Tertia cauſa fuit ad fugiendum populi applauſum. Ieſus autem cum cognouiſſet quia venturi eſſent vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum ſolus in montem. Iſta ergo triplici de cauſa, vel ſaltem aliqua earum dicitur hic:* Videns Ie. tur. multas circum ſe, *nimis ſ. opprimentes & applaudentes.* D (Diuiſio; Rom. 8. d; Luc. 9. g; Ioan. 6. b)

h Iuſſit diſcipulor ire trans fretum. *i. vltra mare Galilææ in locum magis ſecretum*

i Et accedens. *Hic ponitur quorundam diſcipulorum acceſſus ad Chriſtum. Quorum vnus accedebat fictè: & ideo repellitur: Secundus verè, & ideo recipitur, ibi. Alius autem de diſcipulis. Circa primum conſiderandum, quòd vnus de his qui audierant prædicationem Chriſti & viderant miracula, qui erat ſcriba. id eſt literatus, conſiderauit quòd ſi eſſet familiaris Chriſto, quòd poſſet magnam pecuniam colligere ab his qui, à Chriſto curarentur per ipſius ſuggeſtionem & introductionem. ideo voluit ſe ei coniungere, dicens:*

k Magiſter ſequar te quocūq; ieris. *Ieſus autem videns eius animū, non reſpondit ad eius uerba tantum, ſed ad ipſius animum, dicens:*

❡ Vulpes foueas.

e *Veſpere au.* Occaſus ſolis, mors eſt Chriſti, per quam plures ſanauit dæmoniacos, quam ante viuens in carne ægrotos.

f *Videns au. Ie.* Manifeſtum eſt alium eſſe diem quo iuſſit ire transfretum, nō eū q ſequit̄ illū, in quo ſocrus Petri ſanata eſt quo die Lucas Marcuſq; eū in deſertū exiiſſe affirmant. Iuſſit ire transfretū, ſignāns vt amaros ſeculi fluctus tranſeamus.

g *Et accedens.* Quod Mathæus dicit hoc factum quando iuſſit B ire transfretū: Lucas vero ambulantib. illis in uia: non eſt contrarium, quia uia ambulabant vt venirent ad fretum.

h *Magiſter.* quaſi unus ſit de plurib. Et ipſe literator erat, non ſpiritualis auditor. *Mag.* Nō dixit Domine, ſed magiſter unū de pluribus magiſtris æſtimans.

*Vulpes foueas*

## NICOLAVS DE LYRA.

❡ a Et cum ueniſ. *Hic ponitur tertium miraculum de ſanatione ſocrus Petri. & primo ponitur hoc miraculū in ſpeciali: & ſcdo ex hoc cōcluduntur multa miracula in generali ibi: Veſpere autē facto. In prima igitur parte dicit ſic:* Et cum ueniſſet Ieſus in domum Petri. *Saluator enim noſter cum corpus paſſibile ad noſtram ſalutem accepiſſet, aliquando declinabat ad loca familiarium ſibi & deuotorum ad quietem habendam poſt labores: & iſto modo venit ad domum Petri.*

b Vidit ſocrum eius iacentem & fe. &c. & ſurre. miniſtr. *Quod non potuit fieri niſi diuina virtute. Natura. n. nō operatur in inſtanti, & ideo licet a febribus virtute naturæ poſſit homo curari: non tamen ita ſubito & perfectè, quòd poſſit ſtatim opera conſueta facere. ſicut dicitur hic:* Et ſurrexit & miniſtrabat eis.

d Veſpe. autem fac. *Hic ponuntur ad confirmationem legis euangelicæ multa miracula in generali: quia audito hoc miraculo, omnes qui in eadē uilla detinebantur uarijs languoribus. ſunt Chriſto oblati, & ab eo curati, & ſic adimpleta eſt prophetia Iſa. liij. vbi dicitur ſic: Verè lāguores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Ad cuius intellectum conſiderandum, quòd Chriſtus qui venerat ad ſalutem humani generis, intantum accepit infirmitates noſtras, inquantum valebant ad opus noſtræ ſalutis. Ad hoc autem non faciunt defectus ſcientiæ & gratiæ ſed magis contrariantur: & ideo Chriſtus nō accepit defectum ignorantiæ, & fomitis inclinantis ad peccatum: quia contrariantur plenitudini ſcientiæ & gratiæ quæ fuerunt in anima Chriſti ab inſtanti conceptionis. Aliorum autem defectuum qui non repugnant ſcientiæ & gratiæ, aliqui ſunt, qui ſequuntur totam naturam humanam, & ſunt materia exercendæ virtutis: ſicut paſſibilitas, mortalitas, fames, ſitis, & ſimilia, & talia aſſumpſit Chriſtus in propria perſona, quia faciebant ad opus noſtræ redemptionis. Alij ſunt defectus qui non ſequuntur totam naturam humanam, ſed aliquam in particulari, & hos non aſſumpſit Chriſtus in propria perſona: quia huiuſmodi contingunt dupliciter. Vno modo ex debilitate virtutis formatiuę, & ex defectu materię, ſicut ſunt partus monſtruoſi: & hi non habuerunt locum in Chriſto, quia corpus eius*

## MORALITER.

✱ a *Et cum ueniſſet Ieſus in domum Simonis Petri &c.* Per ſocium Petri quæ mulier erat, ſenſualitas ſignificatur, quæ mulier ab Auguſtino vocatur. ipſa uero iacet febricitans concupiſcentiæ calore. Per Chriſtum autem qui eſt imago patris, ratio, ſecundum quam homo factus eſt ad imaginem Dei, ſignificatur. Igitur moraliter ſocrus Petri ſanatur, cum ſenſualitas per rationem ad debitum ordinem moralis virtutis reuocatur. ideo ſubditur: (lib. de ſpe. & anima. c. 38. to. 3.)

c *Et miniſtrabat eis.* quia ſenſualitas reformata virtute morali, miniſtrat & ſeruit rationi.

d *Veſpere autem facto obtulerunt ei multos dæmonia habentes & cæt.* Per quod ſignificatur quòd hora mūdi veſpertina Chriſtus venit dæmones eijcere, & infirmitates hominum curare.

g *Videns autem Ieſus tur. circum ſe. &c.* per hoc docuit prædicatorem euangelij applauſum populi declinare.

i *Et accedens unus ſcriba &c.* Iſte ſecundum literalem ſenſum ſequi Chriſtum volebat. quia per hoc habere miraculorum gratiam ſpetabat, & ea vti ad lucrum temporale, propter quod Chriſtus repulit ipſum. Ergo per eum ſignificantur quærentes intrare religionem poſſeſſiones habentium, non ex deuotione quod eſt bonum, ſed vt ex pauperibus diuites fiant, & ex contemptibilibus honorati, ideo de talibus dicitur.

✱ *Vulpes foueas*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Vul.fo.ha.* Q. Quid me pp lucra ſæculi uis ſeq.cū ita ſim pau per,ut nec hoſpitiolū qđ meū ſit,habeā: Vel,iſte miraculis cō mot⁹, pp inanē iactātiā ſeq uoluit:q̄ ſignāt aues cęli. Finxit obſeqū diſcipuli in quo vulpes: Reclinatio capitis,humilitatē ſuā ſignat,q̄ i illo ſimulatore & ſupbo locū nō hēbat. Vel vul pes hæreticos ſignāt,q nō uirtute Dei ꝯfiſi dolis ſeducere nitūtur: Aues,malignos ſpūs elatos,q i cordib. Iudaici ppli nidos & foueas. i. domicilia habent. In talibus diuinitati Chriſti non eſt locus.

*Myſtic.*

b *Filius au.ho.* Cum homines vocent eū filium Dei, ipſe ſeipſum vocat filium hominis, humilitatis cauſa.

c *Alius au.* Nota hūc vocatū eſſe a Ieſu.

d *Dom.* Ille q ingeſſit ſe,vocat eū magr̄, ut elatus phariſæus, alter q receptus eſt, Dñm vocat humiliter, ſicut publican⁹.

e *Dimitte mor.* Addit Lucas: Tu aūt uade & annuncia regnum Dei. In quo nota tur prætermittenda eſſe minora bona ꝓ maioribus. *Luc. 9. g* *Mortuum ſepelire*

f *Suos.* qui culpa exierūt,ut ipſi cum culpa uiuunt. Mortuos ſepelire,eſt peccatores in peccato fouere.

g *Et aſcen.* Qui magna fecit in terra: tranſit ad mare: vt & ibi faciat: & Dominus terræ & maris appareat.

h *Ecce motus* Non ex ſe orta eſt tempeſtas,ſed eius imperio: ut diſcipuli magis timeant & rogent: & rogantibus oſtendat potentiam.

i *Dormiebat.* Dormit in nobis Dominus.i.fides Dñi, cum negligentius agimus,& ideo tempeſtas. Si uero fides reſurgit,imperat uentis & fluctibus.

k *Suſcitaue.* Primū eſt Ieſus in tribulationib.orōnib.excitandus, ut poſt increpationem ſurgens imperet uentis & mari, & fit tranquillitas magna. *Mar. 4. d* *Luc. 8. d*

l *Modicæ fidei.* Si nouiſtis potentem in terra: cur non creditis etiā in mari? Qui parum credit,arguitur, qui nihil, contemnitur.

*Imperauit.*

(a ¶ Doloſitas latet in te profunda.)
ieris. Et dicit eis Ieſus: Vulpes fo-
(a ¶ Elatio nidum fecit cortuum.)
ueas hēnt. & uolucres cęli nidos:
(a ¶ In te locum mea humilitas. ¶ Humilitatem mortis.)
filius autem hominis nō hābet
(a ¶ Quem ad diſcipulatum uocabat, dignus in quo diuinitas quieſcat.)
ubi caput ſuū reclinet. Alius au-
(¶ Non de duodecim.)
tem de diſcipulis eius ait illi: Do
(a ¶ Non reſpuit eſſe diſcipulus,ſed expleta pietate paterni funeris uult liberior ſequi.)
minē pmitte me primum ire &
ſepelire prēm meum. Ieſus autē
(a ¶ Illi carne mortuos condant, tu autem mortuos anima reſuſcita. b ¶ Culpa, uel non credētes.)
ait illi: Seq̄re me: & dimittē mor
(¶ Natura. ¶ Carne.)
tuos ſepelire mortuos ſuos. Et aſ
(a ¶ Infirmi & ſpretores mundi.)
cendēte eo in nauiculam, ſecūti
ſūt eū diſcipuli eius: Et ecce mo-
(a ¶ Et magna uirtus liberatoris uideatur. b ¶ Tanto magis conturbat timor diſcipulos.)
tūs magn⁹ fact⁹ eſt ī māri, ita ut
(¶ Alta mergeretur. a ¶ Hic homo oſtenditur.)
nauicula operiretr̄ fluctibus: Ipſē
(a ¶ Vt apoſtolos ſuſcitare faceret. b ¶ Semp uult rogari. ¶ Adeo territi,vt nō modeſte irruerēt,& ſuſcitarēt.)
uero dormiebat. Et acceſſērunt
ad eū diſcipuli eius, & ſuſcitaue
(a ¶ Quia adhuc paruuli & infirmi.)
rūt eū, dicentes: Domine,ſalua
nos,perimus. Et dicit eis Ieſus:
†Quid timidi eſtis modicę fidei

*tates cum diſpenſatione erogare,ſed melius eſt intentione ſequendi Chriſtum totum ſimul donare, & abſolutum a ſollicitudine cum Chriſto egere.*

c Alius autem. *Hic deſcribitur conuerſio alterius ad Chriſtum, qui ueniebat uere ſed imperfectè: & ideo à Chriſto recipitur & perficitur: & hoc eſt quod dicit:* Alius autem de diſcipulis eius, *ſ. Chriſti: non quòd adhuc eſſet perfecte diſcipulus,ſed uolebat fieri.*

d Ait illi Do. *Iſte autem non petebat ut ſepeliret iam mortuum, quia hoc non fuiſſet ſibi denegatum: ſed à ſequela Chriſti impediebatur ex amore carnali ad parentes,cum quibus nolebat uſque ad eorum mortem eſſe,& tūc Chriſto inſeparabiliter adhærere. Sed quia parentes non erant in tanta neceſſitate poſiti, quòd non poſſet conuenienter eis per alios miniſtrari: ideo dicit:*

e Sequere me: & dimitte.mor. *ideſt in infidelitate manentes.*

f Sepelire mor. *Ex hoc loco patet, quòd aliquis ab ingreſſu religionis non debet retardari propter parentes affectione carnali. unde & ſupra.iiii.c. Iacobus & Iohannes leguntur ſequuti fuiſſe Chriſtum relictis retibus & patre. Propter quod Hiero. in epiſtola ad Ruſticum monachum dicit: Licet pater tuus in limine iaceat, licet mater tua ubera & pectus oſtendat,per calcatum perge patrem, per calcatam perge matrem, & ad uexillum crucis Chriſti euola. Secus autem eſſet, ſi parentes eſſent in tali neceſſitate poſiti, quòd non poſſet eis conuenienter ſine præſentia filii ſubueniri: tunc non eſſet ei licitum ingredi religionem dimiſſa neceſſitate parentum, quia hoc eſſet de alieno Deo facere ſacrificium. Ad prædictorum maiorem intelligentiam conſiderandum,quòd aliter pater tenetur prouidere filiis,& aliter filius parentibus: quia pater cum ſit principium filii,per ſe obligatur ad prouidendum filiis de doctrina & nutrimento,nō autem è conuerſo. Vnde dicitur. ii. ad Cor. xii. Nec.n. debent filij theſaurizare parentibus,ſed parentes filiis. Et ideo parentibus non licet ingredi religionem omiſſa cura filiorum omnino: ſed debent de eis curare, uel de cura competenti eis prouidere: filius autem licet non ſimpliciter teneatur habere curam patris, tenetur tamen per accidens.ſ.ſi pater ſit in caſu neceſſitatis, in quo per aliam non poſſit conuenienter ſibi ſubueniri,& ideo tali caſu ceſſante, poteſt & debet etiam contra uoluntatem parentum intrare religionem.* *Parētes ingreſſū religionis prohibentes ſpernendi ſunt, tom. 3.*

g Et aſcendente eo. *Hic ponuntur quædam miracula ad diſcipulorum confirmationem & primo in creatura corporali. ſecundo in ſpirituali, ut oſtendatur Chriſtus Dominus totius creaturæ. ſecundum ponitur ibi: Et cum ueniſſet Ieſus trans fretum. Primum miraculum fuit in ſedatione ſubitæ tempeſtatis ipſius maris per imperium ipſius Chriſti. unde dicit ſic:* Et aſcendente eo. *i. Chriſto.*

h In nauiculam. *ut iret in locum remotum propter cauſas prædictas.*

i Secuti ſunt &c. *transfretantes.ſ.cum eo.*

k Et ecce motus ma. *Hoc eſt factum uirtute diuina,ut manifeſtaretur uirtus Chriſti diſcipulis eius.*

l Ipſe vero dormiebat. *duplici de cauſa. Prima,ut ueritas humanæ naturæ in eo oſtenderetur. Secundā,ut diſcipuli in periculo poſiti ad ipſum recurrerent. ideo ſequitur:* Et acceſſerunt & ſuſcitauerunt eum dicentes. *Sequitur:* *Quare Chriſtus in nauicula dormiebat*

m Et dicit eis Ieſus: Quid timidi eſtis. *quaſi dicat non debetis timere,cum ſim præſens uobiſcum quem uidiſtis tot miracula facere.*

n Modicæ fidei? *Diſcipulos autem ſuos dicit eſſe modicæ fidei,quia ſi perfectam fidem haberent,cognoſcerent eum tantam uirtutem haben-*

¶ *tem*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Vulpes foueas habent: & uolu.cæli nidos. *i. bruta habent ſua latibula in quibus poſſint latere.*

b Filius autem ho. *i. ego ſum ita pauper quòd non habeo domicilium ubi poſſim reclinare me. q.d. ſibi: Cur uis me ſequi propter lucrum temporale? & ſic conuenienter à Chriſto repellitur. Sed quæritur hic, quare Chriſtus in paupertate uoluit uiuere? quia ſicut diuitiæ ſunt impedimenta reprobis,ita probis ſunt adiumenta uirtutis. Nihil autem faciens ad uirtutem debuit Chriſto deficere. ergo videtur quòd debuit diuitias temporales habere. Dicendum, quòd Chriſtus multis de cauſis in paupertate uixit: duæ tamen præ cæteris videntur valere. Prima cauſa, quia Chriſtus uenit ad prædicandum veritatem in mundo, ſecundum quòd ipſemet dixit. Ego in hoc natus ſum,& ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati: prædicatio autem impeditur per adminiſtrationem bonorum temporalium. propter quod Chriſtus apoſtolis ad prædicandum miſſis dixit. Nolite poſſidere aurum & argentum &c. quaſi dicat iſta impedirent vos a prædicatione & ſpiritualium adminiſtratione. Ipſi autem apoſtoli, dixerunt: Non eſt æquum nos relinquere uerbum Dei,& miniſtrare menſis. Conſiderate ergo fratres ex vobis viros boni teſtimonii ſeptem,quos conſtituamus ſuper hoc opus: nos autem orationi & miniſterio verbi inſtantes erimus. Ex quibus patet, quòd adminiſtratio temporalium impedit prædicationis officium. Et ideo, quia Chriſtus uoluit prædicatoribus euangelii debitam formam uiuendi tradere,ideo uoluit in paupertate uiuere. Secunda cauſa eſt, quia ſicut Chriſtus mortalitatem noſtram aſſumpſit,ut per eam nobis immortalitatem conferret,& ſic paupertatem noſtram uoluit aſſumere, ut per eam nobis æternas diuitias tribueret. Et hanc cauſam tangit Apoſtolus. Scitis gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti,quoniam egenus pro nobis factus eſt, ut illius inopia diuites eſſemus. Tertia autem ratio poteſt addi, ne conuerſio fidelium facta per Chriſtum poſſet aſcribi diuitiis ſeu potentiæ ſeculari. Ad argumentum dicendum, quòd aliquid bene eſt actus uirtutis ſecundum inferiorem ſtatum, quod tamen eſt impeditiuum actus uirtutis ad altiorem gradum: Sicut debitus uſus matrimonii eſt impeditiuus uirginitatis, & eodem modo adminiſtratio temporalium bene eſt impeditiua perfectę ſequelæ Chriſti, inquantum impedit actum contemplationis. Propter quod dicitur in lib. de eccleſiaſticis dogmatibus: Bonum eſt facultates*

*Quare Chriſtus voluit in paupertate viuere* — *Prima cauſa* — *Ioan. 18. g* — *Infra 10. a* — *Act. 6. a* — *Secunda cā* — *2. Cor. 8. b* — *Tertia cā.* — *D. Augu. c. 70. 3.*

## MORALITER.

✱ a *Vulpes foueas ha.* id eſt doloſi dæmones & ſuperbi habent in vobis habitaculum,ſed non Chriſtus.

c *Alius autem de diſcipulis eius ait illi: Domine permitte me &cæ.* & per hoc quod dixit ei:

e *Sequere me &c.* oſtendit quòd carnalis affectus à ſequentibus Chriſtum eſt totaliter dimittendus.

g *Et aſcen.eo in na.* Moraliter. Nauicula fluctibus operta,eſt eccleſia militans in perſequutionibus poſita. Chriſti vero dormitio eſt diuina permiſſio, vnde quando vidēt homines tribulationes iniuſtas durare,dicunt Deum dormire. qui excitatur, quando bonorum precib. pulſatur. & ſic ipſo pręcipiente fit tranquillitas magna per ceſſationem perſequutionis,vel dando patiētiam tribulatis. & hæc tranquillitas virtutis melior eſt quā tranquillitas corporalis.

✱ *Et cum ueniſſet.*



a *Imp* Cui imperatur. imperantem ſentit. Nota qꝫ oīs creatura creatorem ſentit. Quæ apud nos inſenſibilia, iſti ſunt ſenſibilia. Alle. Myſtice Mare,æſtus ſæculi. Nauicula,crux Chriſti cuius beneficio ad littus patriæ cæleſtis uenimus, in qua una Chriſtus cum ſuis paſſus eſt. Vnde poſt ait: Qui uult poſt me ue. abne. ſemet. & tollat cru. ſuā & ſeq. me. Dormit dū illi nauigant, quia illis ſeculum calcantib. & ad cælum tendētib. tpſ ſubito dñicę paſſionis aduenit: quam Mar. ēt p horam ſolis ad occaſum euntis ſignificat, dū dicit: hæc imminente nocte geſta fuiſſe. Suſcitant eum,dum uiſa morte reſurrectionem quærunt,ne eo diutius ſopito,mēs eorum pereat. Suſcitatus increpat de parua fide di. O ſtulti & tar.cor. ad credēdum nonne ſic oportuit pati Chriſtū? Vētū,id eſt diaboli ſupbiā ſtrauit. Aq̄ ſedat.i. rabiem Iudaici populi labefecit. Vel nauicula eſt pñs eccłia, in qua Chriſtus cum ſuis mare ſeculi trāſit, uētos dæmonū aquas pſequutorū cōpeſcit: uñ miremur & gratias agamus.

*Allegor.* — *Luc. 9. c* — *cap. 6. g* — *Luc. 24. d* — *Marc. 3. a* — *Luc. 8. d* — *Quid nauicula.*

b *In regionem Ger* Geraza urbs eſt Arabię iuxta montem Galaad,non longe a ſtagno Tyberiadis,in quo porci pcipitati ſunt. Geraza interpretatur colonū eiiciens,vel aduena propinquans. Hæc eſt gentilitas quæ diabolum a ſe eiecit,& quæ prius longe, modo facta eſt prope poſt reſurrectionem a Chriſto uiſitata per prædicatores. *Marc. 5. a* *Luc. 8. d*

c *Duo ha.* Marcus & Lucas dīīt vnum, qa eorū vnus fuit clarior & famoſior, pro quo dolebat maxime illa regio,et quo ſanato fama exiit latior: Sicut per unum ita per duos accipe Gentes qui de duobus filiis Noe exierunt. Monumenta animarum ſunt corpora, per quæ fœditatem corporū oſtendebāt. *Diſcrepantia euangeliſtarum.*

d *Seui.* Marcus dicit qꝫ nullus iam dæmoniacum poterat ligare. Lucas, ruptis catenis in deſerto agi, quia Gētes nullo vinculo legum poterant cohiberi,unde deterius ſæuiebant in ſe,uel in aliis. Nec patuit in eis uia prophetis & ſāctis autorib. uel per duos, Iudæos & Gentes accipe,qui non habitabant in domo.i.in conſcientia ſua nō requieſcebāt: in monumētis manebāt.i.in operib. mortuis delectabantur,nec ſinunt per uiam fidei quam impugnant,aliquem tranſire.

e *Ieſu fili Dei.* Hila. Magis ſuſpicati quam noſſe credendi ſūt. Ambro. Ieſu fili Dei tantum eis innotuit quātum uoluit: tñ uoluit quantū oportuit: non ſicut angelis, p hoc qꝫ eſt uita & lux, ſed eis terrendis p q̄dā virtutis effecta, potētiā eius timēt ad penā, ſed non nouerunt diuini conſilii diſpenſationem. Si .n. cognouiſſent, nunq̄ Dñm gloriæ crucifixiſſent. Credebāt dæmones aliquando illum Dei filium eſſe, videntes ſigna, iterum propter nimiā infirmitatē, q̄ uidebāt in eo, nō credebāt. *In euange. Mat. Commen. in ep. ad Philip. ca. 2. in principio. tom. 5.* *Rom. 1. d*

f *Ante tempus.* Sciebant.n ſibi futuram in Dei iudicio damnationem. Verba dæmonū diuerſe relata nihil habent ſcrupuli, cū ad unā ſñiam redigi, uel oīa pñt dicta intelligi. Nec qđ hic pluraliter: apud alios ſinglr: qa & ibi dr̄ qꝫ legio nominat̄: qa multa ſunt dæmonia. Marcus dicit porcos ire circa montem: Lucas in monte fuiſſe, quia de tanto grege alii in monte, alii circa montem erant, fuerunt.n. duo milia, ut Marcus ait. *Marc. 5. b* *Luc. 8. e*

g *Torquere nos.* Præſentia Chriſti tortura eſt eis. Vel torquentur dum de corporibus eiiciuntur, in quorum tortura delectabantur, ſicut præſentia Dei refectio angelorum.

h *Mitte nos.* Nota multo minus eos ſua poteſtate nocere hominibus, qui nec pecorib. poſſunt. Niſi qs more porci vixerit, diabolus in eum ptātem non accipit, niſi forte ad probandū.

i *Et ecce &c.* Dignior homo beſtiis, cum propter ſalutem duorum hominum duo milia porcorum perierint. Liberato populo Gentium increduli agunt malos ritus in abditis, cæca et profunda curioſitate ſubmerſi.

k *Paſtores autem fu.* Quia etiam quidam principes impiorum, & ſi fugiunt fidem Chriſti, tamen potentiam eius mirando nunciare non ceſſant.

*Exiit obuiam*

(¶ Hic Deus oſtenditur.)
Tūc ſurgēs imperauit uētis & mari:
(a ¶ Magna poteſtas,quia de magna tempeſtate ſit magna tranquillitas.)
& facta eſt trāquillitās magna. Por-
(a ¶ Non diſcipuli,ſed nautæ & cæteri qui erant in naui:)
ro hominēs mirati ſunt, dicentes:
(¶ Dormit ut homo,imperat ut Deus.)
Qualis eſt hic, quia uenti & mare
obediunt ei? †Et cum ueniſſet Ieſus
trās fretum in regionē Gerazenorū,
(¶ Legionem.)
occurrerunt ei duo hñtes dæmonia
exeuntes de monumētis ſęui nimis,
ita ut nemo poſſet tranſire per viam
(a ¶ Non eſt uoluntatis confeſſio, ſed neceſſitatis extorſio: quia timent eius præſentiam.)
illā. Et ēcce clamauerunt, dicentes:
(a ¶ Q. Nobiſcum nihil tibi eſt commune, ne quis ergo dicat, quod in principe dæmoniorum eiicit dæmonia.)
Quid nobis & tibi Ieſu fili Dei? Ve-
niſti huc añ tps torquere nos. † Erat
(a ¶ Significat irrationales & immundos homines.)
āt non longe ab illis grēx porcorum
(¶ In monte ſuperbiæ.)
multorū paſcēs: Dæmones aūt roga
(¶ De electis.)
bant eum dicētes. Si eiicis nos hinc,
(a ¶ In eos dominari ſine,qui in immunditia permanſerint.)
mitte nos in gregem porcorum. Et
(a ¶ Permittit,ut ſit occaſio ſalutis hominum per interfectionem porcorum.)
ait illis: Itē. At illi exeuntes abierunt
in porcos. Et ecce magno impetu
(¶ Id eſt ualde.)
abiit totus grex per præceps in ma-
re,& mortui ſunt in aquis. Paſtores
aūt fugerūt, & uenientes in ciuitatē

*re miracula. ſed magis uirtute diuina quæ per ſomnum in nullo impediebatur.*

a Tunc ſugens &c. *Ex quo patet eius diuinitas: quia miracula faciebat imperando ſicut Dominus creaturæ. vnde ſequitur:*

b Porro homines. *ex effectu virtutem diuinitatis eius cognoſcentes, ac etiam confitentes.*

c Dicentes, qualis eſt. *quaſi dicat non eſt homo purus, ſed uerus Deus.*

d Quia v. & m.o.e. *ſicut creatura creatori.*

e Et cū v. *Hic ponitur miraculū in creatura ſpūali in dæmonum eiectione. Et diuiditur in duas partes: quia primo deſcribitur, miraculi operatio, & ſecundo ipſius diuulgatio, ibi: Paſtores aūt fugerunt. Deſcribēdo miraculū Euangeliſta, primo tangit locum. Et cū ueniſſet Ieſus trans fretum in regionē &c. ideſt ultra mare Galilæę, quod alibi dicitur ſtagnum Genezareth, a quadam ciuitate ſic nominatum quæ vocatur Genezar vel Genezareth. & eſt in alio littore ex oppoſito Galilææ. Cū eſſet igitur ibi in regione Gerazenorum.* *Diuiſio*

f Occur. ei duo ho. &c. *Mar. v. dicitur qꝫ erat vnus. & Lu. viii. Dicēdū qꝫ nō eſt cōtradictio. qa ſcdm ueritatē erant duo dæmoniaci, ſed vnus erat famoſior & ſæuior altero, qa in eo erat legio dæmonū, ut ibidē dicitur, & iō de illo faciūt mētionē Marcus & Lucas: nec tamen negant quin fuerit alius cum eo, quia unitas concluditur in binario. Matthæus autem facit mentionem de vtroque. Sequitur:* †Marc. 5. b Luc. 8. e

g De mo. exe. *In talibus enim locis habitāt dæmoniaci aliquādo, ut per hoc dæmones ingerant terrorem hoīb. de aīab. defunctorum.*

h Sæui nimis. *nō quia dæmoniaci poſſint, niſi quantum permittit eis Deus, ſequitur:*

i Quid no. *Hoc dicūt magis ex coniectura quam p certitudinē: qa ille dæmon q tentauit eū in deſerto, erat acutioris ingenii, & tamen nō potuit ſcire p certitudinē, vtrum Ieſus eſſet ille qui erat promiſſus ad ſalutem mundi & deiectionem diaboli: & multo minus iſti poterant hoc ſcire per certitudinem.*

k Ven. huc ante temp. torq. nos. *Ad cuius euidentiam conſiderandum, quòd uſque ad iudicium eſt tempus meriti & demeriti hominum: & ideo ſicut ad illud tempus ſancti angeli habitant inter nos ad noſtram defenſionem, ita mali ad noſtram tentationem & impugnationem: Licet autem ſecum portent ignem ſuum, tamen reputant ſe torqueri, & affligi quando eiiciuntur ab hominibus, ne eis noceant, propter odium quod erga nos habent. Et quia ſi non poſſunt hominibus nocere in perſona, tamen appetunt eis nocere in ſubſtantia, ideo rogabant Ieſum dicentes.* Si eiicis nos hinc, mitte nos in gregem porcor.

m Et ait illis: Ite. *concedendo eis petitionem ipſorum, vt patet per ſequentem effectum.* *Quæſtio*

n At illi exeuntes abierunt in porcos. *Sed quæritur hic quare permiſit eos intrare in porcos & præcipitare eos? Dicendum, quòd forte homines illius terræ peccauerant: & ideo demeruerant iſtud damnum ſibi fieri: Vel aliter dicendum, quòd Chriſtus aliqua fecit ad ſignificādum quoddam aliud, ſicut maledixit ficui non habenti fructum ſed folia tantū, & tamen nulla rō fuit ex parte arboris: quia vt ibidem dicitur, non erat tēpus ficorum: & ideo ratio maledictionis fuit ad ſignificandum maledictionem Iudæorum: quorum fructum boni operis quærebat Chriſtus, & tamen non inuenit in eis niſi folia tantum, id eſt apparentiam bonorum operum. Sic Chriſtus permiſit dæmones intrare in porcos ad ſignificandum, quòd dæmones habitant in immundis hominibus, ſicut porcus eſt animal immundum.* *Matt. 21. b & Marc. 11. c*

o Paſtores autem fugerunt, & uenientes. *Hic ponitur miraculi diuulgatio, quia paſtores fugientes venerunt in ciuitatem, & nunciauerunt hęc omnia. Sequitur.*

✱ Et ecce tota

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *tem in dormiendo, quantā in vigilando: quia ſomnus & uigilia ſunt paſſiones ſenſitiuæ partis, ſecundum quam non competebat Chriſto facere miracula:*

## MORALITER.

✱ e *Et cum veniſſet Ieſus, trans fretum.* Per duos nimis ſæuos poſſunt intelligi Paulus & Conſtantinus ante ſuam conuerſionem, q perſequuti ſunt acriter eccleſiam, ſicut patet de Paulo. Et de Conſtantino dicitur in legenda ſancti Siluestri, Conſtantinus imperator cum multas ſtrages martyrum dediſſet &c. ſed per Chriſtum ſanati fuerunt valde manſueti. *Act. 8. a & 9. quaſi per totum.*

l *Si eiicis nos mitte nos.* Per hoc autem quòd permiſit, ſignificatur quòd homines vitam porcinam ducentes, in poteſtate dæmonum traduntur; & in infernum cum eis finaliter demerguntur.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Ex ob.* Prodeuntes, ſignant quoſdam cõſuetudine ligatos. mirari quidem & uenerari legem Chriſti, ſed nolle pati. vnde tranſire rogant. Et inuenerunt hominem (ut Lucas ait) ueſtitum, & ſana mente ſedere ad pedes Ieſu.

b *Rogabant eum.* rogant non de ſuperbia, ſed de humilitate iudicantes ſe indignos, ut Petrus fecit, et uidua de Elia. Timebant, ne deſtrueret eos põtia ſanctitatis eius, & propter peccata ſua, ſicut deſtruxerat porcos.

nunciauerunt hæc oĩa, & de his qui demonia habuerãt. Et ecce tota ciuitas exiit obuiã Ieſu: & uiſo eo rogabãt eum, vt tranſiret a finibus eorũ.

NIC. DE LYRA.

¶ a Et ecce to. ci. *ad faciẽdũ ſibi reuerẽtiã.* Et uiſo.

b Et uiſo. *reputabant enim ſe indignos tanto doctore, ſicut ſuperius eſt dictum de centurione, quòd reputabant ſe indignum tanto hoſpite. Item quia Chriſtus dimittebat eis illos curatos a dæmonibus ad eorum inſtructionem. unde Mar. v. dicitur, quòd Chriſtus noluit quòd ille qui habebat legionem ſequeretur ipſum, ſed magis prædicaret miraculum factum, & idem intelligendum eſt de alio, qui erat cum eo. Vel aliter poteſt intelligi, q. iſti Gerazeni ex peccatis ſuis timebant offendere Chriſti præſentiam, & per conſequens incurrere maiorem pœnam præcedenti, & ideo rogabant eum diſcedere.*

GLOS. ORDIN. CAP. IX.

ET aſcendens &c.

a *In ciuita.* Ne putes hãc eſſe Nazareth, quia Marcus dicit hoc eſſe factum in Capharnaũ. Sed cũ Nazareth ſit in Galilęa, in quocunq; oppido Galileæ ſit, dr̃ eſſe in ſua ciuitate. Sicut regnũ in tot ciuitatib. cõſtitutum dr̃ Romana ciuitas, ita Galilæa dicit̃ ciuitas Chriſti, in qua eſt Capharnaum quaſi metropolis.

b *Offere.* doctores ſũt, q̃ ſubleuãt & offerunt Xp̃o monendo et intercedẽdo.

c *Fidem.* Quantũ ualet apud Deum fides propria, apud quem ſic valuit aliena, ut intus & extra ſanaret hominem.

d *Confi.* Lucas dicit Homo. q. q peccaſti, Ego Deus qui dimitto. Et utrũq; dixit Ieſ⁹ q̃d vterq; euãgeliſta teſtat̃. Hũilis Dñs filiũ uocat, quẽ ſacerdotes dedignarẽt tãgere. Vel mõ dimiſſis pc̃tis ſuis fili⁹. Prius ſanat aĩa, nec gr̃as agit, q plus deſiderauit curã corporis. Ecce modus curationis prius dimittit pc̃tã tollens cãm morbi, poſt curat corpus.

e *Quid eſt.* Nota infirmitates aliqñ contingere pp pc̃tã, & iõ pri⁹ dimittũt, vt ſalus reſtituat̃. Quinq; modis infirmitates contingunt: vel ut iuſtis merita p patiẽtiam augeantur, ut Iob: uel ad cuſtodiam uirtutum, ne ſuperbia tentet, ut Paulo: vel ad corrigenda peccata, ſicut Mariç lepra. & huic paralytico: uel ad gloriam Dei, vt cęco nato & Lazaro, uel ad initium pęnę, vt Herodi, quatenus hic uideatur quid in inferno ſequatur. unde: Duplici cõtritione conteret eos Dominus. Quid eſt facilius, Sed qm̃ hoc ſpirituale non creditis, probetur ſigno uiſibili quod non minoris conſtat eſſe potentiæ, vt in filio hominis latentẽ cognoſcatis potẽtiã maieſtatis, quę põt dimittere pc̃tã ut Deus.

Tunc ait

CAP. IX.

ET aſcendens Ieſus in naiculã transfretã uit, & uenit ĩ ciuitatẽ ſuã. † Et ecce offerebãt ei paralyticũ iacẽtẽ ĩ lecto: Videns autẽ Ieſus fidem illorum dixit paralytico: Cõnfide fili, remittũtur tibi pc̃tã tua. Et ecce quidã de ſcribis dixerunt intra ſe: Hic blaſphemat. Et cum uidiſſet Ieſus cogitationes eorũ, dixit. † Vt q̃d cogitatis mala in cordibus ueſtris? Quid eſt faci-

*Interlinear:* a De terra Geraſenorum. a Non ait in Nazareth, ſed Galilæam intellige. a Animã illecebris carnis reſolutam. b In corpore ubi iacet anima. In uoluptate ſeculi. a Non uecordiam agri. a In hoc innuit ſe Deum. a Quia in propheta dicit dominus: Ego ſum qui deleo iniquitates. Cum ſi homo, quod Dei eſt arrogat ſibi. Sed Deum ſe eſſe, & occultorum cognitione, & operum uirtute iudicat. Qua poteſtate cogitationes veſtras video, & peccata poſſum dimittere.

non datur alicui ſine propria fide Ideo non videntur bene dicere qui dicunt, q. ly illorũ refertur tãtum ad offerẽtes, ita q. p p fidẽ offerẽtiũ tãtũ ſit ſanatus. *Dixit autem Ieſus.* Remittuntur ti. pc̃tã. *ad modũ boni medici, q primo remouet cauſam morbi, & tunc poſtea intendit curationi. Infirmitas autem hæc fuerat inflicta paralytico pp peccatũ, & iõ Xp̃s primo remouet cãm dicẽs:* Remittuntur. *& ex hoc inſinuat eum à paralyſi curandum, ſicut ſtatim patuit per effectum. Ad maiorem prædictorũ intelligentiam ſciendum, quòd infirmitas corporalis infligitur alicui à Deo multis de cauſis. Vno modo pp pc̃ti punitionem, ſed non pp purgationem. Et talis infirmitas eſt quoddam præambulum pœnæ gehennę: & ſic inflicta eſt Herodi, Act. xij. d. vbi dicitur, quòd percuſſit eum angelus Domini, eò quòd non dediſſet honorẽ Deo, & cõſumptus a vermibus expirauit. Eodẽ modo fuit de Pharaone, qui per flagella induratus eſt. Scd̃o modo infligitur ad peccati commiſſi purgationem, ſicut Nabuchodonoſor amentia ſeptem annorum, vt habetur Dan. iiij. Et ſimiliter Mariæ Magdalenæ vexatio dæmonum. Tertio modo non propter peccatum commiſſum, ſed ad gloriam Dei manifeſtandum, ſicut de cęco nato dicitur Ioha. ix. c. Neque hic peccauit neque parentes eius, ſcilicet vt cęcus naſceretur: ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo. Quarto propter humiliationem alicuius ne in ſuperbiam eleuetur, ſicut Paulus apoſtolus dicit de ſeipſo. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Sathanæ, qui me colaphizet. Quinto infligitur propter alicuius probationem, & patientiæ declarationem, ſicut patet de Iob. Vnde verſus. Iob probat, inclinat Paulum, ſeſe manifeſtat In cęco, purgat Mariam, punit Herodem. Et patet ſententia ex dictis.*

f Et ecce quidam de Scribis. *Hic ponitur reprehenſio negantium Chriſti diuinitatem, & primo ponitur eorum negatio, cum dicitur:* Et ecce quidam de Scri. *i. legis peritis.*

g Dixerunt in ſe. *ſ. cogitando, quia verbum intrinſecum eſt conceptus mentis.*

h Hic blaſphemat. *Blaſphemare eſt creaturæ attribuere illud quod eſt proprium Dei. Dimittere autem peccatum ſoli Deo conuenit. Per hoc ergo quòd Chriſto blaſphemiam imponebant in hoc quòd peccata dimittebat, patet, quia negabant ipſum eſſe Deum, dicentes eum eſſe purum hominem. ſed Chriſtus conſequenter eos conuenienter redarguit, oſtendens ſe eſſe Deum dupliciter. Primo quia reſpondit eorum cogitationibus, quas cognoſcere per certitudinem ſoli Deo proprium eſt, propter quod dicit:* Et cum uidiſ. Ieſus co. eo. dixit:

i Vt quid cogit. mal. *imponendo. ſ. falſo mihi blaſphemiam. Secundo hoc idem oſtendit ſanando paralyticum per imperium tanquam propria virtute: quod eſt eiuſdem poteſtatis ſicut & peccata dimittere. Licet. n. paralyſis virtute naturę aliquando poſſit curari, non tamen ſubito, nec ita perfectè vt ſtatim homo poſſit lectum, in quo iacet, portare: ſicut dicit hic. propter quod dicitur:*

k Quid eſt facilius. *q. d. æqualis poteſtatis eſt utrumq;. Ex quo concludit uirtutem ſuæ diuinitatis perfectam, dicens:*

¶ Vt autem

NIC. DE LYRA. CAP. IX.

ET aſcendens. *In c. præcedẽti poſita ſunt quædam miracula ad confirmationem euangelicæ legis, hic conſequenter declaratur uirtus ipſius legiſlatoris. Et diuiditur in tres partes: quia primo ponitur ad hoc miraculi perpetratio. ſcd̃o, credẽtium uocatio, ibi: Et cum tranſiret inde & tertio eorum confirmatio, ibi: Hæc illo loquente. Prima in duas. quia primo in operatione miraculi ad declarationem ſuæ deitatis fides credentium approbatur. & ſecundo infidelitas negantium reprobatur, ibi: Et ecce quidam de Scribis. Circa primum Euangeliſta notat loca, ubi factum eſt hoc miraculum dicens:* Et aſcendens Ieſus in na. *ut ſcilicet per nauigium de terra Gerazenorum rediret in Galilæam unde illuc iuerat, ut patet in c. præcedenti.*

b Et uenit in ci. ſuam. *ſ. in Capharnaum, quia ibi factum eſt hoc miraculum, ut Marcus dicit expreſſè. ij. c. Dicitur autem Capharnaum ciuitas Domini, non quia ibi fuerit natus vel conceptus. Sed quia erat principalis ciuitas Galileæ, propter quod centurio ibi manebat ad cuſtodiam totius terræ, vt dictum eſt c. pręcedenti. Nazareth autem ubi Chriſtus fuit nutritus & conceptus, erat quoddam oppidum vel uicus reſpectu illius: & ideo dicitur ciuitas ipſius Chriſti, ſicut Pariſius dicitur ciuitas alicuius nati in aliquo oppido iuxta Pariſius. Vel ſcd̃m alios dicitur ciuitas Domini qa in principio ſuæ p̃dicationis multa miracula ibi fecit.*

c Et ecce offerebant ei paralyticum. *Modus autem offerendi hic tacetur, ſed exprimitur Mar. ij. quia non potentes intrare ad Chriſti præſentiam propter turbam circunſtantem, de tecto domus ſubmiſerunt eum in lecto ante Ieſum: & hoc fuit magnum ſignum fidei ipſorum propter quod ſequitur:*

d Videns autem Ie. fidem il. *ſ. paralytici & offerentium. quod patet ex hoc quod ſequitur:*

e Dixit paraly. Confide fi. re. ti. pec. tua. *Licet. n. ſanitas corporalis uel aliquid huiuſmodi detur alicui propter alienam fidem, remiſſio tamen pc̃tõrũ non datur*

MORALITER.

✱ c *Et aſcendens Ieſus in.* Sequitur:

e *Et ecce offer. ei paral.* Per paralyſim q̃ priuat uſũ mẽbrorũ corpalium, ſignatur pc̃tm̃ mortale, q̃d priuat actũ meritorium. Exiſtẽs. n. in pc̃tõ mortali priuatur greſſu meritoriæ affectionis, & tactu operationis, & guſtu ſuauitatis cæleſtis & uiſu diuinæ contemplationis, & auditu diuini ſermonis, & odoratu diuinæ conſolationis. & cũ ſupuenit cõſuetudo, tũc iacet in lecto. Hunc aũt offerũt Xp̃o orantes deuote pro ipſo. & ipſe offertur, qñ ipſis in orando cõformatur. Chriſtus aũt fidẽ illorũ aſpicit, cũ p̃ces eorum exaudit, & paralyticus curatur, qñ pc̃tm̃ à Deo ſibi dimittit̃, & donat̃ ſibi gratia, p quam ad actus meritorios reſtituitur, & inde Deus glorificatur.

✱ Et cum tranſi-



a *Tunc ait para.* Ecce per remiſſionem pœnę, dimiſſionem culpæ intellige.

b *Surge.* Surgere, eſt animam à carnalibus deſiderijs abſtrahere. Lectum tollere, eſt carnem a terrenis deſiderijs ad voluntatem ſpiritus attollere. Domũ ire, eſt ad paradiſum redire, vel ad internã ſui cuſtodiã, ne iterũ peccet.

c *Tolle.* Vt quod fuit teſtimonium infirmitatis, ſit probatio ſanitatis.

d *Et ſurrexit.* Magna virtus, vbi ſine mora imperium ſalus comitatur. Vnde merito, q aderãt relictis blaſphemijs ſtupẽtes, ad laudẽ cõuertũt tantæ maieſtatis.

e *Vidit hominem.* Hic probabilius videtur, quòd prætermiſſa memoret, cum xij. elegit ante ſermonem.

f *In telonio.* Telonos Grece, Latine vectigal. Matthæus Hebraicè, donatus, q uñ munus, gr̃e accepit: Leui, addit⁹ vel aſſũptus, qa diuina electio eum aſſumpſit, & numero apoſtolorum addidit.

g *Matthæum.* Ceteri euãgeliſtę pp verecundiã nõ appellãt eum vulgato noie, ſed Leui. Binomins enim fuit. Ipſe aũt publicanum ſe nominat, ne quis a ſalute deſperet. Vocationem ſuam prætermiſſam hic videtur recordari, quia Lucas dicit xij. apoſtolos in monte fuiſſe electos ubi ſermo ſupradictus fuit.

h *Surgẽs. Be.* Lucas plenius dicit, relictis omnib. ſequutus eſt eũ tã corpore q̃ mẽte. Nõ leuitate ductus, ſed veritate operũ, & diuina potentia intus operãte tractus Perfecta obediẽtia, & p̃fecta abrenunciatio. & lucra reliquit, nec periculum a principibus timuit, quia rationes vectigalium imperfectas reliquit, cupidus ſequendi Chriſtum.

i *In do.* Nõ dicit cuius ſed Lucas exprimit: qui fecit ei conuiuiũ magnũ Leui in domo ſua Q. l cõgruit. Qui eñ Chriſtũ intus recipit, paſcit̃ multis delectationibus. Itaq; dñs ingredit̃ & in eius recũbit affectu. Ec e magna hũmilitas Dñi eundo ad pc̃tõres. Etiam potentia doctrinę cõuerſione pœnitẽtiũ oſtendit̃.

k *Ecce mul. pu.* Bonum præſagiũ: iã eius exẽplo multi cõuertunt̃. Iã poſt ſe multos trahit, apoſtolus & doctor gentium futurus Hiero. *Pu. & pec.* Tertullianus dicit hos fuiſſe ethnicos, dicente ſcriptura: Non erit vectigal pendens ex Iſrael. q. Matthæus non fuiſſet Iudæus, & ille qui cum Phariſæo templum aſcendit, quod non faceret Gentilis. Et Lucas ait: Omnis populus audiens, & Publicani iuſtificauerũt Deum baptiſmo Iohãnis baptizati. Dominus autem qui uenit ad oues domus Iſrael, qui dixit: Non eſt bonũ ſumere panem fi. & mit. ca. non conuiuatur cũ ethnicis, cum id maxime caueret, ne legem ſoluere videretur qui & diſcipulis præcepit. In viam gentium ne abieritis.

l *Peccatores ve. di.* Pœnitentes, exemplo Matthæi veniam ſperantes vnde Marcus dicit hic, quia multi ſequebantur eum.

m *Quare cum Pu.* Omnis quæſtio ex lege, quæ eſt iuſticiæ tenax, miſericordiam non habet. Omnes enim declinauerunt. Sed eius auſteritatem miſſus filius euangelii gratia temperauit. Prouocat ergo ad pœnitentiam peccatores, cuius cibus & potus & ambulatio, & omnia quæ geſſit, ſaluti ſeruiunt.

n *At Ieſus audiens ait.* Et ſuſceptos pœnitentes amplius in fide confortat, & ſuperbos ad humilitatis & pietatis gratiam prouocat.

o *Non eſt op. va. medicus, ſed male habentibus.* Medicus eſt Chriſtus. Valẽtes, qui ignorantes Dei iuſticiã ſuam volunt aſtruere Male habentes, qui conſcientia victi nõ ex lege, ſed ex gratia quærunt iuſtificari. Per Matthæi & Publicanorum vocationem fides gentium exprimitur, q prius lucris mundi inhiabant, & nunc ſpiritualiter cum Dño reficiuntur. Per ſuperbiã Phariſęorum inuidia Iudæorum de ſalute gentium. Hi enim de ieiunio gloriantur, dum Publicani cum Domino conuiuantur, quia qui legem ſequuntur, famem cordis patiuntur: ſed qui Dei verbum recipiunt, eſurire non poſſunt.

p *Euntes.* Tumẽtibus de falſa iuſticia cõſiliũ correctionis dat, vt i. p opa miſericordiæ miſericordiã quærãt, & nõ contẽptis

pauperum

lius dicere: dimittuntur tibi peccata tua, an dicere, ſurgẽ & ambula? Vt autem ſciatis, quoniam filius hominis habet poteſtatem dimittendi peccata in terra, tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum & vade in domum tuam, Et ſurrexit, & abijt in domum ſuam: Videntes autem turbę † timuerũt, & glorificauerũt deum, qui dedit poteſtatem talẽ hominibus. Et cum tranſiret inde Ieſus, uidit hominẽ ſedentem in telonio Matthæum nomine: & ait illi: Sequere me. Et ſurgẽs ſequutus eſt eũ. Et factum eſt diſcumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis eius. Et uidentes Phariſæi dicebant diſcipulis eius: † Quare cum Publicanis & peccatoribus manducat magiſter veſter? At Ieſus audiens, ait: † Non eſt opus valentibus medicus, ſed male habentibus. Eun-

*Interlinear:* Quod ſolus Deus nouit. a Quod ipſi viderent. a Quia idem eſt filius hominis & Deus. a Non ad blaſphemantes, ſed ad diſcipulos: & ſunt verba Matthæi vel Chriſti. Poſitus. Vt maius miraculum ſit. Ne Chriſtiana fide curatus moreris in pfidia Iudęorũ. a Iam quodammodo credentes. b Id eſt hominem tam potenter operantem inter homines. a De Galilæa. b Non tam corporeo quam interentis intuitu. a Pertinaciter lucris inhiantem. a Amodo. b Non lucra. Eius Matthæi. a Qui publica vectigalia exigunt, & conducunt, & qui lucra ſecuis per negocia ſectantur. Vt ab eo ſpiritualiter paſcerentur. a Dupliciter errabant: quia & ſe iuſtos putabant cum ſint ſuperbi, & illos reos, cum iam pœniteant. Quos lex damnat. a Q. Vos declino, quia non egere vos putatis. b Qui gratiam non quærunt. a Hos inuo, quia pęnitendo dant locum gratiæ ſed ſi ſanari vultis, Eun. &c. b A temeritate vituperationis.

¶ a Vt autem ſcia. quoniam filius hominis habet poteſtatem in terra. *vt Deus, non vt homo purus.*

b Tũc ait. *Sicut enim per literam habentem ſigillum declaratur voluntas ipſius ſcribentis, ſic per ſignum, quod eſt virtutis diuinæ manifeſtatiuum, oſtenditur diuina virtus. Alij autem ſancti qui fecerunt miracula, faciebant hæc implorando diuinam virtutem, non imperando: & ſi aliquando in talibus imperabant, hoc non erat in virtute propria. ſed exprimẽdo virtutẽ Chriſti, tanq̃ miniſtri nõ Domini, ſic aliquãdo imperabãt dæmonibus, vt recederent ab obſeſſis corporibus in nomine Chriſti & autoritate eius.*

c Videntes. *Hic cõſequẽter ponitur huius miraculi effectus quia turbę hoc videntes timuerunt imponere ſibi blaſphemiam.*

d Ergl. *i. ipſũ Chriſtũ q eſt virtus Dei patris.*

e Hominibus. *ad eorum ſcilicet ſalutem.*

f Et cum. *hic ponitur credentium vocatio. & primo circa eorum vocationem deſcribitur condeſcenſio ad peccatores, ſecundo ponitur eius reprehenſio contra murmurantes, ibi: Et videntes Phariſæi. Circa primum aduertendum, q. vocatio Matthæi, & iſtud conuiuium fuit ante curationem paralytici, de quo dictũ eſt: ſed hic ponitur per recapitulationem. Vel ſecundum alios vocatio eius fuit ante & conuiuium eius de quo hic ſcribitur fuit poſt: & vt conuenientius deſcribatur conuiuium, eius vocatio repetitur. Dicit ergo euangeliſta,* Et cum tranſiret inde Ieſus vidit ho. ſeden. *in quo ſolebant campſores ſedere, quod quidem negocium vix aut nunquam exerceri ſine peccato poſt, ut dicit Grego.*

g Et ait illi ſeque. me. *Matthæũ aũt talibus occupatũ vocauit, vt de gratia Dei nullus deſperet quãtũcunq; fuerit in vilibus occupatus.*

h Et ſurgens &c. *ſine aliqua dilatione, quia ſicut poterat mouere aurem exterius verbo, ita etiam interius mentem inſpirando, Sicut enim paſſioni propinquus illos qui ad capiendum ipſum venerant, ſolo verbo proſtrauit. d. Ego ſum, vt habetur Iohã. xviij. a. ita ſolo verbo poterat quoſcunq; ad ſe trahere: & in hoc apparebat virtus diuinitatis in eo.*

i Et factum eſt. in do. *ſ. Matthæi.*

k Ecce mul. pu. *Fuerant enim ſocij Matthęi, & ideo recedens ab eis & volens ſequi Chriſtum, fecit eis conuiuium, ſicut de Eliſæo legitur, p vocatus ab Elia, vt eũ ſequeretur mactauit par boum, & dedit ſocijs ſuis comedere: & ſic ſequutus eſt Eliam magiſtrum ſuum: & hoc modo faciunt qui recedentes a ſocijs faciunt prius eis cautum ſuũ, vel ſecũdũ alios burdonẽ.*

l Et uidentes &c. *Hic ponitur reprehenſio contra iniuſtè murmurantes de prædictis, & primò contra Phariſæos, ſecundo, contra Iohãnis diſcipulos, ibi: Tunc acceſſerunt. Circa primum ſciendum, quòd Phariſæi in populo Iudæorum reputabantur religioſi, vnde etiam in habitu ab alijs quodammodo diſtincti erant, vt videbitur inferius. Videntes igitur Chriſtum cum Publicanis & peccatoribus mãducare, indigne ferebant & murmurabant dicentes diſcipulis eius.*

m Quare cum publicanis &c. *q. d. vos eſtis fatui, & qui talem magiſtrum ſequimini.*

n At Ieſus audiens &c. *Reſpondit eis primo per rationem, quia ſenſibiliter videmus, quòd medicus familiarius ſe debet habere ad infirmum, qui eo indiget, quàm ad ſanum. Cum ergo Chriſtus ſit verus medicus animarum, vt dicitur in Pſalmis: Miſit verbum ſuum & ſanauit eos. ideo familiariter ſe debuit habere ad peccatores, qui ſunt infirmi infirmitate ſpirituali. Secundo reſpondet per autoritatem quæ habetur Oſee. vi.*

o Euntes autem diſcite &c. *q. d. ite & diligentes conſiderate illud quod ſcribitur Oſee. vi.*

¶ Quid eſt

MORALITER.

✱ f *Et cum tranſiret inde Ieſus, vidit hominem ſedentem in &c.* Vocatio Matthæi ad apoſtolatum, ſignificat vocationem hominis ſecularis ad religionis ſtatum. Phariſæi vero murmurantes ſunt homines maligni, religionis ſtatui detrahentes, quibus bene dicitur.

o *Euntes autem diſcite quid eſt, mi.* Opus enim magnæ miſericordię eſt peccatores ad pœnitentiam inducere, ad religionis habitum aſſumendo.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E pauperũ curis p ſacrificia Deum placare cõfidãt. Vñ & ſuum miſericordię exemplum dat. Non enim. Vnde tres parabolę adduntur apud Lucam de Oue, & Drachma, & duobus filijs.

Luc. 15. a / Luc. 5. f

*a Non e.ve.vo.iu* Nonne Nathanael & Petrũ & Andreã & alios iuſtos vocauit? Lucas apertius dicit: Non enĩ veni vocare iuſtos, ſed pec in pęnitentiã. Vocat ergo iuſtos ire, ut magis proficiãt: peccatores, vt corrigantur. Vel nõ vocat iuſtos, dũ iuſticiæ Dei nõ ſunt ſubiecti: ſed q peccata confitent. *Non e.ve.vo.* Lucas expreſſius dicit, in pniam: quia quos opibus iuſticię deditos inuenit, vt Nathanael, & Petrũ & Andreã, nõ ad pniam ꝑteritorum inuitat, ſed ad ꝑfectum vitę perfectioris vocat: illos vero ad pniam q peccatis grauiorib. inuoluti erant. Vel non eos vocat qui iuſtos ſe reputant, quia & hi ſi conuertuntur, iam non iuſti ſibi videntur.

* ad pœnitentiam

† Mat. 8. c

*b Diſcipuli.* Iohannes, Marcus & Lucas ita hoc narrant. q. alij aliq de hoc queſierint. Vñ ſciendũ hoc a pluribus eſſe quæſitũ. Tribus de cãis reꝑhẽdendi ſunt diſcipuli Iohannis, qa de ieiunio ſe iactãt, & qa calumniant quem ſciebant a mgr̃o eẽ ꝑdicatũ: & iũguntur Phariſæis quos mgr̃ eorũ cõdemnauerat. Spũaliter diſcipli Iohãnis & Phariſæorum ieiunãt, qa q opa legis vel traditionẽ hoĩm ſequit, vel q etiã vocẽ Chriſti tñ aure ꝑcipit, abſtinẽs a bonis, ieiuno corde tabeſcit. Sed q Chriſto adhæret, reficit. Iohãnes vinũ & ſicerã nõ bibit, qa abſtinentia meritũ auget, cui nulla eſt potẽtia naturæ. Dñs aũt q pctã ꝑt cõdonare, cur a pctõribus declinaret, quos abſtinentibus poterat facere iuſtiores? Ieiunauit & Chriſtus, ne præceptũ declines. Manducat cum peccatoribus, vt gratiam & poteſtatem intelligas.

Diſcipuli Iohannis tripli ci ratione reprehendendi ſunt

Luc. 1. b

† aſſamentum

† impexi, impoliti

† plenitudo, ſupplementum

F *c Num.poſ.* Q. Facturi eſtis, vt lugentes ieiunẽt, qa eſtis ſpõſum occiſuri. *Num poſ.* De vtroq; luctu vel ieiunio, qđ eſt in tribulatione vel gaudio rñdet. Cũ ablatus erit ſpõſus, tũc erunt in mœrore & luctu, donec p ſpiritum ſanctum conſolatio tribuatur. Quo dono percepto, ieiuniũ, qđ fit per lætitiam iam renouati in vitam ſpiritualem, celebrabunt: nec ſolum a cibis, ſed ab omnibus terrenis.

*d Lugere.* Hoc verbo exprimit illud ieiuniũ qđ pertinet ad humilitatem tribulationis, illud alterũ qđ pertinet ad gaudium mentis ad ſpũalia ſuſpenſæ, & iõ a cibis corporeis alienatę. ſequentibus ſĩilitudinibus de pãno nouo & vino nouo ſignat, oſtendens, ꝙ carnalibus, & ob hoc veterẽ ſenſum adhuc trahentibus hoc genus ieiunij non congruat, qa dum ita carnales ſunt, perfectionem nouæ vitæ habere non poſſunt. Quod hic ait lugere, Marcus & Lucas dicunt ieiunare. vnde & ipſe: Poſtea ieiunabunt, non lugebunt.

*e Et tunc ie. &c.* Luctus de abſentia ſponſi nec ante incarnationẽ defuit in patribus, nec poſt paſſionẽ, niſi q̃diu in carne cũ diſcipulis cõuerſatus eſt. Allego. Quãdiu nobiſcum eſt lætamur, cum ꝑꝑ peccata recedit, tũc indicẽdus eſt ieiunij luctus.

Allegor.

*f Ieiunabunt.* A mundi amore, non ſolum à cibis. Spirituale enim ieiunium cum ſit pars uitæ nouæ, nondum eis conuenit qui per alia dediti ſunt veteri vitæ.

*g Nemo au.* q. carnales nondum fide paſſionis & reſurrectionis ſolidati, non poſſunt ſeueriora cõtinentiæ præcepta ſuſtinere, ne per auſteritatem ẽt fidem perdant. Sunt ergo diſcipuli quaſi vetus veſtis cui inconuenienter nouus pannus aſſuit. i. aliqua pars doctrinæ quæ ad nouę vitæ temperantiam pertinet: quia ſi hoc fiat, ipſa doctrina quodammodo ſcinditur, cuius pars de ieiunio ciborũ importune tradit, cũ illa doceat generale ieiuniũ ab oĩbus voluptatib⁹, cui⁹ pãnũ. i. partẽ q̃ ad cibos ꝑtinet, dt nõ oportere hoĩb⁹ adhuc veteri vſui deditis imꝑtiri, qa & illinc vr̃. q. cõciſio fieri, & ipſi vetuſtati nõ cõuenit.

*h Tollit e.* i. perfectio nouæ vitæ, quę vna eſt, diuiditur, & veteri fides, quam habet, aufertur, cui perfectio nouæ debebatur.

*i Neque mit.* Eoſdem diſcipulos veteribus vtribus comparat, quos nouo vino. i. ſpũalibus præceptis facilius dirumpi, q̃ id poſſe continere dicit. Sed poſt aſcenſionem accepto ſpiritu facti ſunt vtres noui. Aliter: Vtres veteres ſunt Scribæ & Phariſæi. Pãnus nouus, & vinum nouum, præcepta euãgelii. quæ non pñt ſuſtinere Iudæi, ne maior fiat ſciſſura, cũ qbus Galathæ præcepta legis miſcebant, in vtres veteres vinũ nouũ mittentes.

G tẽtes. Cõueniunt aũt hæc præcepta euãgelica apoſtolis, non his, qui traditionibus maiorum deprauati ſinceritatem præceptorum Chriſti nequeunt cuſtodire. Diſtat inter nouũ vinum, & veſtimentum. Vino intus reficimur, veſte foris tegimur. Veſtis ergo ſunt bona opera, quæ foris agimus, quibus coram hominibus lucemus. Vinum, feruor fidei, ſpei & charitatis, quo in conſpectu Dei in nouitate ſenſus intus reformamur. † Oſee 6. c

a ¶ Diligentibus ſcripturas inquirite. b ¶ Teſtimonium de propheta.

tes autem diſcite, quid eſt, † miſericordiam volo, & non ſacrificium. a

a ¶ Sine miſericordia. ¶ Sine compaſſione delinquentium.

a ¶ Miſericordiam ſequimini ſicut ego. b ¶ Falſo ſe iuſtificantes, dum in hoc ſunt.

a Non enim ueni uocare iuſtos, ſed b c

a ¶ Peccata attendentes.

peccatores. * Tunc acceſſerunt ad d cum diſcipuli Iohannis dicentes:

a ¶ Superba interrogatio, & plena de ſupercilio Phariſęorum.

† Quare nos & Phariſęi ieiunamus f

b frequenter, diſcipuli autem tui non e

a ¶ Auferet ieiunium triſticiæ a diſcipulis propter præſentiam ſuam.

c ieiunant? Et ait illis Ieſus: Nunquid g h

a ¶ i. Domini. ¶ Apoſtoli. ¶ Quos de eccleſia genuit. b ¶ Chriſti. c ¶ Ieiunio affligi dum eos oportet de ſponſi præſentia gratulari. Spirituali enim ieiunio nondum ſunt apti, donec me aſſumpto ſpiritu ſancto ſint confirmati.

d poſſunt filij † ſponſi lugere, quamdiu cum illis eſt ſponſus. Venient i

a ¶ Tempore paſſionis.

autem dies, cum auferetur ab eis

¶ Non ſolum a cibis.

e f g ſponſus, & tunc ieiunabunt. Nemo k l

¶ Partem.

autem immittit † cõmiſſurã panni m

a ¶ Si autem hoc ſolum eis importune traditur quibus praualet verus conſuetudo, cito quod habent auferetur.

h † rudis in veſtimẽtum vetus: Tollit n o

¶ Veteri ſcilicet.

enim † plenitudinẽ eius a veſtimẽto

i & peior ſciſſura fit. Neq; mittunt p q

¶ Ecce prin.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Quid eſt. *q.d. ſi hanc ſcripturam conſideretis inuenietis me facere ſecundum ipſam, propter quod concludit.*

b Non enim. *licet aliquos iuſtos vocauerit ad augmentum gratiæ, vt Petrum, Andream, & conſimiles.*

c Sed pec. *ſupple vocare ad pœnitentiam.*

d Tunc ac. *Hic reprehendit Iohannis diſcipulos: & primo ponitur eorum interrogatio maligna: ſecundo, Chriſti reſponſio benigna, ibi: Et ait illis Ieſus. Circa primum notandũ, ꝙ diſcipuli Iohãnis in tribus deficiebãt: primo qa de ſua abſtinẽtia ſe iactabãt dicẽtes.*

Diſcipuli Iohannis in tribus deficiebant.

e Quare nos Phari. ie. fre. *quia talia ſunt fienda in ſecreto, vt ſupra dictũ eſt. Tu autẽ cum ieiunas &c. Secundo, quia phariſæis ſe coniungebant dicentes: Nos & phariſæi. qa audierant Iohannem magiſtrum ſuum phariſæos redarguentẽ, & dicentem ſupra cap. iij. d. Progenies viperarum, quis demonſtrabit vobis fugere a ventura ira? Tertio quia Chriſtum arguebant ex defectu abſtinentiæ in diſcipulis dicentes.*

Sup. c. 6. a

† thalami nuptialis

f Diſcipuli autem tui &c. *Defectum enim diſcipulorum retorquebant in magiſtrum, de quo tamen audierant Iohannem dicentem: Ecce agnus Dei, ecce q tollit peccata mũdi.*

g Et ait il. Ieſ. *Hic ponitur Chriſti reſponſio, in qua oſtendit, quòd ieiunium corporale nõ competebat ſuis diſcipulis pro illo tempore: quia duplex eſt ieiunium. Quoddam quod ordinatur ad carnis refrenationem, & ad contemplationem diſponit: & iſtud non competebat diſcipulis Chriſti, quando erat cum eis corporaliter: & hoc eſt quod dicit:*

Ioan. 1. d

H

h Nun. poſ. fi. ſpon. *i. Chriſti q eſt ſpõſus eccleſiæ.* Lugere &c. *Sequitur.*

i Venient au. dies &c. *quantum ad præſentiam corporalem, ſcilicet in paſſione & aſcenſione in cœlum.*

k Et tunc ieiu. *q.d. tunc competet eis tale ieiunium. Aliud eſt ieiuniũ quod ex plenitudine & perfectione cõtemplationis procedit, quale fuit Moyſi ieiunium in monte. quanto enim anima eſt in contemplatione magis eleuata, tanto eſt pauciori alimento contenta. vnde & x. ethicorum dicit Philoſophus, quòd felix contemplatiuus eſt pauciſſimis contentus. Et tale ieiunium non competebat diſcipulis: quia adhuc erant rudes & imperfecti, ſed prius debuerunt per charitatem ſpiritusſancti innouari, quod factum eſt die Pentecoſtes, quãdo fuerunt per gratiam ſanctiſpiritus innouati, et tunc debuerunt incipere nouum modũ viuendi: & hoc eſt quod dicit Saluator per duplex exemplum: Primum ponitur hic.*

Exod. 24. d / Philoſoph. / Act. 2. a

l Nemo autem im. *i. iuncturam ſeu ſupplementum.*

m Panni rudis. *ſ. noui, quia in nouitate eſt ſpiſſior.*

n In veſtimentum ue. *quia hoc cauſat deformitatẽ. propter qđ ſubdit.*

o Tollit enim ple. *i. vniformitatem ſeu pulchritudinem a veſtimento.*

p Et peior ſciſ. *quia propter deformitatem non coniungitur ſolide cum veteri panno: & ſic de facili cauſatur ruptura maior in veteri. Secundum exemplum ponit ad hæc. d.*

q Neque mit. *quia tunc eſt in ebullitione: cætera patent. Et his vult cõcludere, quòd ea quæ ſunt perfectionis magnæ, non ſunt imponenda hominibus, donec ſpoliati fuerint veteri vita.*

¶ Hæc illo

## MORALITER.

* *d Tunc acceſ. ad eum diſ. Io.* Per iſtos qui iactauerunt ſe de frequenti ieiunio, ſignificantur hypocritæ dicentes cum phariſæo, Ieiuno bis in ſabbato: quibus reſpondetur:

*b Nunquid poſſunt filij ſponſi lug. &c.* q.d. Non. Iſti filii ſunt de nouo per baptiſmum ex eccleſia & Chriſto regenerati, & iſtis non ſunt ieiunia imponenda, quia ſicut dicitur. Fructus ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax &c. ſed cum aufertur ab eis ſponſus per mortale peccatum, tunc ieiunandum eſt eis per penitentiæ effectum.

Luc. 18. b / Gal. 5. d

*l Nemo autem immittit commiſſuram,* hic dicitur nouus pannus rudis. Per quem & per vinum ſignificatur nouitas ſacramentorum eccleſiaſticorum, quæ non ſunt adminiſtranda hominibus in vetuſtate peccatorum manentibus.

* *Hæc illo*



A *a Ecce princeps vnus acceſſit.* Marcus & Lucas dicunt archiſynagogum nomine Iairum & filiam non mortuã, ſed morti proximã. Sed Matthæus cã breuitatis dicit rogaſſe, quod conſtat factum eſſe: nec attendit verba patris, ſed quod cogitauit & voluit. Ita enĩ deſperabat, vt potius vellet reuiuiſcere, quã non putabat viuã inueniri poſſe. Vtrũque enim petitum eſt, ut vel morientẽ ſaluaret, vel mortuam ſuſcitaret. *Ecce princeps.* Archiſynagogus, Moyſen ſignificat. Dr̃ Iairus. i. illuminans vel illuminatus: quia accepit verba vitæ dare nobis. Videns Dñm in carne venturum cadit ad pedes eius dicens: Quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus. Pro filia rogat, id eſt pro ſynagoga, quæ ſola lege inſtructa unica ei erat, quæ lege & ꝓphetis educata, poſtquàm filios Deo generare debuit ſpirituales, erroribus languens, in peccatis moritur. Prius pro ea patres rogauerunt, tñ magna fides gentium prius impetrauit. Synagoga in ciuitate legis, vt in domo, in qua vnius Dei cultus eſt, moritur & ſuſcitatur. Hæc non in domo, non in vrbe, a qua per legẽ excludebatur, ſed in itinere ꝑgente Dño ſanat. Vñ & apoſtoli: Vobis oportebat primũ prædicari uerbum Dei: ſed qñ re. illud, & in. &c. ec. cõ. ad gẽtes. Secũdum Marcũ & Lucã, mulier oẽm ſubſtantiã in medicos erogauit, nec curari potuit: qa quãto magis gentilitas uires naturalis induſtriæ ad philoſophos expendit, q recte viuendi præcepta hominibus ſe dare ꝓmittebãt, tanto minus poterat a ſordibus liberari: ſed ubi cæleſtem medicum cognouit adeſſe, cœpit remediũ ſꝑare & q̃rere.

Marc. 5. c / Luc. 8. f

Act. 13. g

Marc. 5. c / Luc. 8. f

*b Mulier quę.* Salutem Iudęis paratam, ſpe certa præripuit gentilitas.

B *c Duodecim annis.* Duodecim annis fluxit, ſicut & illa filia creuerat duodenis: quia ex quo ſynagoga cœpit Deo famulari, cœpit gentilitas idololatria & peccato pollui.

† Marc. 5. e

*d Acceſ.* Credidit, dixit, qa his tribus fide uerbo & opere oĩs ſalus acqritur.

*e Si tetigero tantum.* Fimbriam non ueſtem Quia non uidit in carne Dominum, ſed ſuſcepit per apoſtolos incarnationis uerbum. Beatus qui uel extremam partem uerbi fide tangit.

*f Confide filia.* Credidit utique quę petijt, ſed inculcat robur & perſeuerantiam fide.

*g Vidiſſet ti.* Tibicines ſunt carmen lugubre canentes. Hi ſunt magiſtri mœrore ſuo ſubditos demulcentes. & turbã Iudęorum aduerſus doctrinam Chriſti calcitrantium.

*Et tur.*

a ¶ Noue uitę myſteria non ſunt committenda mentibus nondum innouatis.

vinũ nouum in utres ueteres: Alio-

a ¶ Quod ſi fit, nec rudes mentes hoc pati poſſunt. b ¶ Ipſa doctrina nihil prodeſt.

quin rũpunt utres, & vinum effun-

a ¶ Ipſę mentes pondere præceptorum ſuffocantur. b ¶ Noua myſteria mentibus innouatis committuntur.

dit, & vtres pereunt. Sed vinum nõ-

a ¶ Doctrina memoriæ traditur, & mens non eſt ſine fructu.

uum in vtres nouos mittunt, & ãmbo conſeruãtur. † Hęc illo loquente a

a ad eos, ecce princeps vnus acceſſit, b

et adorabat eum, dicens: Domine c d

¶ Incarnatus

filia mea mõ defuncta eſt: ſed ueni,

a ¶ Miſericordię vel potentię.

impone manum tuã ſup eã, & uiuet

a ¶ Ad deuotionem patrum reſpiciens, Iudęis prius verbum uitę per ſe & per apoſtolos prædicauit.

Et ſurgens Ieſus ſequebatur eum, et e

a ¶ Eccleſia gentium.

b diſcipuli eius. † Et ecce mulier quę f

a ¶ Carnalium delectationum.

c ſanguinis fluxũ patiebatᷣ duodecim

a ¶ Superabundans vitijs. b ¶ Fide. c ¶ Poſt aſcenſionem. ¶ Quia eum ſequitur. d ¶ Manu fidei.

d annis, acceſſit retro, et tetigit fim- g h

a ¶ Corde credebat ad iuſticiam.

briam ueſtimẽti eius. Dicebat enim i

a ¶ Si ſuſcepero fidem incarnationis eius.

e intra ſe. Si tetigero tãtum ueſtimen- k

a ¶ Ab omni iniquitate mundabor. b ¶ A iudicio ad miſericordiam.

tum eius, ſalua ero: At Ieſus conuer l

a ¶ Quia quos præſciuit & prędeſtinauit, nos & uocauit b ¶ Habe ſpem.

f ſus et uidens eam, dixit: Confide m

a ¶ Ideo filia quia Fides tua. b ¶ Iam in eo quòd credidiſti.

filia. † Fides tua te ſaluam fecit. Et

a ¶ Ex illa hora dominici aduentus cœpit habere ſalutem.

ſalua facta eſt mulier ex illa ho-

¶ Aſſumptis electis gentium. fides Chriſti prædicatur in populo Iudæorum.

ra. Et cum ueniſſet Ieſus in do- n

g mum principis, et uidiſſet tibicines

C *Lucas autem ꝙ moriebatur: & hoc eſt verum quando pater receſſit ab ea, & uenit ad Ieſum: ſed antequam Ieſus veniret ad domũ patris eius, filia mortua eſt: propter quod nuncij ſuperuenerunt de domo, qui dixerunt: Noli vexare magiſtrum, quia defuncta eſt filia tua, credentes ꝙ Chriſtus non poſſet ſuſcitare eã a mortuis, licet poſſet eam ſanare. Matthæus igitur iſta omittit, vt breuius ſcribat, & accipit patris verbum ab illo tempore quo recepit nuncium: quia aſſecuratus per Chriſtum dicentem ſibi: Confide, vt dicit Marcus: credidit ipſam ſuſcitandam per ipſum.*

e Et ſurgens Ieſus ſequebatur. *pergens. ſcilicet ad domum eius propter fidei ſuæ meritum.*

f Et ecce mulier. *Hic interponitur miraculum de ſanatione mulieris emorroiſſæ, quod fecit Chriſtus in via eundi ad ſuſcitationem puellæ. Quod fecit Chriſtus duplici de cauſa. Prima fuit, vt oſtenderet nobis quòd non ſolum in termino, ſed in via debemus bonis operibus occupari. Secunda fuit, ut per miraculum factum in uia archiſynagogus hoc videns certificaretur de ſuſcitatione filiæ ſuæ in termino: Dicit igitur euangeliſta.* Et ecce mulier, quæ fluxum ſanguinis patiebatur. xij. an. *Hoc exprimitur vt oſtendat infirmitatis prolixitatem, & curationis difficultatem.*

† Mar. 5. e / Luc. 8. f

g Acceſsit retro. *Chriſtus enim erat in turba magna, vt dicunt Marcus & Lucas: & ideo non poterat de facili habere acceſſum ad eum.*

† 5. diſti. c. ad eius. de pę. diſ. 3. c. inter hæc hircum. j.

h Et tetigit fimbriam. *Chriſtus enim portabat veſtimentum ſuum ad modum Iudæorum. Ad cuius euidentiam ſciendum, quòd populus Iudaicus de quo Chriſtus erat naſciturus ſecundum carnem, debebat pollere quadam ſanctitate ſpeciali præ alijs populis, & ab eis diſtingui: & ideo data eſt eis circuncisio, vt quoddam ſignum diſtinctiuum in carne: Similiter data eſt eis lex, vt haberent quendam ſpecialem modum viuendi. Similiter præceptum fuit eis in habitu diſtingui, ut patet Nume. xv. d. Loquere filijs Iſrael, vt faciant ſibi fimbrias per quatuor angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas. Vittæ enim hyacinthinæ, quæ erant cæleſtis coloris, deſignabant, quòd debeant habere conuerſationem eminentem præ cæteris, ſecundum quod Paulus dicit: Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt: vnde ſequitur ibidem Nume. xv. d. Vt recordentur mandatorum Dei, & ſint ſancti Domino Deo ſuo. Talem ergo veſtem portabat Chriſtus, & ſicut & alia legalia obſeruauit vſque ad paſſionem & ideo mulier tetigit fimbriam, quia illud quòd eſt in angulo pallij quod eſt à parte poſteriori, facilius poteſt attingi.*

D

Phil. 3. d

i Dicebat enim in. *ſcilicet credendo.*

k Si tetigero tantum veſtimentum eius, ſalua ero. *non quia veſtimẽta habeant aliquam virtutem ſanandi, ſed quia per hoc declaratur virtus illorum quorum ſunt veſtimenta.*

l At Ieſus &c. & ui. *approbans ipſius fidem.*

m Dixit: Confide fi. &c. *patet litera.*

n Et cum ve. *hic reuertitur ad narrandum miraculum primo propoſitum ſuſcitatione puellæ dicens:* Et cum veniſſet &c. *Diuerſę melodiæ excitant*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Hæc il. lo. *Hic ponuntur quædam miracula ad diſcipulorum confirmationem. Et diuiditur in duas partes, quia primo narrat ad hæc quædam miracula in ſpeciali, ſecundo, multa concludit in generali, ibi: Et circumibat: Prima in tres, ſecundum tria miracula quæ narrat. ſecũda ibi: Et tranſeunte. tertia ibi. Egreſſis autem illis. Prima in tres, quia primo incipit narrare primum miraculum. ſecundò interponit quoddam aliud in medio factum, ibi: Et ecce mulier. tertio reuertitur ad primum, ibi: Et cum veniſſet. Primum autem miraculum fuit de ſuſcitatione cuiuſdam puellæ defunctæ: & hoc incipit narrare dicens:* Hæc il. loquẽ. ad eos. *hoc eſt ad Iohannis diſcipulos, reprehendendo eos, ut patet ex præcedentibus.*

Diuiſio

b Ecce prin. vnus. *Qualis autem fuit princeps iſte, nõ exprimitur hic, ſed habetur Mar. 5. & Luc. viij. vbi dicitur quod erat princeps ſynagogæ. Iudæi enim habebant tantum vnum templum, vbi poterant offerre & immolare. ſ. in Ieruſalem: ſed in alijs ciuitatibus & villis habebant loca determinata, in quibus conueniebat populus ad orandum & audiendum verbum Dei, & tractandum de his quæ pertinebant ad communem vtilitatem populi: & ille qui præerat cuius autoritate congregatio fiebat, dicebatur princeps ſynagogæ: talis erat iſte qui acceſſit ad Ieſum.*

Marc. 5. c & Luc. 8. g / Iudæi tẽplũ unũ tãtum habuerũt in Ieruſalem, vbi offerebant

c Et adora. eum. *faciendo. ſ. ſibi reuerentiam debitam. di.*

d Domine fil. *Marcus autem dicit, quòd dixit eam eſſe in extremis. Lucas*

## MORALITER.

* *a Hæc il.* Princeps iſte fuit archiſynagogus, per quem ſignificatur archiepiſcopus: cuius filia dicitur quælibet ſuffraganeorum ſuorum eccleſia: quæ tunc moritur, quando errore aliquo in fide vel moribus deprauatur. & tunc archiepiſcopus debet erga Deum quantum poteſt pro ſuſcitatione eius laborare.

*f Et ecce mul.* Hæc mulier gentilitatem ſignificat, quæ fœdata fuit effuſione ſanguinis martyrum temporibus xij. imperatorum, quorum Nero fuit primus qui perſecutionem primam mouit contra eccleſiam. Hæc autem mulier fimbriam veſtimenti Chriſti tetigit, quando Conſtantinus fidem incarnationis credidit, & alij gentiles eius exemplo. Humanitas enim veſtimentum diuinitatis eſt in Chriſto, de quo dicitur: In ſimilitudinem hominum factus eſt, & ha. inuentus, ut homo. Et tunc a fluxu ſanguinis ſanata fuit, quia fundere ſanguinem catholicum ceſſauit. Phil. 2. a



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E a *Et tur.tu.* Quia ſynagoga læticiam dominicæ inhabitationis pro infidelitate amiſit.q. inter flẽtes & eiulãtes mortua iacet. Solum iudiciũ patebat, cũ expulit gentes dicens. Nõ ſum miſſus, niſi ad oues quæ perierunt. Non ꝙ ſine miſericordia eſſet deus, vel eius iudicium, ſed poſt patuit in ſuſceptione.

b *No.eſt e.mor.* Vobis mortua eſt: Deo autem, qui ſuſcitare poteſt, dormit, tam in anima quàm in corpore.

c *Et.cũ ei.e.ſ.* i. cum reprobati eſſent irriſores, intrauit in electorũ mentes. Moraliter Luc. 8.g Mora. Turba curarum eijcienda eſt, ut anima reſurgat. Secũdum Lucam eiecta turba nullus adhibetur, niſi Petrus Iacobus & Iohannes, & pater & mater puellæ: quia blaſphemis & irriſoribus non ſunt reuelanda myſteria; ſed fidelibus qui honorent. Vnde alibi: Iuſtificata eſt ſapientia a filijs ſuis.

d *Et te.ma.ei.* Niſi prius manus Iudęo. q̃ ſanguine plenę ſunt, mundatæ ſint a morte, non reſurgunt. Tenuit manũ leproſam Moyſi, per qđ carnalia opera ſpiritualiter intelligi fecit. Moraliter Puella ſignat peccati delectationẽ adhuc corde tectam, nondum opere perpetratam: cuius facilem correctionem dñs oſtendit dicendo puellę. Surge. Nã in alijs duobus quos ſuſcitauit, aliquã vr̃ feciſſe morã. Vel in dicẽdo vel in expectando, vt: Iuuenis tibi dico ſurge. Pro Lazaro fremuit ſpũ, turbauit ſe, fleuit, clamauit. Pro quo unt deuotę ſorores. i. ſollicitæ cogitationes. Puella iam in domo paucis arbitris ſurgit, & eis vt nemini manifeſtẽt præcipitur. Iuuenis extra portam multa turba comitante. Lazarus quoq; coram multis, qa publica noxa publico eget remedio, leuis leuiori, & ſecreta poteſt deleri pœnitentia.

*Margin:* Inf. 15.c — Moraliter Luc. 8.g — & dixit. puella ſurge. Luc. 7.c — Moraliter — †Infr. 10.d Luc 7.c Ioan. 11. c

F e *Tran.in.* i de domo principis in ſuam domum. Domus principis ſynagoga eſt, ſua domus cæleſtis Ieruſalem.

f *Duo cæci. &c.* Duo cæci, duo populi inſcij, donec Chriſtum cæperunt ſeq. Hæc de duobus cæcis, & de muto dæmoniaco ſolus Matthæus ponit. Illi autem duo cæci, de quibus alij narrãt, non ſunt iſti: ſed ſimile factum eſt: Ita vt ſi Matthæus non illius etiam facti meminiſſet, poſſet putari qđ nunc dicit dictum fuiſſe de illis. Sed ſcire debemus quædam facta eſſe ſimilia: quod probatur cum idem Euangeliſta utraque commemorat, vt ſi quando talia ſingula apud ſingulos inuenerimus, atque in eis contrarium, quo ſolui non poſſit, occurrat: non eſſe hoc idem factum, ſed aliud ſimile.

*Margin:* † diuulgauerunt famam eius

g *Homi.mu.* Significat gẽtilem populum. vel omne genus hominum, quo ducto per prædicationem ad Chriſtum, & ablata idololatria confeſſus eſt Chriſtum. Raboth Gręce, vſitatius, ſed tamen indifferenter, & mutus & ſurdus dicunt.

*Phari.*

a ¶Dimittite perſuaſiones: quia quidquid mentiamini de Chriſto, electio ſalua erit.

a & turbam tumultuãtẽ, dicebat: Recedite, nõ eſt enĩ mortua puella, ſed dormit: & deridebãt eũ. Et cum eiecta eſſet turba, intrauit & tenuit manum eius, & dixit: Puella ſurge. Et ſurrexit puella, & exijt fama hæc in vniuerſam terram illam. Et tranſeunte inde Ieſu, ſequuti ſunt eum duo cęci clamantes, & dicentes: † Miſerere noſtri fili Dauid. Cum autem veniſſet domum, acceſſerunt ad eum cæci, & dicit eis Ieſus: Creditis, quia hoc poſſum facere vobis? Dicunt ei: Vtique Dñe. Tunc tetigit oculos eorum dicens: Secundum fidem ueſtram fiat uobis. Et aperti ſunt oculi eorũ. Et comminatus eſt illis Ieſus, dicens: Videte ne quis ſciat. Illi autem exeuntes † diffamauerunt eum in tota terra illa. † Egreſſis autem illis, ecce obtulerunt ei hominẽ mutum

*Interlinear:* a ¶Non fornicata eſt poſt Deos alienos. — a ¶Quia Deo viuunt omnia. b ¶Quod faciunt Iudæi aſſenſum dare nolentes veritati. — a ¶Non enim digni erant videre, quod non credebant. — a ¶De morte infidelitatis. b ¶Quia in omnem terram exiuit ſonus eorum. — ¶Tranſire volente de mundo ad patrem — a ¶Secundum humanitatem aſſumptam. b ¶Aliqui ex Iudæis & gentibus qui fuerant ſine lumine veritatis. — a ¶Quem veram credimus aſſumpſiſſe carnem — a ¶Cum cælos aſcendiſſet. b ¶Domus in qua cæcos illuminauit ſancta eccleſia eſt. c ¶In vnitatem fidei conuenerunt. — a ¶Fidem confeſſio promat. ¶Non quaſi neſcius interrogat, ſed vt fides orando impetret quod ipſe vult dare. — ¶Confeſſio oris tactum meretur pietatis. — a ¶Id eſt ſicut fides illuminat mentem, ita oculis reſtituat lucem. — ¶Non tamen in itinere ſanati ſunt, ſed poſtquam venit domum id eſt cælos aſcendit. — ¶Exemplum fugiendæ iactantiæ. — a ¶Propter memoriam gratiæ, non poſſunt tacere. ¶Nota aliquod iuſtum inter ſe eſſe contrarium. — a ¶Prædicatores. b ¶A confeſſione fidei.

G f Intrauit. *cum Petro & Iohanne, & patre & matre puellę, ut expreſſius dicitur Marc.v. ad hoc ut iſti eſſent teſtes miraculi.*

g Et tenuit manum eius. *per tactum enim curabat, ut oſtenderet, ꝙ illa humanitas erat inſtrumentum diuinitatis miracula facientis, vt dictum eſt ſupra.*

h Et ſurrexit puella. *ad vitam perfecte reſtituta.*

i Et tranſeunte illo. *Hic ponitur ſecundum miraculum principale in illuminatione cęcorum.*

k Sequuti ſunt eum duo cæci &c. *Vocabant autem eum filiũ Dauid, Vulgata enim fama erat apud Iudæos, ꝙ Chriſtus naſciturus erat de ſemine Dauid ſecundum carnem & ideo quia credebant firmiter ipſum eſſe Chriſtum promiſſum ipſi Dauid, ideo vocant eum ſic filium Dauid. Sequitur.*

*Margin:* Vulgata fama inter Iudæos fuit Chriſtũ futurum filiũ Dauid

l Creditis, quia hoc poſſum facere vo. *Non quærit hoc quaſi ignorans eorum fidem quia omnia ſciebat per certitudinem, ſed vt confeſſio exterior addatur fidei interiori, & ſic ſint digniores illuminari. quia ſecundum quòd ſcribitur: Corde enim creditur ad iuſticiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem. Sequitur.* Rom. 10.b

m Et comminatus eſt illis Ieſus dicens: Videte, ne quis ſciat. Illi autem exeuntes diffamauerunt. *i. publice nuntiauerunt. Sed queritur, quomodo fecerunt contrarium eius quod dixerat eis: Quia aut Chriſtus uoluit fieri illud quod dixit eis aut nõ: Si noluit, ſequitur quòd fecerint cõtra præceptũ eius, & ſic peccauerunt: quod non uidetur: quia non fuiſſent digni ſanatione: Si autem voluit, ſequitur ꝙ Chriſtus mendax vel duplex in verbis fuit, quod eſt impoſſibile. Sciendum ꝙ in Chriſto ponitur duplex voluntas, ſicut & natura, vna diuina, & eſt duplex, vna ſigni & altera bene placiti. Voluntas enim beneplaciti eſt qua vult aliquid ſimpliciter & abſolute: & ſic Chriſtus voluit miraculum publicari: quia contra voluntatem beneplaciti nihil fit, ſed bene fit cõtra voluntatem ſigni. Alia fuit in Chriſto uoluntas humana: & ſic Chriſtus quodammodo voluit, & quodammodo noluit miraculum publicari, quia uoluit publicari ad Dei gloriam. Noluit autem hoc ut oſtenderet humanam laudem eſſe fugiendam, ſicut etiam ſunt aliqua quæ ſunt partim voluntaria & partim inuoluntaria, vt dicitur.iij.ethicorum: ſicut ille qui proijcit merces in mari, vult & non vult proijcere diuerſis reſpectibus: quia non vult abſolute, vult tamen in caſu tali poſitus.*

*Margin:* Chriſti præceptum non ſeruãtes an peccauerint — Duplex voluntas in Chriſto — H — †De pę.di. 3.c. ſũt plures. †Mar.7.d Luc. 11. b

o Egreſſis autem illis. *Hic conſequenter ponitur tertium miraculum principale de dæmonis eiectione.* Egreſſis autem illis. *id eſt cæcis iam illuminatis.*

p Obtulerunt ei. *homines. ſ. illius terræ.*

q Hominem mu. dæmo. hab. *Dicitur autem demonium mutum non formaliter: ſed effectiuè tantum: Ad cuius intellectum conſiderandum, quòd natura corporalis obedit ſpirituali ad motum localem: uoces autem ſignificatiuæ formantur per motum linguæ & labiorum & alio-* ¶ *rum inſtru.*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *dię excitant diuerſas paſſiones in homine: Aliquæ enim excitant audaciam, ſicut patet in bellicis tubis: & aliquæ deuotionem, vt patet in canticis eccleſiaſticis: & aliquæ leticiam, ſicut patet in diuerſis inſtrumentis muſicis, & aliæ excitant fletum & lamentationem: & talibus vtebantur antiquitus in ſepulturis magnarum perſonarum, vt prouocaretur altitudo ad fletum: Et tales dicuntur hic tibicines, carmen. ſ. lugubre cantantes.*

a Et tur. tumultuantem. *i. lachrymantem & eiulantem: & illud vocatur tumultus, quia cauſat ſonum confuſum. Sequitur.*

b Non eſt mor. pu. *quia licet eſſet mortua ſecundum viam naturæ, tamen non erat mortua illi qui poterat eam ſuſcitare.*

c Sed dor. *Quod dicit, quia poterat eam ita faciliter ſuſcitare, ſicut homo poteſt alium hominem a ſomno excitare.*

d Et deridebant eum. *credentes, quòd loqueretur ex ignorantia: quia ſciebant eam mortuam.*

e Et cum eiecta eſſet turba. *Ex quo enim erant increduli, non erant digni videre miraculum: quia ſcriptum eſt ſupra. Nolite ſanctum dare canibus.* Supr. 7.a

*Intrauit.*

## MORALITER.

✻ i *Et tranſeunte inde Ieſu ſecu. &c.* per ipſos ſignificantur fideles ſimplices & ignari, qui ſequuntur Dominum quando deuotè uadunt ad ſermonem audiendum: & ab eo illuminantur: quando ab eo per prædicatorem inſtruuntur de neceſſarijs ad ſalutem. Per hoc autem quod dicitur.

n *Videte ne quis &c.* oſtenditur, quòd prædicator debet cauere ne laus hominum poſſit ſibi nocere: quia tamen diuinum recipiens beneficium, debet ex hoc ipſum laudare, ſubditur: *Illi autem exeuntes diffamauerunt eum &c.*

o *Egreſſis autem il. ecce obtulerunt ei hominem mutum dæmonium habentem &c.* Per illum ſignificatur homo poſſeſſus a dæmone per peccatum mortale. Et dicitur mutus, quia loqui non poteſt meritorie: ſed Deo curandus offertur, quando iuſti pro eo deprecantur. Sed tunc dęmon eijcitur, quando peccatum ipſius a Deo per infuſionem gratiæ relaxatur: & tunc ſoluitur eius lingua ad Dei præconia perſoluenda. Pharifæi autem dęmoniorum principi hęc attribuentes, ſunt homines maligni bonum deprauare ſtudentes.

✻ *Et circumibat*



A 1 *Phariſæi autem.* In Phariſæis infidelitas Iudæorum ſignatur.

*Miſertus*

g *Prædicans euange.* & non fabuloſa inutilia vel curioſa. C

b *Et curans &c.* ſcilicet ſpiritualem.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *rum inſtrumentorũ naturalium: & ideo quia dæmon pro voluntate ſua poteſt iſta localiter mouere, poteſt per linguam hominis diuerſa verba formare. & ſic arreptitij aliquando loquuntur idioma eis ignotum, ſicut purus laicus latinum: & hoc eſt manifeſtũ ſignum, ꝙ ſic loquens ſit dæmoniacus: qa talis loquutio non poteſt procedere niſi ab aliquo intellectu: & ideo cum non procedat ab intellectu hominis tale idioma ignorantis, ſequitur quòd procedat ab intellectu angeli vel dæmonis linguam ſic mouentis: & ſicut dæmon poteſt mouere linguam ad loquendum idioma incognitum, ita poteſt impedire linguam ne moueatur ad loquendum idioma cognitum: & ſic reddit hominem mutum. talis autem erat iſte oblatus Chriſto propter quod ſequitur:*

a Et eiecto dæmonio &c. *quia amoto impedimento habuit officium loquendi ſicut prius.*

b Et miratæ ſunt turbæ. *quia admiratio conſurgit ex inſpectione rei inſolitæ: quod fuit in propoſito. Sequitur:*

a ¶Idololatriæ deditum. b ¶Ablata idololatria.

dæmonium habentem: & eiecto dæmonio loquutus eſt mutus, & miratæ ſunt turbæ, dicentes: Nunquam apparuit ſic in Iſrael. Phariſæi autem dicebant: In principe dæmoniorum eijcit dæmones. † Et circumibat Ieſus omnes ciuitates & caſtella, docens in ſynagogis eorum, & prædicans euangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem *.

*Interlinear:* ¶Confeſſus eſt Chriſtum. — a ¶In turba nationum confeſſio. b ¶Quis ſimilis tui in fortibus Domine? Non propheta non patriarcha. — a ¶Quæ virtutem negare non poſſunt opera calumniantur. — a ¶Vbique indifferenter prædicabat non perſonas diſcernens, ſed ſalutem credentium quærens. — a ¶Id eſt prædicationem, quæ docet ad regnum cęleſte. — ¶Vt quibus non perſuaderent verba, perſuaderent miracula. — ¶In populo.

*Margin:* a b c d e f g h i — †Luc. 13.a — *in populo

In ca ix. vbi dicitur in poſtilla. Et ideo non videntur bene dicere qui dicunt, quòd ly illorum.

### ADDITIO.

*Sancti doctores & magnæ autoritatis hoc tenẽt qđ reprobat poſtillator. vnde Hiero. ſuper illud verbũ: Videns aũt Ieſus fidẽ illorum dicit: Nõ eius q offerebatur, ſed eorũ qui offerebãt, qđ ẽt videtur ſentire Chryſo. ſimiliter Iohãnes eps q in hoc loco ſic dicit: Quãtũ valet apud Deũ fides ꝓpria apud quẽ ſic valuit aliena: vt intus & extra ſanaret hoĩem? Quã ſniam glo. or. interlinearis in hoc loco ſeqtur: Nõ ergo modicæ audaciæ videtur tãtis ſctõrũ autoritatibus cõtraire, ꝓſertim cũ ſi ſane intelligãtur manifeſtã cõtineãt veritatẽ. Ad cuius euidẽtiã ſciẽdũ ꝙ meritũ dupliciter põt conſiderari, ꝓut cõiter doctores diſtinguũt. ſ. de cõdigno vel de cõgruo. Cõdignũ. n. attẽditur ſcđm ꝓportionẽ ęqualitatis. Cõgruũ verò attẽditur ſcđm æqualitatẽ ꝓportionis: Si ãt loquamur de cõdigno nullus põt mereri alteri primã gratiã, niſi ſolus Xp̃s, de quo ad Hebr. Qui multos filios in gloriã adduxerat &c. Si ãt loquamur de meritò cõgrui: põt aliqs mereri alteri primã gratiã. Cogruum eſt. n. ſcđm amicitiæ ꝓportionẽ, vt Deus impleat hoĩs iuſti ſeu ſcti volũtatẽ in ſaluatione alterius, ꝓſertim nõ ponẽtis impedimẽtũ vnde in ꝓpoſito remiſſio pctõrũ fuit cõceſſa paralytico ꝑ meritũ fidei offerẽtiu, nõ de cõdigno, ſed de cõgruo, & ſic ſũt intelligẽdæ autoritates ſctõrũ ꝓut ſctus Tho. in prima ſcđæ. q. vl. ar. vi. in reſponſione ad primũ argumẽtũ hoc declarat. Nec ex hoc ſequeretur, ꝙ remiſſio pctõrũ fuiſſet paralytico data ſine ꝓpria fide: nã in iuſtificatione impij q̃ habetur ꝑ primam gratiã fides ꝓpria reqritur. vnde Ro. v. a. iuſtificati igitur ex fide &c. ſed talis fides nõ p̃cedit primã gratiã per modum meriti alioquin homo poſſet ſibi mereri primam gratiam: qđ eſt cõtra cõem determinationẽ doctorũ. qđ ãt allegat poſtillator ꝓ opinione ſua, ex hoc ꝙ dicitur: Cõfide fili remittũtur tibi etc. nõ valet. Tũ qa hoc intelligitur facta dimiſſione ꝑ quã fuit filius adoptionis. Tum quia hoc fuit dictum ad oſtendendum humilitatem Chriſti: vnde glo. ſuper illud verbum: Humilis Dominus filium vocat, quem ſacerdotes tangere dedignantur.*

*Margin:* In Matth. 10.9. Homil. 30. ex c. 9. poſt princ. — Meritũ dupliciter põt conſiderari. — Heb. 2.c — D

### REPLICA.

In ca. ix. vbi dicitur: Vt vidit fidem illorum, exponit poſtillator .i. paralytici et offerentium, addens, non benedictum, qui exponũt de fide offerẽtiũ tñ: Et ponit ad hoc rõnẽ: ſed Burge. dicit hoc fore magnæ audaciæ ſctõrũ autoritatibus cõtraire. Addẽs ꝙ dicta illorum doctorum ſi ſanè intelligantur manifeſtã cõtinent veritatem. Et volẽs hoc declarare inuoluit & ſe & doctorũ dicta in multis minus ꝓbabilr dictis: de qbus ꝑ ſingula iudicare nõ eſt p̃ntis ꝓpoſiti. Dr̃ igit̃ hic ꝙ audacia nõ eſt rep̃hẽſibilis, negare in dictis ſctõrũ, qđ in factis Dei corrñdẽter ſe hñtibus cõcedere nõ audemus: Verificare n. qđ formalẽ includit cõtradictionẽ ſi Deo nõ cõcedimus, nec doctori quãtũcũq; ſctõ in hoc gerimus morẽ. Nũc ãt ſicut p̃ter itũ, nõ eſſe p̃teritũ apud Deũ cẽſet̃ impoſſibile, ita iuſtũ nõ eſſe iuſtũ circa idẽ & ꝑ eodẽ ſtñ rõne vr̃ inopinabile. Paralyticus aũt (de quo ſermo) curatus eſt, nõ ſolũ à morbo corporis, ſed ẽt mentis, vt vult B. Aug. igit̃ fuit iuſtificatus. Doctores ãt ꝑ Burg. adducti negare videntur eius fidẽ Si igit̃ i curatione nõ habuit fidẽ, neq; iuſticiã: & ſic fuit iniuſtus, ſic curatus fuit iuſtus, curatus fuit iniuſtus, q̃ eſt formalis cõtradictio. Pñt igit̃ doctores aliter intelligi q̃ Bur. ibi voluit intelligi, ſic, ꝙ hi q dñt Xp̃m ad offerẽtiũ fidẽ reſpexiſſe, nõ oblati, ſubaudiatur principalr, cũ hoc ſtat ꝙ ẽt reſpexit fidẽ paralytici minori fortaſſe affectione formatã: nec valet rñſio Bur. ad argumẽtũ poſtil. cũ dr̃ ꝑ hoc quod dr̃: Cõfide fili, fides ſit exacta poſt dimiſſionẽ peccatorũ, qa ꝑ dimiſſionẽ peccatorũ fuit iuſtus, & filius adoptionis, vt dicit Burge. fruſtra igitur poſt iuſtificationem exigebat̃ fides, ſine qua nemo iuſtus: qa iuſtus ex fide viuit, impoſſibile eſt ſine fide placere Deo. Exigeret̃ igit̃ fides ante iuſtificationẽ quatenus ex fide iuſtificaretur ꝑuia: Fuit igitur fides, & oblati & offerentiũ, ad quam Xp̃s dr̃ hic reſpexiſſe ſecundum poſtillatorem.

*Margin:* Libr. 83. q. q. 8. — Hebr. 11.b

*Margin:* Decal. hierar. c. 4. — B

c Nunquam appa. ſic &c. *licet. n. in vete. Teſt. aliqui legantur arrepti à dæmonibus, non tamen legitur aliquis curatus, qui cum obſeſſione dęmonis factus fuiſſet mutus.*

d Phariſæi autem &c. In prin. *Odium. n. et inuidia faciunt interpretari facta in deteriorem partem & peruerti iudicia. Phariſæi autem odiebant Chriſtum quia acriter arguebat eorum vitia, vt patet per euangelij decurſum: & ideo miracula à Chriſto facta virtute diuina dicebant eſſe facta arte magica, & eodem modo eiectionem dæmonum factam per Chriſtum, dicebant fieri virtute cuiuſdam ſuperioris dęmonis, cui inferiores obediebant ad nutum de corporibus exeundo. Sicut. n. in angelis ſunt ordines, & alij ſunt alijs ſuperiores, ſic in dęmonibus cum in eis remanſerint naturalia integra ſecundum Diony. Dicebant. n. Phariſæi, quòd Chriſtus habebat aliquem dęmonem ſuperiorem, quem vocabant Beelzebub ſibi familiarem & priuatum: & ſic dęmones inferiores de corporibus obſeſſis eijciebat per illum: ſed illud inferius rationabiliter reprobatur à Chriſto vt videbitur:*

*Margin:* Cap. 12. c Ioan. ult. d — Miraculorũ multitudo Chriſti ſcripto comprehendere non poſſunt — Martyrum Chriſtianorum multitudo maxima.

e Et circumibat. *Hic ponuntur miracula in generali: quia Euangeliſtæ non poterant omnia facta Chriſti ſcribere in particulari, vt dicitur. Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc: quæ ſi ſcribantur per ſingula, non arbitror totum mundum capere eos qui ſcribendi ſunt libros. Propter hoc. n. in eccleſia dicitur in martyrologio: Et aliorum plurimorum ſanctorum &c. hac. ſ. de cauſa: quia Karolus magnus fecit inquiri diligenter obitus & actus martyrum, & aliorum ſanctorum: & inuentum eſt, ꝙ diebus ſingulis occurrebant plus quam trecenta feſta: propter hoc ſtatutum eſt, vt in fine martyrologij adderetur prædicta clauſula, vt in generali ſaltem memoria ſanctorum fieret in eccleſia in die tranſitus eorum. Ita ſimiliter Euangeliſtæ qui non poterant omnia miracula Chriſti in particulari ſcribere. ideo frequenter multa concludunt in quadam generalitate, ſicut dicitur hic:* Et circumibat Ieſus &c. *id eſt in locis communibus eorum in quibus ſapienter conueniunt: per quod oſtenditur ſanitas doctrinæ eius, quæ nõ erat in latebris et angulis, ſicut eſt doctrina hæreticorũ.*

g Et prædicans euangelium &c. *id eſt legem nouam quæ immediate introducit ad regnum: quod non faciebat lex vetus.*

h Et curans &c. *id eſt infirmitatem prolixam.*

i Et omnem infirmi. *quantumcunq; alias incurabilem: Ex quo patent multa miracula hic in quodam generali incluſa ad confirmationem legis euangelicæ à Chriſto facta.*

## MORALITER.

✻ e *Et circumibat Ieſus omnem ci.* In hoc datur forma p̃dicatoribus euãgelij, vt ſolliciti ſint diſcurrere ꝓ p̃dicatione verbi diuini.

f *Docens in ſynagogis.* non in latibulis, ſicut faciunt hæretici.

*Præ-*

## NIC. DE LYRA. CAP. X.

*Margin:* Diuiſio

**V**idens autem. *Poſtquam Matthæus deſcripſit legis euangelicæ dationem, & eius confirmationem, hic conſequẽter ponit eius promulgationem. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur eius promulgatio apud propinquos, ſcilicet Iudæos: ſecundò apud extraneos ſcilicet gentiles. ca. xv. Prima in duas: quia primò promulgatur manifeſtè, ſecundò, parabolicè. ca. xiij. Item prima in tres: quia primò deſcribitur promulgationis ipſam. ſ. apoſtolorum inſtitutio: ſecundò dubitantium confirmatio ca. ſe. tertiò, impugnantium confutatio. ca. xij. Iterum prima in duas: quia primò ponitur inſtitutionis ratio. ſecundò, ipſa inſtitutio. ibi: Et conuocatis. Circa primum ſciendum, ꝙ ſicut patet ex præcedentibus multi ſequebantur Chriſtum: tum propter eius prædicationem audiendam: tum propter infirmitatem curationem habendam. Chriſtus autem ita pauper erat, ꝙ nec domicilium vbi caput reclinaret habebat: & ideo turbæ ſequentes eum iacebant vexati ſuper terram ſub diuo: propter quod Chriſtus:*

*Margin:* Luc. 9.g — †Mar. 6 c

## CAP. X.

a ¶Clementiæ intuitu. b ¶Genus humanum.

**V** † Idens autem turbas

E a *Miſertus*. Viam veritatis aperiendo. & moleſtias corporales auferendo.

b *Et con.* A curatione ſocrus Petri vſq; huc continuationem habuerunt relata miracula, & fuerunt ante ſermonẽ in monte habitum facta: quod ex electione Matthæi quæ inter ipſa refertur, indubitâter habemus. fuit.n. vnus de duodecim electis in monte ad apoſtolatum. Hic autem redit ad ordinem rei, ſicut geſta eſt poſt curatum centurionis ſeruum.

† diſperſi

c *Duodecim diſcipu.* Hi ſunt operarij, q mittendi erant, & quadrati orbis partes ad fidem trinitatis vocaturi. Quorum prædicatio, vt pondus haberet autoritatis, datur eis poteſtas curandę omnis infirmitatis.

† Luc.10.a 21. diſt.c.in nouo

d *Duodecim au.* Catalogus apoſtolorũ ideo hic ponitur, vt præter hos q pſeudo futuri erant excludantur. Et tã nomina eorum q̃ eis credentium in libro vitæ eſſe ſcripta ſignificentur.

e *Petrus & Andre.eo.* Apoſtolorum paria iugaq; ſociat, Petrum & Andreã fratres non tam carne quàm ſpiritu. Primus ſcribitur Simon cognomento Petrus ad differentium alterius Simonis qui dicitur Chananæus a Chana vico Galilææ, vbi dominus aquas conuertit in vinum. Voluit dominus apoſtolorum principem prius alio nomine vocari, vt ex ipſa commutatione nominis ſacramenti viuacitas cõmendaretur. Idem eſt Latine Petrus & Græce, quod Syriace Cephas, nomen deriuatum à Petra, quod eſt Chriſtus in quem credebat. *Hier. Rab.* Simon.i.obediens, qui propter primatum apoſtolici ordinis vocatur Petrus.i.firmus. Andrea. Grçce virilis, quia viriliter Chriſto adhæſit. Philippus os lampadis qui lumen inuentum prædicauit Nathanaeli. Bartholomeus filius ſuſpendentis aquas.i.Dei, qui mentes doctorum ſurſum eleuat, vnde inferius aquas diſtilat. Iacobus ſupplantator. Iohã F nes Dei gratia, vel in quo eſt gratia: quia & ille curam carnis Domino vocante ſupplantauit, & ipſam carnem Herode trucidante contempſit. Iſte ob præcipui amoris gratiam ſupra pectus Dñi recubuit. Iacobus ſane & Iohannes ob eximium virtutis & animi culmen filij tonitrui (vt in euangelio Marci ſcriptũ eſt) cognominati ſunt: quorũ vnus a cæleſtibus intonat. In principio erat verbũ. Et ambo ſæpe ſeorſũ duci, & aliquando ſonũ de nube terrificũ audire meruerũt. Hic filius dilectus, Thomas & Mathæus. Cæteri Matthæũ prius ponũt, & prudenter tacent publicanũ. Iſte & ſe poſtponit & publicanũ dicit: vt, Vbi abũdauit delic. ſuperabunda. & gratia. Thomas Abyſſus, vel gemin9, Græce didimus: qa quo cæteris diutius dubitauit, eo altius veritatem reſurrectionis agnouit. Matthæus donatus. Iacobus Alphæi qui & frater Domini, quia filius materteræ eius Mariæ, quæ Maria Cleophæ dicitur. Vel quia Alphæus Cleophas etiam dictus eſt, vel eo defuncto poſt natum Iacobum Cleophæ nupſit. Thadeus corculus.i.cordis cultor Alio nomine dicitur Iudas frater Iacobi fratris Domini, vt in epiſtola ſua dicit. Simon ad differentiam Chananæus a Cana vico, quod interpretaſ zelus. Vnde & zelotes.i. emulator. Iudas ſcariothis, a vico vbi ortus eſt. Vel ex tribu Iſachar, præſagiũ ſuæ dãnationis nomẽ accepit: ☞ quia Iſachar

Ioan.2.b — Mar.3.b — 1.Ioan.1.a — Inf.17.a — Rom.5.d — Iudæ.a

¶Compaſſus eſt. a ¶Per varios errores dæmonum.

a miſertus eſt eis, qui erant vexati, & a
a ¶Vana ſecuritate torpentes: & hoc ex vitio doctorum, qui eos in viam veritatis non adduxerant.
† iacentes ſicut oues non habentes paſtorem. Tunc dicit diſcipulis ſuis b
a ¶Turba populorum, ſuſcipiendo verbo & ferendo fructui apta. ¶Prædicatores.
† Meſſis quidem multa: operarii au c d tem pauci: Rogate ergo Dominum e
a ¶Prędicatores ad congregandam electorum eccleſiam.
meſſis, vt mittat operarios in meſ- f
a ¶Vnde di: Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos per grãm.
b c ſem ſuam. † Et conuocatis duode- g h cim diſcipulis ſuis, dedit illis pote-
a ¶Tam viſibiliter in corpore, quam inuiſibiliter in anima vexantium.
ſtatem † ſpirituum immundorũ, vt
¶Tam intrinſecus quam extrinſecus.
eijcerent eos, & curarent omnẽ lan-
d guorẽ, et oẽm infirmitatẽ. † Duode- i
¶Alias diſcipulorum.
cim autẽ noĩa apoſtolorũ hæc ſunt.
e Primus Simon, qui dicitur Petrus, k
a ¶Os lampadis, quia oris officio lumen quo intus illuſtratus eſt, mox inuento fratri propinauit.
& Andreas frater eius, Philippus l

† aduerſus ſpũs immũdos

tiò, q̃tum ad ueritatem vitæ, ibi: Gratis accepiſtis. Item prima in duas. G quia primò confertur autoritas ſeu potentia prædicandi ipſis apoſtolis: ſecundò, numerantur ſub nominibus proprijs, ibi: Duodecim autem diſcipulorum. Circa primum conſiderandum, quòd ſecundum quod dicitur Luc.x. non ſolum Dominus miſit xij. apoſtolos ad prædicandum, ſed etiã. lxxij. diſcipulos: veruntamen quia duodecim apoſtoli fuerunt principales eius diſcipuli, & maior poteſtas eſt eis collata à Chriſto, ideo de ipſis facit hic ſolum mẽtionem Mattheus dicens: Conuocatis duodecim diſcipulis ſuis; id eſt apoſtolis, qui principaliter erant ſui diſcipuli, vt viſum eſt.

h Dedit illis poteſtatem. *Cum enim doctrina non ſit efficax, niſi fuerit probata, ex quo miſit eos ad docendum, debuit eis dare gratiam miraculorum: quia aliter non poteſt probari veritas huius doctrinæ, cum excedat facultatẽ intellectus humani: propter quod dicitur. Ipſi verò profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Si autem quæratur quare prædicatores moderni talia ſigna non faciunt. Reſpondet Gregor. quia cum fides catholica ſit ſufficienter probata per miracula Chriſti, & apoſtolorum, non oportet vlterius hanc probationem reiterare. Sicut etiam arbuſta primo cum plantantur, frequenter irrigantur: cum autem in terra radicem fixerint, talia ſubtrahuntur: veruntamen ad conſolationem fidelium etiam poſteris temporibus multa fecit miracula, vt patet de tempore martyrum & confeſſorum,*

Mar. vlt. — Mar.3.b — †Luc.6.c 21. diſt.4. quare apoſtolorũ nomina exprimuntur

i Duodecim autem. *Hic nomina apoſtolorum exprimuntur duplici de cauſa. Vna ad excludendum Pſeudo apoſtolos, quia à tempore Chriſti inceperunt, & apoſtolos veros perſequuti ſunt, vt patet in actibus apoſtolorum, & in doctrina apoſtolorum. Alia cauſa, cur iſte numerus duodenarius apoſtolorum ſignanter hic exprimitur, eſt quia in ſacra ſcriptura multipliciter deſignatur. Figuratus eſt enim per duodecim filios Iacob, per duodecim principes tribuum Iſrael, per duodecim fontes in Elim, per duodecim lapides ſublatos de Iordane,* H *per duodecim boues ſuſtentantes mare æneum. per duodecim prophetas in vno volumine artatos, per duodecim ſtellas in corona ſponſæ, per duodecim fundamẽta ciuitatis, per duodecim portas eiuſdẽ. Et vt reddamus ſingula ſingulis, iſti ſunt duodecim patriarchę, quia principales patres in nouo Teſto: Duodecim principes qui cõſtituti ſunt ſuper omnem terram, vt dicitur in Pſal.xviij. Duodecim fontes, ex quibus manauit aqua ſalutaris ſapientiæ ad irrigandum hortum militantis eccleſiæ: Duodecim lapides viui coniuncti cemento Charitatis ipſi Chriſto tanquam primario lapidi, duodecim boues ſuſtentantes mare æneum, id eſt doctrinam ſacramentorum in quibus lauantur animæ fidelium: Duodecim prophetæ annunciantes mundi terminum & iudicis aduentum: Duodecim ſtellæ illuſtrantes totum mundum: Duodecim fundamenta ipſius ſpiritualis Ieruſalem: Duodecim portæ eiuſdem, quia per ipſos habemus aditum ad patriam æternam. Dicit ergo.* Duodecim &c. *Primus Simon, non propter primitatem temporis, ſed dignitatis: quia tanquam principali apoſtolo Chriſtus dimiſit ſibi eccleſiam regendam, vt patet Iohan. vlti. Andreas autem frater eius fuit primus Chriſti diſcipulus ordine temporis, vt patet Iohan.1. quia vt ibi dicitur, vnus ex duobus qui ſequuti ſunt Ieſum, erat Andreas frater Simonis Petri, & tanquam principalior de illis duobus, vt ibidem nominatur: nomen autem alterius tacetur, & poſtea ibidem ſubditur de vocatione Petri, & vocatur Simon, quia hoc erat nomen eius.*

k Qui dicitur Petrus. *quia hoc nomen Petrus fuerat ſibi impoſitum poſt conuerſionem, ſicut etiam quando adultus baptizatur, mutatur nomen eius.*

l Andreas frater eius, Philippus & Bartholomeus Iacobus Zebedei. *ſcilicet filius: Et iſte dicitur Iacobus maior reſpectu alterius* ¶ *Iacobi*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Miſerius eſt eis quia erat &c. *Sacerdotes.n. eorum & doctores intenti auaritiæ non vacabant debito modo eorum doctrinæ: & hæc fuit occaſio mittendi apoſtolos ad prædicandum populo, & ſanandum infirmos, vt non eſſet neceſſe, quòd turbæ currerent poſt Chriſtum tanto labore: propter quod ſubditur:*

c Meſſis quidem multa. *id eſt multitudo præparata ad hoc, quòd per certam fidem colligatur, & in horreum reponatur.*

d Operarij au. *id eſt doctores & prædicatores verbi: quia adhuc diſcipuli Chriſti non prædicauerant.*

e Rogate ergo. *id eſt ipſum Chriſtum.*

f Vt mittat operarios. *id eſt prædicatores ad erudiendum populum. Ex quo patet, quòd licet Chriſtus velit aliquid facere, tamen vult à iuſtis exorari.*

Diuiſio

g Et conuocatis. *Hic ponitur prædicatorum inſtitutio: Et diuiditur in duas partes: quia primò deſcribitur informatio prædicantium, ſecundò, ipſos recipientium in fine ca. Qui recipit prophetam &c. Prima in tres, quia primò deſcribitur inſtitutio apoſtolorum quantum ad collationem potentiæ, ſecundò, quantum ad formam doctrinæ, ibi: Hos duodecim, tertiò,*

## MORALITER.

✱ b *Tunc dicit diſcipulis ſuis.* per hoc oſtendit quòd habentes gratiam prædicandi non debent alios ab hoc impedire: ſed magis promouere.

g *Et conuocatis &c.* ſicut natura dando formam ſubſtãtialem, dat proprietates conſequentes: vt igni leuitatem, terræ verò grauitatẽ, ſic autor naturæ ſtatuens hoĩem in aliquo dignitatis gradu, ſi ille faciat quod in ſe eſt, dat ei gratiam exequendi in effectu. Exemplũ de Saule. Cum.n. vnxiſſet eum Samuel de mandato Domini, dixit ei: inſiliet in te ſpiritus Domini, & mutaberis in virum alterum. Et ſimiliter inũcto Dauid dicitur. Spũs dñi directus eſt in Dauid &c. Et eodẽ modo inſtitutis apoſtolis Xp̃s dedit eis gratiam ſignorum, quæ tunc fuit neceſſaria ad confirmandum doctrinam eorum. 1.Re.10.b — 1.Re.16.a

✱ *Hos duo-*



☞ quia Iſachar (quod dicitur merces) perditionis præmium inſi A nuat. Scarioth interpretatur memoria mortis: quia non repente perſuaſus: ſed diutius meditatus peregit ſcelus: Qui prouide inter apoſtolos eligitur, quia quãta eſt veritas quam nec aduerſarius miniſter infirmat & ad iudicium humanæ infirmitatis voluit deſeri & prodi modeſte que tulit. Duo & duo nominatim exprimuntur, vt iugalis ſocietas approbetur. Hi ſunt. xij. filij. Iaco. xij. principes plebis Iſrael. xii. fontes reperti in Elim. xij. lapides in veſte ſacerdotis. xij. panes propoſitionis. xij. exploratores à Moyſe miſſi. xij. lapides altaris. xij. lapides à Iordane eleuati. xij. boues ſub mari æneo. xij. ſtellæ in corona ſponſæ. xij. fundamenta. xij. portæ ciuitatis. Multis alijs figuris prænotati ſunt, apti ad diſpenſanda diuina myſteria.

a *Thomas.* Abyſſus: quia altitudinem diuinæ virtutis in reſurrectione certa fide penetrauit. Vel Thomas geminus, quod eſt Græce dydimus, propter dubium cor in credendo.

b *Et Iudas Scariothis.* Magnum in nobis exemplum doctrinæ, cum qui omnia nouerat, non dubitaret proditorem in diſcipulum eligere, atque Apoſtolum ordinare. Habet enim Chriſtus conſcium mundiciæ teſtem, cum ſuum non dubitet eligere proditorem.

† Marc.6.c Luc.9.a & 10.b

c *In uiam &c.* Poſt reſurrectionem dicit, Docete omnes gentes. Sed hoc ante, quia prius oportet Iudęis prædicari, ne cauſam habeant non recipiendi, quia ad gentes apoſtolos miſit. Allego. Ne ſimus ſimiles hæreticis. Allegor.

d *Appro. re.* Per fidem prope eſt regnum. Sicut enim fit peccans, terra, ita iuſtus fit cælum, in quo Deus præſidet. Vnde dicitur, Regnum Dei intra vos eſt &c. Ecce quid debeant prę B dicare, Appropinquabit reg. cęlo. Luc.17.e

e *Infir.cu.* Eccleſia infirmos ſtatu boni operis confortat, mortuos in peccatis, vel ſine fide, ſuſcitat, leproſos erroribus aſperſos mundat, dæmones per exorciſmos fugat.

f *Gratis accepiſtis.* Ne Iudas, qui loculos habebat, de prædicta poteſtate pecuniam congregare vellet, nequitiam eius ſupprimit dominus, dicens, *Gratis acce.* Damnat etiam hic perfidiam ſimoniacæ hæreſeos. Dona ſpiritualia precio vileſcunt. Ioan.12.e

☞ *Aurum neque.*

a ¶Syrum nomen. b ¶Ad differentiam, quia ſequitur Iacobus Alphæi.
& Bartholomæus, Iacobus Zebe- b
a dæi & Iohannes frater eius, Tho- a
a ¶Donatus vel aſſumptus a Maſſa perditorum.
b ¶Iuſtus in principio accuſator ſui eſt.
mas & Mattheus Publicanus, & Ia
a ¶Id eſt docti,
cobus Alphei, & * Thadeus, Simon b c
¶Emulator.
b Cananæus, & Iudas Scariothis, qui d e
¶Principaliter.
& tradidit eum. Hos duodecim mi f
c ſit Ieſus precipiens eis, & dicens. In g h
a ¶Non prius ad extraneos, ſed ad proprios.
uiam gentium ne abieritis, & in ci- i
uitates Samaritanorum ne intraue
a ¶Vt ab eis repulſi, ordine ad gentium vocationem tranſeatis.
ritis: ſed potius ite ad oues, quę pe- k
rierũt, domus Iſrael. Euntes aũt prę l
d dicate, dicẽtes † quia appropinqua-
a ¶Vt magnitudinem promiſſorum, probaret magnitudo ſignorum.
e bit regnũ cœlorũ. infirmos curate, m
Hæreticos.
mortuos ſuſcitate, leproſos mũdate
¶Sicut ego ſine precio do vobis talem poteſtatem: & vos gratis date, ne euãgelij gratia corrũpatur venalitate.
f dęmones eijcite: Gratis accepiſtis, n

* Lebbęus qui cognominatus eſt

*& nihilominus cum hoc idola colebant. Ratio autem quare apoſtoli* C *fuerunt prohibiti prædicare prædictis gentilibus, fuit, quia non erat magnum tempus uſque ad Chriſti paſſionem, & conueniens erat, ut eius aduentus primò denunciaretur Iudæis, quibus principaliter erat miſſus, ideo illud tempus, quod erat vſque ad paſſionem Chriſti futurum, erat neceſſarium ad manifeſtandum Iudæis per apoſtolos Chriſti aduentum: & hoc eſt quod ſubditur.*

k Sed potius ite ad oues. *Et patet per Chriſti paſſionem aliquibus Iudæis conuerſis ad fidem, & alijs pro maiori parte in infidelitate remanentibus, apoſtoli iuerunt ad prædicandum gentilibus: & hic erat modus à Deo inſtitutus, vt habetur Act.xiij.g. quòd Barnabas & Paulus dixerunt Iudæis: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: ſed quoniam repellitis illud & indignos vos iudicatis vitæ ęternæ, ecce conuertimur ad gentes: ſic enim præcepit nobis Dominus. Secundò traditur forma doctrinę quantum ad docendi actum, cum dicitur,*

l Euntes autem &c. appro. re.cæ. *i. Chriſtus qui eſt dator regni cęlorum. Sciendum enim, quòd regnum cęlorum quinque modis accipitur in hoc euangelio. Primò pro eccleſia militante. Qui ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cęlorum, ut Grego. exponit, quòd regnum cęlorum ibi dicitur eccleſia prẹſentis temporis. Secundo, pro eccleſia triumphante. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cęlorum. Tertiò, pro lege Moyſi. Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius: quia verus intellectus veteris Teſtamenti eſt ablatus à Iudęis ſuis peccatis exigentibus, & datus eſt Chriſtianis. Quartò, pro euangelio Chriſti. Omnis ſcriba doctus in regno cęlorum ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera: quia doctores catholici teſtimonia proferunt de nouo Teſtamento, & per conſequens de ueteri quod includitur in ipſo, ſicut rota in medio rotę, vt habetur in figura Ezech.i. Quintò, accipitur pro ipſo Chriſto. infra.xij.c. Si in digito Dei eijcio dęmonia, profecto peruenit in uos regnum Dei.i. Chriſtus dator illius regni. Per eiectionem enim dæmonum uirtute Dei probauit ſe eſſe Chriſtum. Et hoc modo accipitur hic regnum cælorum.i. Chriſtus. Iſta erat prædicatio apoſtolorum pro illo tempore, quia denunciabant Iudęis Chriſtum ueniſſe. Et quia doctrina non eſt efficax, niſi aſſit probatio, ſequitur modus conueniens ad probandum ueritatem huius doctrinæ.ſ. opera facta diuina uirtute, cum dicit:* Infirmos cura &c. D

Regnum cælorum accipitur quinque modis Sup.5.b — Cap.eo. — Inf.20.c.d — Infra 13.g

n Gratis accepiſtis. *Hic informantur apoſtoli quantum ad ueritatem uitæ: Et diuiditur in quatuor partes: Primo, oſtenditur, quòd non debent moueri ad prædicandum cupiditate, ſecundo, quòd nec terreri aduerſitate, ibi: Ecce ego mitto uos: tertiò, nec retrahi carnalitate, ibi: Nolite arbitrari: quartò, quod nec amore præſentis uitę, ibi: Et qui non accipit crucem. Prima in duas, quia primò retrahit eos à cupiditate. ſecundo, quia in uita mortalis quilibet indiget neceſſarijs, oſtendit qualiter debeant habere neceſſaria uitæ, ibi: Dignus eſt operarius. Circa primum ſciendum, quòd cupiditas oſtenditur in duobus: In male accipiendo. & hoc prohibet di.* Gratis accepiſtis. *ſcilicet gra-* ¶ *tiam à Deo* Diuiſio

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *Iacobi triplici ratione: ſcilicet ratione vocationis, quia prior vocatus à Chriſto. Secundo ratione familiaritatis, quia Chriſtus ipſum ad ſecreta ſua admittebat, vt patet in transfiguratione & in ſuſcitatione puellæ. Tertiò ratione paſſionis, quia primus inter apoſtolos eſt ad Dei gloriam tranſlatus per martyrium, vt habetur Act.xij.* Matt.17.a — Mar.5.d

a Et Iohannes frater eius &c. & Iacob Alphæi. *ſ. filius. Et iſte Iacobus, dicitur Iacobus minor reſpectu alterius, & hoc ex eiſdem rationibus quibus alter dicitur maior.*

b Et Thadæus. *Iſte vocatur Iudas Iacobi, quia frater fuit Iacobi minoris.* Act.1.c

c Simon Chana. *dicitur autem iſte Chananæus, non quia eſſet de genere Chanaan: ſed ſic nominatus à Chana, quæ eſt quædam uillula Galilęæ, vbi fuerunt illæ nuptiæ, de quibus habetur Ioh.ij.*

d Et Iu.Scari. *dicitur Scariothis non quia de genere Iſachar, vt dicunt aliqui, ſed à loco unde natus fuit Scarioth, qui eſt quidam uicus in Iudæa.*

e Qui & tra.eũ. *Iſtud additur ad differentiam Iudæ fratris Iacobi, & ad oſtendendum prophetiam Dauid completam, quæ dicit quòd Chriſtus eſſet tradendus à diſcipulo, ſecundum quòd dicitur in pſal. Etenim homo pacis meæ in quo ſperabam. Et ad excuſationem bonorum, quando in congregatione eorum aliquis malus reperitur.* Pſal.40.c

f Hos duodecim. *Hic traditur apoſtolis forma doctrinæ, & primò quantum ad locum cum dicitur,*

h In uiam gentium. *vbi prohibuit eis ne irent ad prędicandum gentilibus extra terram promiſſionis.*

i Et in ciui. *licet iſti eſſent in terra promiſſionis, tamen erant partim gentiles & partim Iudæi, vt habetur. iiij. Reg.xvij. Ductis enim decem tribubus in captiuitatem per regem aſſyriorum miſſi ſunt ab eo gentiles ad habitandum in Samaria, & in alijs ciuitatibus propinquis, ſed Dominus miſit leones qui interficiebant eos, & ideo ſuper hoc habito conſilio rex Aſſyriorum miſit unum de captiuis ſacerdotibus ad eos, ut doceret eos colere Dominum, unde & ipſi receperunt libros Moyſi tantum,* *& nihilo-*

## MORALITER.

✱ f *Hos duodecim miſit Ieſus.* Per iſtum numerum qui componitur ex denario & binario, ſignificatur quòd apoſtoli & eorum ſucceſſores, qui ſunt epiſcopi, debent præ cæteris implere decalogum legis, & duo præcepta charitatis.

g *Præcipiens eis & di. In ui. gen. ne abier.* Id eſt modum viuendi eorum non tenueritis: Quia ſicut dicit Greg. Tantum tranſcẽdere debet actionẽ populi actio pſulis, q̃tũ diſtat à grege vita paſtoris. In paſt.li.1

i *Et in ciuitates Samaritano.* per quas ſignificantur conuenticula & doctrinæ hæreticorum: Quia ſicut Samaritani partim tenebant vetus Teſtamentum, & partim negabant, ſic hæretici partim tenent fidem Chriſti, & partim negant.

l *Euntes autem prædicate dicentes, quia appropinquabit regnum cælorum.* Vetus enim Teſtamentum promittebat bona tranſitoria & terrena, ſed euangelium promittit cæleſtia & ęterna.

m *Infirmos curate, mort. &c.* Moraliter, Infirmi ſunt acidioſi in quibus non eſt vigor bene operandi. Mortui vero ſunt qui digna mortis opera faciunt. Leproſi ſunt luxurioſi, nam luxuria eſt uitiũ cõtagioſum ſicut lepra. Dęmoniaci ſunt ſortilegi. Iſtos curare debent prædicatores Euangelij. Et ſubditur modus curandi cum dicitur: Moraliter.

n *Gratis accepiſtis, gra. dat.* p hoc excluditur ab eis vitiũ Simoniæ.

 ✱ *Nolite poſſidere*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Au.ne.ar.* Qui hęc haberent, viderentur non cauſa ſalutis

E prædi are, ſe lucri.

Duo ſunt ge nera neceſſariorum b *Neq; pe.* Duo ſun genera neceſſariorum, vnum quo emun tur neceſſaria, aliud pſa neceſſaria. Per pecuniam in zonis, illud vnde emuntur: Per peram quod emitur, quod ibi reponitur. De hoc in paſſione. Quando miſi vos ſine ſacculo & pera nũ quid defuit vobis aliqd? At illi dixerunt: Non.

Plato c *Neq; cal.* Et Plato dicit duas corporũ ſummitates non eſſe velandas, nec aſſuetã fieri debere molliciem capitis & pedum: Cum autem hæc habuerint firmitatem, cetera robuſtiora ſunt.

d *Neq; vir.* Matthæus & Lucas dicunt neq; virgã Marcus non niſi virgã: quo noie ſignificatur ptãs accipiendi neceſſaria de qua & hic: Dignus eſt o. ci. ſ. Qua vti poſſunt, nec tñ inobedientes ſunt, qui de ſuo iure cedunt. Marcus dicit eos calciari ſãda iis vel ſoleis, vt neq; pes ſit tecti⁹ nec ad terrã nudus. i. nec occultet euangelium, nec terrenis cõmodis inhietur. Nõ indui duabus tunicis, ſimpliciter, non dupliciter ambulare.

Marc. 6.b Luc. 10.a Lucas dicit: Neminem ſalutaueritis, vt ſub quanta feſtinatione iter prædicationis ergere debeat, oſtendatur. Allego.

Allego. Quid per aurũ & argentum &c. ſignificatur Per aurum, oſtenditur ſapientia ſecularis. Per argentum, facundia rhetorica. Per pecuniam zonæ: ſapientia abſcondita. Per peram, onus ſeculi. Per calceamenta, mortuorum operum exempla, ne ſua opera per exempla ſtultorum tegant, ſed ſanctam terram ingreſſurus ſentus habeat nudos, & à malorũ exẽplis alienos: Nec debet alicuius præſidio carnalis inniti. Qui ſalutat in via, occaſione itineris facit, nõ ſtudio ſalutis: Hic eſt q nõ amore æternæ patriæ, ſed præmiorum ambitu ſalutem prædicat.

†veniat †Marc. 6.b

e *Dignus e*. Vnde ergo neceſſaria? Tantum accipite, quantum ad neceſſitatem

F ſufficit, vt inde ſecuri æternis melius vacetis.

f *Interrogate quis*. Teſtimonio vicinorũ eligendus eſt hoſpes, ne eius infamia prædicatio lædatur.

g *Dignus ſit*. Vt ſciat ſe magis accipere gratiam quàm dare.

h *Ibi manete*. Dat conſtantiæ generale mandatum, vt hoſpitalis neceſſitudinis iura cuſtodiãt, Ideo domus eligenda, vt mutandi hoſpitij neceſſitudiniſq; violandæ cauſa non ſuppetat.

i *Excutite puluerem de pedibus*. Per excuſſionem pulueris intelligitur amiſſio itineris. *Excutite puluerem*. ad conte- ſtationem ter-

a ¶Qui alios ad contemptum diuitiarum hortamini

a gratis date. Nõlite poſſidere au- b

a ¶Prope neceſſaria amputat, ne curent de craſtino, qui docent omnia regi à Deo.

b rum, neq; argẽtum, neq; pecuni- c

a ¶Non celarium ſecum veharit. ¶Nec ipſa neceſſaria.

am in zonis ueſtris† Non perã in d

a ¶Nil præter indumentum, quo contentus eſſe potes.

c uia, neq; duas tunicas, neq; calcea e f

a ¶Auxilium baculi. ¶Nec mirum. b ¶Ecce quare præcipit nihil ferre, quia omnia debentur eis.

d e menta, neque uirgãm. Dignus eſt g h

a ¶Quotando accipiemus.

enim operarius cibo ſuo. In quãm i k

cumq; autẽ ciuitatem aut caſtel-

f lum intraueritis, interrogate, quis l

a ¶Non eſt curſitandum per domos

g h in ea dignus ſit, & ibi mãnete, do- m

¶Ad alia migrari.

nec exeatis. Intrantes autem in do n

a ¶Pacem hoſpiti precamini, vt ſopiatur omnis repugnantia contra veritatem.

mum, ſalũtate eam dicentes: Pax o

a ¶Si fuerint ibi prædeſtinati ad vitam.

huic domui. Et ſiqdem fuerit do- p

a ¶Quam optatis.

mus illa digna, †ueniet pax ueſtra q

ſuper eam, ſi autem non fuerit di r

¶prædicationis merces à Deo vobis recompenſabitur.

gna, pax ueſtra ad uos†reuertet. s

†Et quicũq; nõ receperit uos, ne- t

¶Obedierit.

que audierit ſermones ueſtros, ex v

euntes foras de domo uel ciuita-

a ¶In ſignum terreni laboris inaniter expenſi, vel vt oſtenditis appetitum terrenorum non eſſe in actibus veſtris.

i te, excũtite puluerem de pedibus x

G

Marco autem accipitur virga ad literam, quia doctores Hebræorũ in ſignum doctrinæ portabant virgam in manu, & quia conſuetum erat apud Iudæos prouideri eis de victu a populo quem docebant, ideo Chriſtus voluit, quòd hoc ſufficeret apoſtolis pro aliqua prouiſione. per hoc. n. oſtendebatur, quòd populus cui prædicabant, debebat eis prouidere. vnde ſequitur,

h Dignus eſt enim. vbi oſtenditur qualiter debeant habere victum. ſ. à populo cui prædicabant, Et diuiditur in duas partes, quia primo oſtenditur, qualiter debent ſe habere ad recipientes ipſos, & ſecundò, qualiter ad non recipientes, ibi, Et quicunq; nõ receperint. Circa primum ſciendũ, q de iure naturali eſt & diuino & etiam humano, vt illi qui ſeruiunt communitati in ſpiritualibus, vt in diuino cultu & doctrina eis à communitate prouideatur in temporalibus, & hoc eſt quod dicit, Dignus eſt enim operarius. i. prædicator qui operatur opus Dei ad vtilitatem populi.

Diuiſio †Marc. 6.b 10. q. 3. c. præſens

i Cibo ſuo: id eſt victu conuenienti, in quo intelligitur veſtimentum & domicilium ſine quibus non viuit decenter genus humanum.

k In quamcunque autem ci. &c. id eſt fidelis & bonæ famæ, oſtendens quòd prædicator verbi diuini non debet ad loca mala & ſuſpecta declinare: quia per hoc impediretur doctrina eius tanquam ſuſpecta.

m Et ibi. donec exeatis tranſituri. ſ. alibi ad prædicandum. Non eſt tamen intelligendum, quòd per hoc velit excludere cauſas honeſtas exeundi: vt ad docendum vel huiuſmodi. cum propter hoc intrauerint ciuitatem, ſed per hoc vult excludere diſcurſus curioſos, & inutiles, qui non debent eſſe in prædicatore: ſed magis ceſſante neceſſitate exeundi debet vacare contemplationi, vt ibi hauriat quod poſtea populo in prædicatione effundat. † reuertatur

n Intrantes autem in domum, ſalutate eam, Id eſt homines habitantes in ea: quia parietes non ſunt ſalutandi: Modus ſalutationis ſubiungitur cum dicitur. H

o Dicentes, pax huic domui. quia prædicator verbi diuini debet habitantibus domum quam intrat pacem optare: & non ſolum optare, imo euangelium Chriſti prædicare, quod eſt euangelium veræ pacis.

p Et ſiquidem fuerit do. illa digna. i. ad vitam æternam prædeſtinata & ordinata.

q Veniet ſuper illam pax ueſtra. i. oratio veſtra & prædicatio habebit ibidem effectum.

r Si autem non fuerit digna. i. ad uitam æternam non prædeſtinata.

s Pax ueſtra reuertetur ad uos. i. dato q non habeat effectum quantum ad ipſos, tamen habebitis mercedem inde apud Deum.

t Et quicunque. Hic oſtendit qualiter ſe debent habere ad non recipientes eos nec prædicationem eorum di.

v Exeuntes foras de domo uel ciui. oſtendentes per ſignum manifeſtum, quòd non veniſtis ad prædicandum eis propter temporale lucrum, quia etiam puluerem qui adhæſit pedibus veſtris de loco ipſorum non vultis portare Vel aliter.

x Excutite puluerem de ped. &c. in teſtimonium laboris veſtri impenſi ad conuerſionem ipſorum, quamuis ipſi noluerunt recipere,

¶ ideo

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ tiam à Deo vobis collatam, ſiue ſit gratia gratum faciens, ſiue ſit gratia gratis data.

a Gratis date. eodem modo ſicut accepiſtis. Pro ſpiritualibus enim actibus, vt pro adminiſtratione ſacramentorum & prædicatione & conſimilibus, non debet aliquid accipi, quaſi precium Secundo oſtenditur cupiditas in male poſſidendo: & hanc excludit, cum dicit:

b Nolite poſſi. Prædicator enim verbi diuini debet eſſe abſolutus à ſollicitudine. Temporalia enim in ſui acquiſitione moleſtant animum, & adhuc plus in ſui poſſeſſione: quia ſunt iam quaſi membra incorporata ipſi habenti: & ideo magis trahunt animum hominis ad inordinatam dilectionem ſui, & quia hoc ſuffocat verbum Dei, ideo non debet eſſe in prædicatoribus euangelij Sequitur:

c Neq; pecuniam. ad prouidendum. ſ. vobis de neceſſarijs in via.

d Non peram. i. repoſitorium ciborum ad portandum in via. Hoc totum dicit ad excludendum ſollicitudinem temporalium à prædicatoribus verbi diuini: ſequitur,

e Neq; du. i. veſtes ſuperfluas. Terra enim promiſſionis calida eſt multum, & de communi curſu ſufficit vna tunica: illud enim quòd eſſet ibi ſufficiens vel etiam ſuperfluum, eſſet in regione frigida neceſſarium: & ideo per hoc non excluditur quin prædicatores euangelij habeant ſufficiens tegumentum.

f Neq; calcia. integra. ſ. quia apoſtoli vtebantur ſandalijs. vt habetur Mar. vi. b. ex quo patet quòd ſandalia non computabantur propriè inter calceamenta.

g Neq; uirgã. Contrarium videtur haberi Mar. vi. vbi dicitur, quòd Dominus præcepit apoſtolis, vt non portarent aliquid in via niſi virgã tantum. Dicendum, quòd virga hic & ibi accipitur æquiuocè. Hic enim virga accipitur metaphoricè, vnde ſenſus eſt, Neque uirgam. i. non innitamini

## MORALITER.

✱ a Nolite poſſidere aurum &c. In ſacra ſcriptura per aurum verum intelligitur ſapiẽtia diuina: Et per oppoſitum aurum falſum, eſt ſapientia terrena quæ animalis eſt & diabolica, vt dicitur Iac. iij d. Argẽtũ falſum eſt eloquentia deceptiua. Pecunia falſa, eſt malum ſimpliciter ſub bonitatis apparentia. Pera verò mala, eſt repoſitorium male acquiſitorum. Per duas tunicas, ſignificatur duplicitas. Per calceamenta quæ fiunt de pellibus mortuorum, fraudulentia in tractatu teſtamentorum virgam appetitus nimium dominãdi: Iſta nullo modo debent eſſe in prædicatoribus euangelij.

l Interrogate &c. Cauendum eſt enim prædicatoribus, ne locum ſuſpectũ intrẽt, & ne de euagatione inutili notẽtur, ideo ſubditur.

m Et ibi ma. &c. Intrantes autem in domum ſalutate eam. i. ſalutem habitantium in ea bonis verbis & exemplis procurate.

p Et ſiquidem fuerit domus illa digna. ueniet pax ueſtra &c. i. recipiẽt doctrinam veſtram. Quod ſi non fecerint, nihilominus à Deo habebitis mercedem.

x Excutite puluerem. Id eſt lenia peccata, quæ ſolent ex talibus accidere, etiam in hominibus perfectis.

✱ Amen dico



ſtationem terreni laboris, quẽ pro eis inaniter ſuſceperãt vel

A vt ab eis nec ad victũ aliqd accipiãt, nec terrenum aliquid ab eis qrere oſtẽdant, vt & puluerem de terra eorum ſibi non patiantur adhærere. Aliter: Pedes, ſunt opus & inceſſus prædicationis. Puluis, terrenæ leuitas cogitationis, a qua nec ſummi doctores poſſunt eſſe immunes, dum intendunt curis ſubditorum, & quaſi in itinere mundi puluerẽ legunt. Qui ergo recipiunt verbũ, ipſi curã doctorum in argumentum vertunt humilitatis: qui ſpernunt, ad teſtimoniũ damnationis inflectunt. Et ipſe eſt puluis, qui in euãgelij cõtẽptores extergi, & a quo per bonos auditores euangelizantium pedes iubentur ablui: immo per ipſum ſaluatorem narrant ablutі.

†1. q. 1. ca. nonne. infr. 11. c Luc. 10. b †Luc. 10. a

a *Ecce ego mit.* Illis ſua pœna ſeruabiť in futurũ, vos aũt oẽm exhibete patiẽtiam. *Ecce ego.* Congruit illi qđ ſm Iohannem Sicut miſit me pater ad paſſionem, ſic & ego mitto vos, non ad gaudia, ſed ad paſſiones. Vbi ſeruate innocẽtiã, qa q locũ pdicationis ſuſcipit, mala inferre non dẽt, ſed tolerare.

Ioan. 20. e †Mar. 13. b Lucæ 12. b & 21. c

*g Tunc.* Qui hactenus Iudæos cōiter increpauit, nūc noīati ciuitates exprimit. quæ frequenter audita doctrina & uiſis tot ſignis credere noluerūt q. bus non optat mala, ſed p̄dicit vētura.

Sup. 9. d — *h Væ tibi.* Supra vbi legit̄, qa circumibat Ieſus ciuitates & oēs vicos, curās

F omnem languorē: intelligendū eſt inter alias etiā in Corozaim & Bethſaida dñm feciſſe virtutes. Corozaim interpretatur myſterium meum Bethſaida domus fructuum vel venatorum.

*i Si in.* Hoc impletū mō videmus, qa

Act. 21. a — Corozaim & Bethſaida p̄nte dño credere noluerūt. Tyrus & Sidon poſtea p̄dicantib. apl̄is crediderunt: a Deo deuoti, vt Paulū Tyro abeūtē oēs cū vxorib. & liberis vſq; ad naues p̄ſeq̄rēt. Cur ergo nō credituris p̄dicauit, credituros euitauit, ipſe

Pſal. 24. b — ſcit cuius viæ ſunt mīa & veritas. Propoſuit tn̄ fines Iudęæ nō excedere, ne iuſtā phariſęis & ſacerdotibus pſequutionis occaſionē daret. Et erāt tūc q in Corozaim eſſēt vocādi: nec tn̄ de contemptu

a ¶ Hoc eſſe myſticum, & indigere intelligentia, oſtendit, cum ſubdit: Qui habet.
eſt Elias qui uenturus† eſt. Qui ha-
a ¶ Cordis. b ¶ Quod dixi myſtice intelligat.
bet aures audiendi audiat. † Cui au-
a ¶ Tot monita ſalutis audientem & nō obedientem.
tem ſimilē æſtimabo generationem
a ¶ Illud dicam. b ¶ Huic toti negotio. c ¶ Sicut Dauid & Ieremiæ.
iſtam? Similis eſt pueris ſedentibus
a ¶ Ieruſalem. ¶ Quantum ad monitores. ¶ Vbi leges, iura promuntur. ¶ Quantum ad monitos.
in foro, qui clamantes† coæqualibus
dicunt: Cecinimus vobis, et non ſal-
a ¶ Non aſſur. exiſtis oper. udo. b ¶ Pœnitentiæ lachrymas neceſſarias vobis prædicamus, & non acquieuiſtis, nec adhuc acquieſcitis. ¶ Per compaſſionem.
taſtis: †lamentauimus, *et non plan
a ¶ Exponit prædictam ſimilitudinem.
xiſtis. † Venit enim Iohannes, neq;
a ¶ Exemplo abſtinentiæ ſuæ pœnitentiam vobis indicens, & noluiſtis humiliari cum eo.
manducans neque bibens, & di-
cunt, dæmonium habet. Venit fi-
a ¶ Cibo & potu lætitiam futuri regni præſignans, & noluiſtis cum illo gaudere, ſed calumniati eſtis.
lius hominis manducans & bibens,
& dicunt: ecce homo † uorax & po-
tator uini, Publicanorum & pec-
a ¶ Quid quid me putetis, ego tamen Dei uirtus et Dei ſapientia iuſte facere intelligor ab apoſtolis.
catorum amicus. † Et iuſtificata eſt
a ¶ Quibus pater reuelauit quæ prudentibus abſcōdit.
ſapientia à filiis ſuis. Tunc cœpit
exprobrare ciuitatibus in quibus fa-
ctæ ſunt plurimæ uirtutes eius, quia
a ¶ Quæ quondam myſterium Dei tenuiſti.
nō egiſſent pœnitētiā. † Væ tibi Coro
a ¶ Quæ fructum gignere debuiſti, ad quam ſpirituales uenatores miſſi ſunt. b ¶ In ciuitatibus gentium, quas diabolus uenator in anguſtia tētationum cōprehēdit.
zain, uæ tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro

† terræ
† ſodalib.
*vobis
† edax
† Luc. 7. c
† Luc. 10. c

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *habebat veſtimentum de pilis camelorū. Secundo, in ſoliditate conſtantiæ. De Elia. n. ſcribitur, quod ipſe conſtanter arguebat regē Achab, &*

3. Reg. 22. f / 4. Reg. 1. d / Marc. 6. b — *Ochoziam regem. Similiter Ioannes conſtanter arguebat Herodē. Tertiò in autoritate doctrinæ, quia ſicut Elias venturus eſt per prædicationem ſuam, denuncians Chriſti aduentum ſecundum, ita Ioannes præuenit primum, vt dictum eſt ſupra iij. c. Et hoc notatur cum ſubditur:*

a Qui ha. au. *ad denunciandū, quod illud q̄ immediate præponitur myſtice eſt intelligendum.*

b Cui au. *hic conſequenter exprimitur condemnatio obſtinatorum, & primo ī generali reſpectu Iudæorū cōiter. ſcd̄o in ſpāli reſpectu aliquorū, qb. ſpālia beneficia contulerat, ibi: Tūc cœpit exprobrare. Ad euidētiam primi aduertēdū qd̄ multū ualde facit ad uirtutem, q̄ aliq à pueritia ſua ſint conſueti operib virtuoſis: & ideo expedit q̄ pueri exerceantur in ludis honeſtis & inducentibus ad uirtutem & retrahentib. a uitijs. propter quod pueri Hebræorum habebant talē ludum. Diuidebantur. n. in medio ciuitatis in duas partes æquales, & illi qui erant ex una parte canebant carmen lætitiæ, & alij ex oppoſita carmen lugubre: poſtea exprobrabant ſibi mutuo: Et exultantes dicebant alijs quare ſibi non congaudebant & econuerſo alijs. ſ. lamentantes quare ſibi non compatiebantur: & hoc fiebat ad exprimendum uanam lætitiam & defectum compaſſionis & amicitiæ ad inuicem in hoc mundo. Et hoc modo ſicut uidemus frequenter quod in eadem ciuitate immo & in eodem uico uel etiam in domo aliqui lætantur, & aliqui ex oppoſito triſtantur. Hoc ſimile erat de Iudæis q̄tum ad hoc, quia uiderant auſteritatem Ioannis, nec per hoc fuerant moti ad pœnitentiam: & poſtea dulcedinem & manſuetudinem Chriſti, qui dulcedinem miſericordiæ eis prædicauit, & cum eis dulciter & manſuete*

G *& manſuete conuerſatus eſt, nec graues pœnas impoſuit pœnitentib. ſ. dixit. Vade & noli amplius peccare. & tamen per hoc non fuerunt moti ad deuotionis dulcedinem & pietatis, ſed magis remanſerunt obſtinati in peccatis. ſ. utriuſq; uitam in malum interpretando. & hoc eſt quod dicitur:* Cui au. ſimilē &c. *de qua ſcribitur in c. ſe. Generatio mala & adultera ſignum quærit.* — Ioan. 8. b

e Similis eſt &c. *non quantum ad eorum innocentiam: ſed quantum ad ludi eorum interpretationem.*

d Qui cla. *quia pueri in partes æquales diuiſi ſibi dicebant mutuo ea quæ ſequuntur.*

e Ceci. uo. *& patet ex prædictis.*

f Venit enim Io. *Hic applicat ſimilitudinē ad propoſitum.*

g Neq; mā. neq; bi. *i. in abſtinentia maxima viuens. ille. n. qui parum comedit, dicitur non comedere ſecundū cōem modū loquendi, ſicut qui malè videt, dicitur non uidens.*

h Et dicunt. *Iudæi, ſcilicet.*

i Demo. ha. *auſteritatem Ioannis dæmoni attribuendo. dæmoniaci. n. poſſunt multa agere & pati quæ non poſſunt alij.*

k Venit fi. ho. *i. Chriſtus.*

l Mandu. & bi. *i. communē vitam inter homines ducēs. Hoc. n. debebat facere, quia erat mediator Dei, & hominum: & ideo talem vitam debuit communiter ducere, ut communiter uiuentes & peccatores haberent acceſſum familiarem ad ipſum.*

m Et dicunt. *ſcilicet phariſæi male interpretando.*

n Ecce homo uo. *in quo notant eum de exceſſu in quantitate cibi.*

o Et pota. ui. *in quo notant eum de ebrietate quod erat falſum: quia perfectiſſimæ vitæ fuit. vnde vt poſt baptiſmum quadraginta diebus & noctibus ieiunauit, vt ſupra viſum eſt.*

p Publica. & pecc. amic. *Hoc accipiebant ex hoc q̄ videbant eum cum eis comedentē, & bibentem, ut ſupra dictum eſt. c. ix. hoc tamen non erat, ut eorum uitia amaret, ſed magis vt ſanaret, ut ibidem dicitur:*

H q Et iuſtificata &c. *hoc dupliciter exponitur. Vno modo referendo ad apoſtolos: & eſt ſenſus: licet Chriſtus qui eſt ſapientia Dei patris ſit prędicto modo a phariſęis reprobatus, tamen iuſtificatus eſt. i. cognitus iuſtus à filijs ſuis, hoc eſt à diſcipulis, qui ſunt filij Chriſti per adoptionem, ſecundum quòd dicitur: Quotquod autem receper. eum &c. Aliter exponitur, referendo ad pueros Iudæorum prędicto modo ludentes. & tunc ſenſus eſt: Et iuſtificata eſt ſapientia. ſ. Ioannis & Chriſti.* — Ioan. 1. a

r Ad fi. ſu. *hoc eſt a filijs Iudæorum, quia declarata eſt eorum iuſtitia & ſapientia inquantum repreſentabatur per eorum ludum obſtinatio patrum ſuorum, ſicut patet ex prędictis.*

s Tunc cœ. expro. *Hic in ſpeciali oſtendit Chriſtus condemnationem aliquorum propter eorum ingratitudinem, quia illis prędicauerat Chriſtus frequenter, & inter eos miracula fecerat: & licet eius prędicationem primò recepiſſent deuote, tamen poſtea ad vomitum reuerſi, in infidelitate remanſerunt, ſicut prędictum fuerat per Iſai. ix. Primò tempore alleuiata eſt terra &c. ſicut expoſitum eſt c. iiij. & hoc eſt quod dicit:* Tunc cepit ex. &c. — Iſa. 9. a

t Væ tibi Corozaim &c. *iſta erat vna de ciuitatibus, in quibus prædicta fecerat.*

u Væ tibi Betzaida. *de iſta ciuitate erat Petrus, & Andreas.*

x Quia ſi in Tyro, & Sidone factæ. *quod patet, quia receperunt*

¶ *prædica-*

## MORALITER.

✱ phetas ſignificantur doctores vet. te. per Ioannem vero doctores noui: propter quod debent ei aſſimilari in tribus prædictis. ſ. mentis conſtantia, auſtera vita, & ſana doctrina.

*b Cui autem ſi. &c.* Sequitur:

*e Cecinimus vobis &c.* Illi vero non ſaltant ad cantum qui audientes prædicationem de gaudijs cœleſtibus, & non eleuantur ad ipſa per deuotionis affectum, & illi non plangunt ad lamentationem, qui prædicationem audiunt de punitione peccatorum, q̄ non mouentur ad aliquam contritionem.

*f Vę enim &c.* abſtinētia Ioannis fuit alijs exēplū pœnitentię. Manducatio verò Chriſti fuit alijs exēplum condeſcēſionis & miſericordiæ. per illos igitur, qui vtrunq; in malum interpretabātur, ſignificantur detractores, bonos actus aliorum nequiter deprauantes.

*t Tunc cę. ex. &c.* per iſtas ciuitates, in quibus Chriſtus frequenter

✱ prædica-



contemptu grauius puniendi. Tyrus anguſtia. Sidon, venatio.

A *a Et tu Capharnaum.* Non ſolum Corozaim & Bethſaidæ væ erit, ſed & tibi Capharnaum, quia.

*b Nunquid vſq; in cæ. exalta.* Nonne tu es quę fama hoſpitii mei, & ſignorum in te factorū famoſa efficeris. vel cōtra p̄dicationē meā ſupbiſſime reſtitiſti. Capharnaū interp̄tat̄ villa pulcherrima, in qua cōdēnat̄ pfida Ierl̄m, cui dr̄: Iuſtificata eſt Sodoma ſoror tua ex te. i. ex tui cōparatione cū illa exēplo Loth nō eſt correcta, tu filii Dei verbis & miraculis ſemper extitiſti ingrata. — Ezec. 16. b

*c Re. Ie.* R̄ndēs tacitę obiectioni, quaſi q̄reret, q̄ rō q̄ Iudaic⁹ ppl̄s dei cultor, Dei filiū in carne ueniētē tā obſtinat⁹ reiecit, quē gētilitas tā prona recepit?

*d Do. c. e.* Qui facis cælos, & relinqs in terrenitate quos vis, vel ad literam.

*e Parn.* Sapiētib. & prudētib. nō apponit īſipiētes & hebetes, ſed puulos, ut pbet ſe tumorē dānare, non acumen.

*f Ita pa.* Blādiētis affectu loq̄t vt inceptū ī apl̄is bn̄ficiū ɔpleat. Hic exēplū hūilitatis accipim⁹, ne temere diſcutere p̄ſumam⁹ ſupna ɔſilia de uocatiōe horū, & repulſione illorū. cū. n. vtrūq; attuliſſet, n̄ mox rōnē reddidit, ſed ſic Deo placitū dixit, oñdēs qa iniuſtū eſſe nō pōt qd̄ iuſto placet. In oīb. ergo q̄ exterius diſponunt̄, apertæ cauſa rationis eſt, occultæ iuſticia uoluntatis.

*g Quoniam ſic &c.* ne qs iterū quærat, cur humiles eligat, ſapiētes reprobet.

Myſtice — *h Omnia mi. &c.* Tradētē p̄rem & accipiētem filium myſtice intellige. Alioqn ſi iuxta fragilitatem nr̄am accipis, cum cęperit hr̄e q accepit, incipiet nō hēre q dedit, p oīa, cooīpotentē nota: p tradita, filium, cui per naturā oīa p vnius ſubſtātiæ iure ſunt ppria, nō data p gratiam. Tradita aūt oīa, nō cælū & terra & cætera q̄ fecit, ſed hi q p fi

B liū acceſſum habēt ad patrē, & an̄ rebelles, Dñm poſtea ſentire cęperunt. Tradita āt nō alia ſunt q̄ q̄ in filio ſoli nota ſunt p̄ri. Nota uero filio ſoli eſſe q̄ p̄ri ſunt, atq; ita in hoc mutuæ cognitionis ſecreto intell̄r, nō aliud in filio q̄ qd̄ in patre agnoſcibile ſit extitiſſe.

*i Et ne. no. fi. &c.* ſeipſum reuelare. Et nemo nouit patrem niſi filius, & cui patrem voluit reuelare Ad vtrūq;. n. illud ſubditum referī. Verbo. n. ſuo pater ſe declarat. Et verbum ſeipſum declarat, quia mentis noſtræ lumen eſt.

*k Niſi filius, & cui filius uoluerit.* Mutua cognitio, quæ eſt ęqualitate naturæ. Illa autem tantilla quæ in nobis eſt, dignatione reuelantis eſt.

*Tollite iu*

& Sidone factæ eſſent uirtutes, quæ
a ¶ Pro memoria pungentis peccati.
factæ ſunt in uobis, olim in † cilició
a ¶ Pro mortis conſideratione.
et cinere pænitentiam egiſſent. Ve-
a ¶ Sed neq; factæ ſunt in eis, neq; pœnituerunt, & tamen.
rumtamen dico uobis, Tyro & Si-
a ¶ Sicut minor fuit culpa eius quæ nuncios veritatis non habuit, quam eius quæ reſtitit, ita minor pœna.
doni remiſſius erit in die iudicii quā
a ¶ Quæ ſimili culpæ ſubiaces.
uobis. Et tu Capharnaum, † nun-
quid uſque in cœlum exaltaberis?
¶ Ideo maioribus ſupplicijs punieris, quia credere noluiſti uiſis uirtutibus.
Vſque in infernum deſcendes. Quia
ſi in Sodomis factæ fuiſſent uirtu-
a ¶ Certe. b ¶ Non contingiſſet eis ſubuerſio, vbi fuiſſet correctio.
tes, quæ factæ ſunt in te, forte manſiſſent vſque in hanc diem. † Verum
tamen dico uobis, quia terræ Sodo-
a ¶ Quia minor culpa.
morum remiſſius erit in die iudicii,
¶ Cum exprobraſſet Iudæis.
quàm tibi. In illo tempore reſpon-
a ¶ Gratias ago in te exulto.
dens Ieſus, dixit: † Confiteor tibi
a ¶ Mi. b ¶ Non pater.
pater domine cæli & terræ, quia ab-
a ¶ Sacramentum mei aduentus. b ¶ Scribis & phariſæis qui ſibi ſapere videntur.
ſcondiſti hæc à ſapientibus & prudē-
¶ Et hoc per me. ¶ Humilibus ſpiritu.
tibus, & reuelaſti ea paruulis. Ita pa-
a ¶ Vt humilis redeat, qui ſuperbiendo receſſit.
ter, quoniam ſic fuit † placitum an-
¶ Coomnipotens. ¶ Conſubſtantialis patri.
te te. Omnia mihi tradita ſunt à pa-
¶ Hoc naturæ.
tre meo. Et nemo nouit filium ni-
¶ Non quod ſolus.
ſi pater: neque patrem quis nouit
¶ Hoc naturæ. ¶ Hoc gratiæ.
niſi filius, & cui filius uoluerit re-
a ¶ Et quia per me habetis acceſſum ad patrem. ¶ Credendo obediendo.
uelare. Venite ad me omnes qui

† ſacco
† quæ ea uſque ad cælum exaltata vſque in
† Gratias ago.
† bona uoluntas

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *prædicationes Apoſtolorū & deuote crediderunt, vt patet Act. xxi. vbi Paulum conduxerunt vſq; ad nauem ex deuotione. Per hoc tamen, non intelligitur aliqua uariabilitas in diuina prædeſtinatione, ſed tantum in hominum uoluntate.*

a Verūtn̄ dico. *Quia grauius eſt auditam fidem repellere, quam mori in gentilitate. Illi aūt erant gentiles, qui habitabant in Tyro & Sidone.*

b Et tu. *hoc dicit improperando, quia per prædicationem Chriſti & miracula debuiſſet exaltari ad diuina: ſed quia propter peccatum ingratitudinis ſemper peiora prioribus inferuntur, ideo ſequitur:* Vſq; infer.

c Quia ſi in ſo. *qui tum fuerunt homines peſſimi, vt habetur Gen. xiij.*

d Factæ fu. *quia feciſſent pn̄iam ſicut Niniuitæ ad prædicationem Ionæ. Dicit autem forte, non ad notandum dubitationem ex parte ſua, ſed ad denotandum mutabilitatem liberi arbitrij ex parte hominis.*

e Veruntamen di. *quia repugnatio veritatis agnitæ quæ fuit in iſtis, quia veritatem Dei cognitam per prædicationem Chriſti poſtea impugnauerunt, cum ſit ſpēs peccati in ſpiritumſanctum, grauius eſt peccatū q̄ ſit uitium luxuriæ contra naturam quo erant infecti iſti ſodomitæ.*

f In il. tem. *Hic conſequenter ponitur deuotorum commendatio: Et circa deuotionem primo ponitur principium motiuum. ſecundo ipſum medium, ibi: Omnia mi. tra. ſunt. Circa primum aduertendum quòd poſſet ab aliquo quæri, quæ fuit cauſa quòd Iudæi literati & in populo famoſi pro maiori parte in infidelitate remanſerunt, ſimplices autem & literati ad fidem uocati ſunt. Huic quæſtioni tacite reſpondet Chriſtus per modum*

C *dum diuinæ laudis, dicens:*

g Confi. t. *i. ad gloriam tuam declaro.*

h Quia abſcon. hæc. *i. myſterio fidei.*

i Aſa & pru. *in ſapientia humana confidentibus, & iſti ſunt ſapientes in oculis ſuis tantum, ſed non ſimpliciter.*

k Et re ea. par. *i. humilib. & ſic patet q̄ cā a parte credentium fuit eorum humilitas: q̄ ad ſapīam diſponit, vt dicitur Prou. xi. Vbi humilitas, ibi ſapīa. ex parte autē nō credentium fuit eorum ſuperbia, quæ eſt intellectus excæcatiua, ſed ex parte Dei cā fuit ſimplex uoluntas diuina, & hoc eſt quòd ſubdit:*

l Qm̄ ſic fu. &c. *Qd̄. n. aliq ſint electi, & aliq reprobati: bene pot aſſignari cā in generali etiā ex pte Dei, ut in electis appareat Dei miſericordia, in alijs autem eius iuſticia, qa ſicut ad gloriam regis terreni & decorem ſui regni non ſolum pertinet aula in qua ſtrenui milites honorantur, ſed etiam patibulum in quo maleſactores puniuntur, ſic ad gloriam Dei non ſolum ptinet p̄miatio btōrum, ſed et punitio reproborū. In ſpāli tamen non poteſt aſſignari ratio ex parte Dei, quare iſtū eligat et illū dimittat, niſi eius ſimplex uoluntas. unde dicit Aug. Quare illum trahat, illū aūt dimittat, noli uelle diiudicare, ſi nō uis errare.* — De prædeſt. ſan. c. 9. cir. prim. 19. 7. † 1. q. c. nōne

m Oīa mi t. ſunt. *hic ponitur p̄dictæ uocationis mediū. Xp̄s. n. mediator ē Dei et hoīm. Debitus eſt āt proceſſus, vt ab extremo in extremū pcedatur p mediū, & iō oīs pceſſus gratiæ deriuatur ad nos p Chriſtum, & hoc eſt quod dicit:* Omnia mi. tra. *qd̄ uerum eſt in Xp̄o. qa ſcd̄m naturā diuinā hēt eſſe a p̄re, & p cōſeq̄ns poſſe, licet habeat idē eē nūero & poſſe cū ipſo. & ſic oīa ſūt ſibi tradita a patre ab æterno, ſcd̄m āt naturā hūanā oīa tradita ſūt in poteſtate Chriſti & dominio à Deo patre. Sed hoc intelligēdū eſt dupliciter. Vno mō q̄tū ad autoritatē, & ſic oīa creata ſūt ſibi ſubdita ab inſtāti cōceptionis: qa eo ipo q̄ natura hūana verbo eſt unita, oīa creata ſūt ſubiecta ſibi. Alio mō q̄tū ad effectū, & ſic in iudicio omnia erunt ſubiecta pedib. eius: quia tūc eius voluntas perfecte implebitur in oīb. ut habetur ad Heb. x. Et qa ſcd̄m diuinam naturā idē eſt cū patre, iō ſubditur:* — Luc. 10. d

D Hebr. 10. c

n Et ne. no. fi. *eodē mō, nō tamē per hoc excluditur ſpūſſctūs, qa dictio excluſiua addita uni perſonæ in diuinis reſpū termini eſſentialis, nō excludit aliā, ſed potius includit: qa licet alia ſit perſona patris, alia filij & alia ſpūſſctī, tn̄ iſtæ tres perſonæ ſunt vnus Deus, ita q̄ nec in diuinitate, nec in eſſētialib. hēnt alietatē aliq. dictio aūt excluſiua ſolū excludit qd̄ alietatē importat. Noticia āt abſolute ſumpta, eſſentialiter accipitur, & iō cōmunis eſt tribus, & iō cū dicitur, q̄ nemo no. fi. ni. pater &c. per hāc dictionē excluſiuā, niſi, ab hac noticia nō excluditur ſpūſſctūs, ſed magis includitur, ut dictū eſt. Sciēdū ēt, q̄ hæc dictio nemo, non accipitur proprie. i. nullus homo. quod patet per hoc q̄ ab iſta uniuerſali negatiua excipitur pater per dictionē excluſiuam, cum ſubditur:*

o Niſi pat. *qui tamen pater non eſt homo. ſolus enim filius in diuinis eſt homo. & ideo dicendum, quòd nemo, ibi accipitur magis large. i. nullum ſuppoſitum naturæ intellectualis, & ſic bene excipitur pater, qui licet non ſit homo, eſt tamen natura intellectualis, & tamen ipſe cognoſcit filium perfecte. Et quia Chriſtus eſt mediator Dei, & hominum, ideo noticia diuinorum ad nos deriuatur per ipſum, propter quod ſubditur:*

p Et cui. *non quia iſti quibus fit reuelatio mediante filio habeant noticiam comprehenſionis ſicut filius, quia hoc eſt impoſſibile creaturæ, illud. n. quod comprehenditur. totaliter & perfecte cognoſcitur, & quia dictum eſt Dei filius eſt mediator Dei & hominum, ideo conſequenter oſtēdit quòd familiariter & ſecure poſſumus accedere ad ipſum, di.*

q Venite ad &c. *ſub onere legis, quod onus fuit importabile patribus antiquis, ut habetur Act. xv.* — Act. 15. b

¶ Et ego reſi-

## MORALITER.

✱ prædicauerat & miracula fecerat, ſignificātur illi, qui frequēter audiūt Dei verbum, & vidēt exempla uirtutum, & tn̄ in pct̄is ſuis obdurantur, ppter quod cæteris paribus alijs grauius punientur,

*f In il. tem. &c.* ſequitur:

*k Et re. &c.* magnus honor ex hoc eſt humilibus ueris, quia ſunt de ſecreto conſilio ſummi Regis, & quoniam humilibus omnia patienter ſuſtinentib. frequenter imponuntur grauia, ideo indigent recreatione diuina: propterea ſubditur: *Venite ad me &c.*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Tollite iugum &c.* Iugum Chriſti euāgeliū eſt, qđ Iudęos et
E gētes in vna fide cōiūgit. *Tollite ſuper uos.* i. in honore habete: ñ ſubtus, vt cōtēnatis. Qui laboratis, difficultate legis, & onerati peccatis. ſ. reficiam ſi iugū tollitis. i. pręcepta mea. Et quid iugo eius ſuauius, quid onere leuius? probabilem fieri, abſtinere a malo, bonum velle, amare omnes, ęterna ſequi, præſentibus non capi, nolle alii facere quod pati non vis.

b *Di. a me.* docente verbo & exemplo, vt ſitis humiles mētib. mites moribus. Humiles vt neminem contemnāt. Mites vt nullum lædant. Corde, vt idem extra in opere ut & in corde, ne lateat ſerpens in ſpecie columbæ. († s. quæ. 6. quæ ſcit.)

c *Iugum enim meum.* Qūo euangelium lege leuius eſt, cum ibi opera hic & cōcupiſcētia damnetur. Sed in lege multa iubentur, quæ apoſtolus impleri nō poſſe dicit, hic voluntas quæritur quæ in arbitrio noſtro eſt, & quæ ſola ſufficere poteſt & p̄mium habere. Itē qūo iugum Chriſti ſuaue, cum ſupra dicat: Arta via eſt quę ducit ad vitam. Sed anguſta quia non niſi anguſto initio incipitur. proceſſu vero temporis ineffabili dilectionis dulcedine dilatatur. († cōmodū, vel blādū. ſup. 7. b)

d *O. me.* quia illud momentaneum noſtræ tribulationis æternum pondus glorię operatur in cælis.

a ¶ Quaſi uicti. b ¶ Peccatis, uel iugo legis.

laboratis & onerati eſtis, & ego † reficiam vos. Tollite iugum meū ſuper uos, & † diſcite à me, qa mitis ſū, et humilis corde, et inuenietis requiē animabus ueſtris. Iugū n. meū † ſuaue eſt, & onus meū leue.

(a ¶ Interius non tantum exonerabo. a ¶ In fide combinatos. ¶ Quia nullum lædo. ¶ Moribus. a ¶ Quia nullum deſpicio. ¶ Mente. b Non ficte. ſ. a ¶ Hic ſ. ſe, & poſtea re. b ¶ Euangelium. a ¶ Non detractantibus, ſed dilatato corde currentibus b ¶ Diſciplina.)

(† recreabo refocillabo)

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et ego re. vos, *in præſenti per gratiā, & in futuro per gloriam.*

b Tollite. *uolentarie. ſ.*

c Iugum meum ſu. *i. legem euangelicam, quæ dicitur iugum a iungo gis. quia lex euangelica eſt lex amoris, & per cōſequēs iūgit fideles adinuicem, Iudæos & Gentiles, quia amor eſt vis vnitiua ſecundum Diony. conſequenter oſtendit qualiter nutriatur amor iſte, dicens.*

d Diſcite a me. *nullum lædendo.*

e Et humilis corde. *neminem contemnendo. Iſtis autem duobus maxime nutritur dilectio. Premium autem amoris ſubiungit, cum di.*

f Et inuenietis re. a. ve. *quia ſecundum quòd dicit Auguſt. lib. confeſ. Inquietum eſt cor meum, donec requieſcat in te: Quæ quidem quies hic inchoatur, ſed in patria perficitur, ubi charitas conſummatur. Et ne ex iugo legis euangelicæ aliqui terreantur, ideo ſubditur:* (Lib. 1. c. 1. tom. 1.)

F g Iugum enim &c. *quia ſecundum quòd dicitur 1. Io. 5. a. Mandata eius grauia non ſunt. quod exponens Aug. dicit. ſ. amanti.* (De bo. iud. c. 21. to. 4.)

In ca. xj. vbi dicitur in poſtilla: Et ideo aliter dicendum, quòd Iohannes non dubitauit de prædictis.

### ADDITIO.

*Hæc ratio poſtillatoris non uidetur conſona literę ſequenti, cū dicit: Euntes renunciate Iohanni quæ audiſtis & vidiſtis &c. Si enim Iohannes non proponebat hanc qōnem propter ſe, ſed tantum propter diſcipulos, cum hoc non latebat Chriſtum, qui cogitationes hominum perfecte cognoſcebat, ſuperfluum & impertinens uidetur dicere: Renunciate Iohanni: Iohannes enim de hoc certus erat. ſed potius debuiſſet dicere. Attendite quę audiſtis & uidiſtis, dirigendo uerba ſua diſcipulis qui hoc indigebat, ut dicit poſtillator, nō autem Iohannes. Sed meliori iudicio ſemper ſaluo ad hanc admirationem tollendam aliter poſſet dici. Pro cuius declaratione attendendum, quòd non eſt inconueniens, vt quis ſciens aliquam ueritatem certitudinaliter per unum modum, ulterius proficiat ſciendo eandem ueritatem per alium modum, licet ſecundus modus ſciēdi nō ſit ita perfectus ſicut primus. Quod patet ex hoc, nam Chriſtus qui nō ſolum ſcd̄m ſciam increatam, ſed ēt ſecūdum ſciam infuſam oīa cognouit, vt cōiter tenetur: ſcd̄m tamē ſciam acquiſitam. ſ. experimentalē legitur profeciſſe. Ieſus proficiebat ſcia & ætate &c. Similiter dicēdum eſt, quod licet Iohannes certitudinaliter cognouiſſet Chriſtum per diuinam reuelationem, & per ſpiritum ſanctum ſub forma viſibili deſcēdētē, & hmōi: adhuc tamē poterat proficere in ipſius cognitione experimētali hoc eſt cum experientiam haberet, quòd opera ipſius Chriſti manifeſte correſponderent his quæ de eo in propheticis ſcripturis prænoſticata fuerūt, iuxta illud. Opera quę ego facio teſtimonium perhibēt de me. ſed cum quęlibet cognitionis perfectio ſit appetibilis ſeu deſiderabilis, præſertim cognitio Chriſti, idcirco Iohannes non dubitando de Chriſto an eſſet Chriſtus, ſed potius deſiderando habere ipſius cognitionem experimentalem ex operibus, quam iam habuerat ex reuelatione diuina, dicebat: Es tu, an alium expectamus? hoc eſt dicere: deſidero te cognoſcere eſſe Chriſtum ex operibus per te factis, ſicut te iam cognoui per inſpirationem ſeu diuinam reuelationem. unde notanter dicit euangeliſta: Cum audiſſet Ioh. opera Chriſti &c. licet enim uiderat Chriſtum & ipſum uere cognouerat, ut dictum eſt, nō tamē viderat opera Chriſti præſertim illa quæ teſtimoniū de ipſo perhibebant. ſ. miracula. Ad qđ Chriſtus tanquā ſciens cogitationē cordis ipſius Ioānis, propriè reſpōdit: Renūciate Ioanni &c. Vbi attendēdum, q̄ nō ſolū dixit, renunciate Ioāni quæ vidiſtis, licet fortè hoc videretur ſufficere: ſed dixit, q̄ vidiſtis & audiſtis, ad denotādum, q̄ ea quæ audierāt à prophetis per Chriſtum fiēda, videbant per ipſum impleta. vnde dicit: Ceci vident, & clau. amb. &c. Hæc enim miracula in propria forma legūtur in propheticis vaticinijs. vnde Iſa. 35. loquēs de Chriſto ait: Deus veniet, & ſaluabit nos. Sequitur: Tūc aperiētur oculi corū. Similiter Iſa. lxi. Ad annūciandū. ſ. euange. pauperibus miſit me. Ex quibus patet, q̄ Xp̄s in hac reſpōſione ſatisfaciebat deſiderio Ioānis rectè ordinato circa cognitionē Chriſti, oſtendendo q̄ opera ſua miraculoſa correſpondebant vaticinijs ꝓphetarū: & ſic poterat de Chriſto notitiam experimentalem habere ex operibus, de quo iam habuerat notitiam diuinitus reuelatam.* (Luc. 2. g; Ioan. 10. a) G

### REPLICA.

In c. xj. vbi agit de qōne Iohānis baptiſtæ ad Ieſū, de qua poſtil. dicit, cum qō ſit dubitabilis propoſitio, nō mouetur in perſona Iohannis, qui fuit per diuinam reuelationem & occultam uiſionem certificatus, ſed mouetur in perſona diſcipulorum Iohannis hæſitantium, ſed Burg. dicit taliter dictum non eſſe conſonum literæ, quæ dicit reſpōdēdo, Eūtes renūciate Iohāni, q̄ reſpondet Iohāni, non diſcipulis eius. Ad qđ poteſt dici dupliciter: Primo q̄ remiſit Chriſtus diſcipulos ad Iohānē, vt ex relatione diſcipulorum hæſitātium Iohannes materiam acciperet eos plenius informādi. ſcđo dici poteſt, quòd Chriſtus tenuit modū curialē. nā directe reſpondendo ad diſcipulorum hæſitationem quam nouit, uiſus fuiſſet hæſitationem eorum redarguiſſe, qđ curiale non fuiſſet circa legationem Iohannis factam. Curialitas igitur videtur tam ex parte quærentis, quam ex parte reſpondentis, dum & Iohannes in ſua perſona incredulitatē diſcipulorū nō detegeret, & Chriſtus ſic curialiter q̄renti rn̄dit, ne incredulitatē legatoris increpare videretur. cū ad forū Iohannis pertinerēt. Mō aūt dicendi Burg. quē hic addit, multa inconuenientia contingunt. primo quia ponit Iohannem per diuinam reuelationem de Chriſto & de his quæ de ipſo erant ſcripta, certitudinaliter & ſufficienter inſtructum, & tamen quòd Iohannes petiuit amplius inſtrui. ex ſecunda enim parte infertur oppoſitum primæ partis, quia bene ſequitur, Ille petit de. a. concluſione perfectius inſtrui, igitur perfecte non fuit inſtructus, cuius oppoſitum dicit Burg. addens quòd ſecundus modus ſciendi non ſit ita perfectus ſicut primus, ex quo patet Iohānem plus q̄ſiſſe curioſa quam vtilia, ſicut logica ſm̄ cōmentatorem. ij. metaph. nō eſt ſcia, ſed modus ſciendi. qui igitur eſſet perfecte inſtructus in theologia, & poſt q̄reret ſcire logicam, curioſus veniret iudicandus. Secundū inconueniens: quia Burg. dicit Dn̄m noſtrū Ieſum Chriſtū profeciſſe ſcia acquiſita per experientiam: & hoc videtur dubium. nam ſi Chriſtus aliquid didiciſſet per experientiā, qđ prius vel qualiter prius non nouit, ſequitur q̄ non fuit ab inſtanti conceptionis ſuæ oīſciens, qđ eſt contra ſanctos doctores & magiſtrum li. iij. diſ. xiiij. ſed xiij. di. exponit qūo intelliḡr Xp̄m profeciſſe, non vt Burgē. vuit. Tertium quod Burg. ponit Iohannem baptiſtā mouiſſe ſui ex parte qōnem, vt eum quem ſciret eſſe Chriſtum per diuinam reuelationem & ſenſibilem oſtenſionem etiam ſciret per miraculorum operationem, uidetur abſurdum, quia Iudæi non ita plene docti de Chriſti aduentu cum peterent ſigna, audierunt: Generatio praua ſignum quærit, & ſic Iohannes videtur ad generationem prauam pertinere, eo quòd ab infallibili veritate doctus ſingularia ſigna & fallibilia quærit ſm̄ Burg. quod abſurdum dicere videtur. Confirmatur, quia poſt medium ſciendi infallibile, ſi verum diceret Burg. Iohannes quæſiuiſſet medium ſciēdi valde fallax. ſ. operationē miraculorum, nam & praui antichriſtiani dabunt talia media non ad inſtruendum ſed ad fallendum, vt dicit beatus Aug. & quam plrima alia quæ cōtingunt huic ſingularitati. (H; Tex. cō. 15.; Matt. 12.; 2. de ciuita. Dei. 14. 13. to. 5. & lib. 83. q. q. 53. tom. 4.)

## GLOS. ORDI. CAP. XII.

IN *illo tempore.* Narrata predicatione & miraculis vnius anni ante qōnem Ioannis factis, tranſit ad illa quæ facta ſunt alio anno. ſ. poſt mortem Ioannis, quando iam in omnibus Chriſto contradicitur. *Abijt Ieſus per.* Alleg. Sata, ſunt auditores, per quæ diſcipuli tranſeunt, cum ſollicite doctores inſpiciunt, quomodo unūquemq; attrahere poſſint, quorū ſalutē eſuriūt. Spicas vellunt, dū ſingulos hoīes a terrena intētione retrahūt. (Allegor.)

Fricant

## NIC. DE LYRA CAP. XII.

IN illo tempore. *Poſtquam poſita eſt confirmatio dubitātium c. præce. vt patet in diſcipulis Iohānis, hic cōſequenter ponitur confutatio impugnātium. ſ. phariſæorum. Et diuiditur in quatuor partes: quia aliqui impugnabāt Ieſum Chriſtum reprehēdēdo eius veritatem* (Diuiſio)

## CAP. XII.

a IN illo tempore. † Abiit
b Ieſus per ſata ſabbato:

(a ¶ Iterum datur occaſio contradicendi Iudęis.)

## MORALITER.

✱ a *In illo tempore abijt Ieſus per ſa. &c.* Per ſata poteſt intelligi gētilium doctrina, in qua ſunt multæ ſpicæ. i. dicta philoſophica ha- († Mar. 2. b; Luc. 6. a)



Fricant, dum exemplis virtutum ēt a concupiſcentia carnis
A metes exuunt. Grana comedūt, dum emūdatos in corpus eccleſię traijciunt. Bn̄ hoc agunt diſcipuli ante Dn̄m, qa neceſſe eſt pręcedat ſermo doctoris, & ſic gratia illuſtrabit auditoris: Sabbato, quia hoc agūt ſpe quietis ęternę, ad quā & alios inuitant. Moraliter: Itē p̄ ſata cum Dn̄o ambulant, q̄ diuinis impijs ſtudentes in ſcripturarū meditatione delectantur. Eſuriūt, q̄ in eis panem vitę. i. Dei amorē inuenire deſiderant. Sabbato, dū a turbidis cogitationibus vacare, & videre quā ſuauis eſt Dn̄s, gaudēt. Vellunt ſpicas & terūt, cū teſtimonia aſſumūt & diſcutiūt, donec in eis medullā dilectionis inueniunt, q̄ latebat in litera. Sed q̄ ſolā ſupficiē literæ ſequunē, neq; mētis refectionem norūt neq; animarum requiem quærūt, vn̄ confutatio ſequitur: At ille dixit eis: (Moraliter)

a *Eſurientes &c.* Quia vt alius ait Euāgeliſta, nec locū veſcēdi hēbāt ꝓp turbis: p̄p nimiā importunitatē eorū. Alij Euāgeliſtę addūt, manibus cōfricaſſe. Vn̄ & Petro dr̄: Macta & māduca. (Luc. 6. a; Act. 10. b)

b *Non li.* Scd̄m p̄ceptū legis. Sed qa alia ſcriptura dicit: Miſericordiā malo q̄ ſacrificiū. Melius fuit hominē de famis periculo liberare, q̄ ſacrificiū deo offerre: qa hoſtia Deo placēs eſt ſalus hominum. De vaſtatione frugum nō arguūt qa licet per legem inde edere. (Oſee 6. c)

c *At ille dixit &c.* In hoc facto nihil aliud inſtruimur, niſi vt ſabbatum nō ad literam; ſed ſpūaliter intelligamus.

d *Non legi.* Si Dauid & Abimelech nō rep̄hendiē, quorum vterq; mandatū legis probabili neceſſitate trāſgreſſus eſt, & hic ſimilis cauſa famis eſt, cur non idem probatis in apoſtolis. (1. Re. 21. b)

e *Panes propo.* ſignificauit ſacerdotalē cibū tranſiturū in vſum populorum. († innoxios)

B Vel qa oēs ſacerdotes debemus imitari. Comedit in ſabbato, quando de menſa tollebantur alijs ſubſtitutis. Erat etiam tunc neomeniæ dies.

f *Quia ſab. ſa.* Hic ſine neceſſitate oſtēdit ſabbatum violari ab ipſis qui calūniantur. Vnū exēplum datū eſt regiæ poteſtatis, de Dauid, aliud ſacerdotalis, de his qui p̄ miniſterium templi ſabbatum violāt, vt multo minus ad ip̄m pertineat crimen ſpicarū ſabbato vulſarum, qui verus rex & ſacerdos eſt & Dominus ſabbati. (* erat ibi)

g *Dico autem vo.* Q. Si figurale templum potuit defendere ſacerdotes ſibi ſeruientes, cur ſpirituale non poteſt defendere diſcipulos ſibi credentes.

h *Si au.* Et vt oſtēderet oīa futuri tp̄is ſpeciē cōtinere, adiecit: Si autem ſciretis. i. quia Deus per gratiam diſpoſuit liberare populum, & non per exteriores obſeruantias, non reprehenderetis meos, ſi vetera omittunt.

i *Dominus eſt enim.* Si Dauid paſtus & ſacerdotes templi miniſterio ſabbatum violantes ſine crimine ſunt, quanto magis filius hominis qui verus eſt rex & ſacerdos & Dn̄s ſabbati?

k *Et ecce homo* Iſte homo dr̄ cemētarius fuiſſe, qa manus cui ſpūalis ędificij cura cōmiſſa fuit, arida erat vſq; ad tp̄s Chriſti. *Ecce ho. ma.* Significat humanū genus in fœcūditate boni operis arefactū pro manu ad pomū extēſa, quā ſanauit manus innocēs in cruce extēſa. Bn̄ manus in ſynagoga erat arida, quia vbi maius donū ſcię, ibi tranſgreſſor maiori ſubiacet culpæ.

l *Interrog.* Quia diſcipulos de violatione ſabbati probabili exemplo excuſauerat, ipſum volunt calumniari, vt ſi non curet crudelitatis, vel imbecillitatis, vel curet, tranſgreſſionis arguāt. Mat. dicit interrogaſſe, Mar. & Lu. interrogatos eſſe. Sed ſciendū, q̄ illi prius interrogauerunt, deinde intelligēs cogitationes accuſationesq; quærētiū cōſtituit in medio ſanādū. & interrogauit, qđ Mar. & Lu. ait: Et tūc illis tacētibus propoſuit ſimile (Marc. 3. a; Luc. 6. b)

a † diſcipuli autem eius eſurientes cœperunt uellere ſpicas & manducare. Phariſęi autem videntes dixerunt ei: Eccē diſcipuli tui faciunt
b quod non licet eis facere ſabbatis. At
c ille dixit eis: † non legiſtis quid fece-
d rit Dauid, quādo eſurijt, & qui cum eo erant: quomodo intrauit in do-
e mum Dei, & panes propoſitionis comedit, quos non licebat ei edere, neq; his qui cum eo erant, niſi ſolis ſacerdotibus? Aut non legiſtis in le-
f ge: quia ſabbatis ſacerdotes in templo ſabbatum violant, et † ſine crimi-
g ne ſunt: Dico autē vobis, quia tem-
h plo maior eſt hic. † Si autem ſciretis, quid eſt miſericordiam volo, & non ſacrificium: nunquam condem-
i naſſetis † innocentes. † Dominus eſt enim filius hominis, etiam ſabbathi. Et cum inde tranſiſſet, ue-
k nit in ſynagogam eorum. † Et ecce
l homo* manū habens aridā, & inter

(a ¶ Auſtera vita, non preparatos, ſed ſimplices cibos quęrere, vel comedere. a ¶ Peccatorum conuerſio ſtultis ſabbati defenſoribus diſplicet, ſed a ſabbati Domino probatur. a ¶ Nota quod apoſtoli literam ſabbati deſtruunt. a ¶ De vinea vel fruge vicini licet edere, ſed non falcem mittere, vel foras eijcere. a ¶ Dum tauros cedunt, pueros circuncidunt; & dum vnam legem ſeruāt, ſabbatum deſtruunt. b ¶ Tamen. a ¶ Ipſe Ieſus Dominus templi. ¶ In hoc loco. a Quam & Abimelech fecit, dum eſurientes pauit. ¶ Id eſt apoſtolos. a quid eſt præeſt, & non ſubeſt veteri obſeruantiæ, & ideo non peccat qui ſecundum eius ordinationem obſeruat. a ¶ Altero ſabbato, vt Lucas ait.)

C *cum inde tranſiſſet. In prima ergo parte reprehendunt eum de hoc quòd diſcipuli eius tranſeuntes die ſabbati per blada vellebant ſpicas, & cōfricantes manducabant grana, quaſi cōtra legē agerēt ex Chriſti doctrina. Conſiderandū tamen, q̄ non arguebant eos agere cōtra legē quaſi raperent alienū, qa licitum erat intrare ſegetem proximi & comedere, nō tamen metere falce, vt habetur Deut. xxiij. ſed quia violabant ſabbatū, quia præceptum erat in lege quòd cibaria præparentur die præcedenti & non in die ſabbati, vt habetur Exod. xvi. Ipſi aūt p̄parabāt ſibi cibū ſpicas fricando, & hoc eſt quod ſubditur:* Diſcipuli tui. *qđ non licet eis facere ſabbatis. Sed Chriſtus reſpondet eis oſtendendo, q̄ non faciebant cōtra legem, qa aliquid quod eſt lege prohibitū, bene efficitur licitum propter neceſſitatem imminentem. Sicut Dauid qui legitur ſanctus, manducauit panes propoſitionis ſibi datos a ſacerdote in neceſſitate, & tamen in lege erat præceptum, q̄ ſoli ſacerdotes comederent: qui ſacerdos inde nō reprobatur, q̄ dedit alijs, nec etiā Dauid, q̄ comedit cū viris ſuis. Ex hoc patet, q̄ neceſſitas faciebat aliquid licitum, quod alias eſſet illicitum. Sic in propoſito, dato quòd nō eſſet licitū fricare ſpicas in die ſabbati, tamen fiebat licitum propter neceſſitatem famis: & hoc eſt quòd dicit ſaluator phariſæi.* († 6. quæ. 1. cap. ſcriptū 21. q. 1. c. ideo; - eis † 1. Regum 21. b)

b Non le. *vos ſuppl. qui debetis ſcire legē.*

c Quid fecerit Dauid: *quem tamen reputatis ſanctum.*

d Qūo intra. in do. *& hoc factū habetur 1. Reg. xxi. b. cætera patēt ex dictis vſq; ibi:* († nihil eis imputatur)

e Aut non. *vbi ponitur alia reſponſio, quia ſacerdotes in die ſabbati in templo manualiter operabātur, qa immolabant aīalia Deo oblata, & excoriabāt & hoſtias lauabant, & conſimilia, & tamen non uiolabant ſabbatum: quia talia opera erant ordinata ad Dei cultum, & hoc eſt quod dicit ſaluator.* († Oſee 6. c; De pœ. d. 1. c. libenter ignoſco)

f Sacer. in te. ſa. vio. *i. manualiter operātur.*

g Et ſine cri. *quia etiam erat præceptum a Domino, q̄ talia opera facerent in ſabbato. & eadē rōne apoſtoli vellentes ſpicas in die ſabbati & comedentes ex p̄cepto Chriſti nō peccabāt, qa melius eſt ipſi Chriſto obedire, quàm uictimas in templo offerre. Et hoc eſt quòd dicit ſaluator.* († Marc. 2. d; D; Luc. 6. a)

h Dico autem vo. quia tem. *ſ. ego (cuius autoritate hoc faciunt) ſum maior. & in hoc etiam ipſe oſtendit ſuam autoritatem. vnde ſequitur.* († Marc. 3. a; Luc. 6. b)

i Si autem ſciretis. *i. intelligeretis id quod ſcriptum eſt. Miſericordiam volo, & non ſacrificium: ex quo oſtenditur per dictum prophetæ, quòd opera miſericordiæ ſunt magis accepta Deo quàm victimę.* (Oſee 6. b)

k Nunquā con. *i. diſcipulos meos in neceſſitate famis de licentia mea ſibi prædicto modo ſubuenientes. Et quòd poſſet eos licentiare oſtendit:*

l Dominus enim eſt &c. *quia obſeruantiam illam poterat mutare, ſicut patet quòd in nouo teſtamento autoritate eius mutata eſt.*

m Et cum inde tranſ. *Hic ponitur confutatio eorum qui reprehendebant eius veritatem in propria perſona: Et primo ponitur eorum confutatio, ſecundo ex hoc oriens machinatio, ibi: Exeuntes autem phariſæi. Circa primum conſiderandum, quòd ad reprehendendum eum propoſuerunt ei quæſtionem malicioſe: vtrum licitum eſſet ſabbato curare: quia ſi non curaret, arguerent eum de impotentia. Si autem curaret de ſabbati tranſgreſſione: & hoc eſt quod dicitur:* Interroga. &c. *ſequitur.*

Vt accuſa-

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *veritatem quaſi cōtra legē agentem, aliqui calumniando eius bonitatem opera diuina virtute facta dęmoni attribuendo, ibi: Tunc oblatus eſt alij tentando eius ptātem, p̄p hoc quærebāt ſigna de cælo, ibi: Tunc reſpondebāt ei quidam de ſcribis, alij inſidiando eius aſſumptæ infirmitati, ibi: Adhuc eo loquente. Prima adhuc in duas, quia primo reprehendunt eius veritatem in ſuis diſcipulis. ſecundo, in perſona propria: ibi: Et cum inde* (Diuiſio)

## MORALITER.

✱ phica habentia grana veritatis, palleis tamen vanitatis & falſitatis ad mixta. Igitur diſcipuli cum Chriſto per ſata trāſeunt, quando Chriſtianę fidei zelo doctrinam philoſophicam ſtudendo diſcurrunt, vt ibi reperiant aliqua fidei Chriſti accommoda: & eſurientes ſpicas vellicant. quando veritates ibi cōtentas ab erroneis & friuolis ſeparant: & comedunt quando in ventre memoriæ recondunt, ſecundum illud Aug. de doc. Chriſt. Si in dictis infidelium inueniantur noſtræ fidei accommoda, non ſolum non ſunt abhorrenda, ſed etiam ab ipſis tanquàm ab iniuſtis poſſeſſoribus accipienda, & in noſtrum vſum vendicanda. Per phariſæos autem factum diſcipulorum arguentes, ſignificantur aliqui doctores indiſcreto zelo quod ignorant reprobantes: ſed ſaluator rationabiliter excuſat: nam omne verum a quocunque dicatur a Deo eſt. (Lib. 2. c. 39 in fi. to. 3.)

m *Et cum inde tranſ.* Sequitur: *Et ec. homo ma. ha. ari. &c.* per quem auarus ſignificatur, cuius manus ad opera pietatis & largitatis inualida reperitur: ſed vt ſanetur per Chriſtum, ei dicitur.



✱ Extende ma-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

fuit ſimile de oue, & concluſit quòd licet ſabbato bene face-
E re Poſtremo circunſpectis eis (cum ita dixit) extende.

a *Sabbatis &c.* pręcipue docet & operatur Ieſus, non ſolum propter ſpeciale ſabbathum, ſed & propter celebriorem populi conuentum, quærens ſalutem omnium.

b *Quis erit.* Cõpetenti exemplo ſoluit quæſtionem, vt eos oſtendat ſabbatũ violare in ope cupiditatis, q eũ violare arguũt in ope charitatis. Arguit eos q legẽ male interpretantur. q dñt in ſabbato a bonis opibus feriãdũ. Sed a malis tñ feriãdũ eſt: vñ dr: Oẽ opus ſeruile non f. in eo. i. pctũ. Sic & in æterna rege a malis tñ feriabunt, nõ a bonis. Leuit. 23.a

c *Extende.* Quia nil plus valet curationi eleemoſynarũ largitate vñ dr: Non ſit manus tua ad accipiẽdũ porrecta & ad dãdũ collecta. Quia fruſtra ꝓ pctis rogaturus, manus ad deũ expãdit, qui has ad pauperes ꝓ poſſe non extendit. Eccl. 4.d

d *Sicut alte.* Hõ añ aduentum Chriſti dexterã habuit lãguidã, qa ab eleemoſynis torpebat: ſiniſtrã ſanã, qu a ſuæ vtilitati intẽdebat: ſed veniẽte Chriſto dextera ſanaſ vt ſiniſtra: qa qđ congregauerat auide, mõ diſtribuit charitate

e *Receſſit.* Nota exemplum: Si vos perſe. ſu. in. v. c. f. in aliam. Supra 10.c

f *Secuti ſ.* Docti viſis virtutibus perſequuntur: indocti, opinione eius ducti amãdo ſequunſ. vñ & curari merẽtur. † turbæ multæ † intermi- natus eſt.

g *Et præ.* Nõ timore, ne proditus occideref, ſed parcendo Iudæis, ne inuidia trucidaref in eius ĩnocẽtia & mãſuetudine. Hic myſtice nos inſtruit, ne cũ aliqd magnifacim⁹, laudẽ foris q̃ramus. Myſtice

h *Animæ meę.* Per animam omnis affectus demonſtratur.

i *Arundinem.* Iudæos, omni vento cedentes, qui abinuicẽ diſcrepando diſſipati ſunt, nõ mox dãnabit: ſed ſupportabit. *Arundinem quaſ.* Qui peccanti nõ porrigit manum, nec portat onus fratris, quaſſatũ calamũ cõfringit. Et qui fidei modicã ſcintillã cõtẽnit in paruulis, linum fumigans extinguit: Quod Chriſtus nõ fecit, qui potius venit quęrere qđ perierat. patiẽtiã namq; ſeruauit, donec iudiciũ qđ in eo agebaſ, ad victoriam pueniret, & expulſo mundi principe ad regnũ rediret, in dextera patris ſedens, donec ponat inimicos ſub pedibus. F Leui. 19.b

k *Linum fu.* Gẽtes, quas naturalis legis ardore ferè extincto, fumus erroris amariſſimus, & odoris noxius inuoluit: quas nõ extinxit, ſed de parua ſcintilla in magnũ ardorẽ ignis Dei ſuſcitauit. Pſal. 119.

l *Donec.* Tandiu prædicatio eius nullis inſidijs ſuperata mundo lucet, donec ponat in terra iudicium, & impleatur: Fiat voluntas tua, ſicut in cælo, & in terra. Supra 6.

Et curauit

a rogabant eum, dicentes: Si licet ſabbatis curare, ut accuſarẽt eum. Ipſe
b autem dixit illis: Quis erit ex uobis homo, qui habeat ouem vnam, & ſi ceciderit hæc ſabbatis in foueam
a Non animali ſed ſuæ auaritię conſulens.
nonne tenebit & leuabit eã? Quanto magis melior eſt homo oue? Itã-
a Quia illa die licet ſibi vtile facere.
que licet ſabbatis bene facere. Túc
a Alij.
c ait homini: Extende manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt ſa-
a A lumine recedentes.
d nitati ſicut altera. Exeũtes autem
a Liuore permoti, non enim culpa fuit, vel hominem manum extendere, vel Chriſtum ſanare.
phariſæi conſilium faciẽbãt aduerſus eum, quomodo perderẽt eum.
a Eorum inſidias et homo ſugit odientes.
e † Ieſus aũt ſciẽns receſſit inde: & ſe-
a Acceſſit vbi inuenit ſequentes.
f quuti ſunt eũ † multi, et curauit eos
g omnes: & † pręcepit eis, ne manifeſtum eum facerent, ut adimpleretur quod dictum eſt per Iſaiam pro-
a In perſona patris de filio. b Quia in forma ſerui.
phetam dicẽtẽ: † Ecce puer meus
a Ad opus quod nullus alius poterat facere. Redimere humanum genus.
quem elẽgi: dilectus meus, in quo
a Quia ipſe tu us et agnus ſine macula. b Voluntati meę. c Quod alibi: Requieſcit ſu. e. ſpi. Domini.
h bene complacuit ãnimę meę. Pó-
a Non Dei verbum ſed puerum b Futurum, & modo iuſta iudicia agit.
nam ſpiritum meũ ſuper eũm et iu-
a Per prædicatores noui Teſtamenti.
dicium gentibus nũciãbit, Non cõ-
a Quia cum malediceretur, non maledicebat, ſed ſicut ouis ad occi. du. eſt, & non ape. os ſuum.
tendẽt, neq; clamabit, neq; audiet
a Miſtice. Qui latam viam inſiſtunt & non audiunt uocem Chriſti.
i aliqũis in plateis vocẽ eius. Arundi-
k nẽ quaſſatã non cõfringet, & † linũ
l fumigãs non extinguet, donec eijci-
a Quia non eſt aliud nomen ſub cælo, in quo oporteat ſaluari.
at ad uictoriã iudiciũ: & in nõmine

G

g Ieſus au. ſci. *ſ. machinationes eorum, quia nihil latebat ipſum.*

h Receſſit inde. *Non quia timeret mortem, ſed quia futurum erat, vt aliqui infirmi Chriſtiani nõ auderẽt ſtare in pſecutione. ideo ne fuga eorum imputaretur in peccatum, voluit oſtẽdere facto, ꝙ fugere perſequutionem aliquãdo eſt licitũ, ſicut ſupra plenius dictũ eſt ca. x. Sequitur.*

i Et ſe. ſ. eum &c. *ſ. ex eo quòd viderant prædictum hominem ſanatum.*

k Et cu. eos omnes. *Et quo patet eius benignitas, quia perſequutus a Iudæis beneficia ſanitatum eius impendit.*

l Et præcepit eis. *id eſt ſanatis:*

m Ne ma. eum fa. *Phariſæis eũ manifeſtando: nõ qa mortẽ timeret, ut dictum eſt, ſed vt oſtẽderet, ꝙ ſicut aliquãdo eſt licitũ in pſequutione fugere, ita licitum eſt ſe occultare ad cedendum malicię: Et vt oſtenderet magnitudinem ſuæ potentiæ: & hoc confirmat dicto Iſa. xlij. ſecundum tranſlationem lxx.*

n Ecce puer. *i. Chriſtus, qui fuit puer in forma ſerui.*

o Quem ele. *Hoc duplicatur ad oſtẽdendũ, ꝙ ipſe fuit electus ad perficiendum opus noſtrę redẽptionis, & nullus alius: quia per nullum alium poterat ita competenter fieri.*

p Dilectus &c. *hoc dicitur metaphoricè de Deo, ad exprimendũ magnitudinem paternæ dilectionis ad filium: ſicut apud homines ille qui multum diligitur, dicitur haberi cordi.* Metaph.

q Ponam ſpi. *quia ſpiritusſanctus requieuit ſuper eum in humana natura, ut habetur Iſa. xi. a. Egredietur virga de radice Ieſſe &c. ſequitur: Et requieſcet ſuper eũ ſpiritusſãctus &c.* † Mar. 3.a Ioan. 10.g

r Et iu. gẽ. *qa Chriſtus futurum iudicium nũciauit hominibus per ſuam prædicationem, vt habetur infra. Similiter iudicio futuro ſententiam iudicij feret in humanitate, qa in eadem forma in qua iudicatus eſt corã Pilato, in ea ſ. debit in iudicio hoc excepto, ꝙ tũc apparebit in forma glorioſa: & hoc eſt ꝙ dicitur Act. i. b. Hic Ieſus qui aſſumptus eſt a uobis, ſic veniet. ſ. ad iudicium, ſicut vidiſtis eum aſcendentem. i. in forma humanitatis glorioſa, in qua aſcendit in cęlum. ſequitur.* † Iſa. 42.a

H

s Non con. *ſ. vt vindicetur, vt patet ex prædictis: quia pſequutionem phariſæorum declinauit humiliter abſque contentione.*

t Neque cla. *vt ſ. liberetur, ſicut patuit in ſua paſſione.*

v Neq; au. *Quod patet ex ſua taciturnitate coram pilato, quia hoc fuerat prædictum. Sicut agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperuit os ſuum.* Iſai. 53.c

x Arũ. quaſ. *ꝑ arundinẽ quaſſatã intelligitur populus Iudaicus a fide & pietate vacuus.*

y Et linũ. f. *per hoc intelliguntur Gentiles, in quibus claritas rationis naturalis erat extincta per conſuetudinem peccãdi, remanẽte fumo volũtatis malefaciẽdi. Vult ergo dicere ꝙ Chriſtus per fortitudinem deitatis noluit reſiſtere Iudæis & gentilibus eum crucifigentibus: quia Iudæi crucifixerunt linguis ſuis, ipſum iniuſtè accuſando. gẽtiles vero manibus ipſum crucifigendo, quia milites Pilati qui erãt gẽtiles hoc fecerũt, vt habetur Ioh. xix. ſequitur.* † lignum

z Donec eijciat &c. *Id eſt donec veniat ad exequendum extremum iudicium, in quo manifeſtabitur ſua victoria. Tunc enim inimici eius ponentur plenariè ſub pedibus eius, vt habetur in Pſalmo. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius.* Pſal. 8.b

a Et in no. eius gentes ſpe. &c. *Quia ad prædicationẽ apoſtolorũ gẽtiles ad fidẽ cõuerſi ſũt. Iudęis ꝑ maiori parte in infidelitate remanẽtibus.*

Tunc

## NICOLAVS DE LYRA.

a Vt ac eum. *aliquo dictorum modorum. Mar. iij. & Lu. vi. dicitur, ꝙ ipſe Chriſtus interrogauit eos. Dicendũ, ꝙ non cõtrariantur: quia primo interrogauerunt eũ malitioſe, vt dictũ eſt. Et hoc ſcribit Matthæus. Poſtea aũt ſtatuto hoĩe infirmo in medio, quęſiuit à phariſæis, ſi licet ſabbato curare, quaſi repetendo quæſtionem ab eis motam anteq̃ã ſolueret eã. Et hoc ſecundum ſcribunt Marcus & Lucas quod tacuit Matthæus. & omittunt illud primum quod ipſe expreſſit. Sequitur:*

b Ipſe autem di. il. *vbi Chriſtus ſoluit quæſtionem primo verbo, oſtendens per locũ a minori ꝙ licitũ erat ſanare hoĩem in die ſabbati: qa brutũ aĩal ipſum in foueã licitum erat in die ſabbati extrahere: ergo multo fortius hoĩem q melior eſt, cũ ſit ad imaginẽ Dei factus, ſi in infirmitatem ceciderit, licitum eſt ſabbato curare. & hoc eſt quod dicitur.*

c Quis erit ex vo. *& patet ex dictis. ſecundo ſoluit quæſtionem facto hominem habentem manum aridam ſanando.*

d Tunc ait homini &c. *& patet.*

f Exeuntes au. &c. *Hic ponitur ipſorum phariſæorũ cõtra Chriſtũ machinatio, & ipſius Chriſti humilis declinatio. Hoĩes enim in malicia obſtinati ꝑ rõnem nõ poſſunt cõpeſci: & ideo phariſæi nõ potentes Chriſto reſpondere per rationem, inceperunt cogitare aduerſus eum fraudem.*

Ieſus

## MORALITER.

e *Extende ma.* quia cum ex Dei dono ad opera charitatis extenditur, tunc ſanatur.

f *Exeuntes autem pha* per hoc autem ꝙ Ieſus a conſilio malignantium receſſit, & ſequentibus ſe benefecit, informauit prædicatorem, vt fugiat obſtinatos & foueat deuotos.

l *Et præ. eis &c.* ꝑ hoc oſtendens ꝙ pdicator non dẽt quærere humanã laudẽ, neq; cũ obſtinatis contentionẽ. ideo ſubditur de eos

s *Non cõtem. &c.* Tunc oblatus eſt ei dæmonium habens, cæcus & mutus. Poſſeſſus a dæmone per peccatum mortale, cæcus eſt in his quæ ad ſuã pertinent ſalutem, & mutus ad pronunciandũ laudẽ diuinã: ſed cũ curatur a Chriſto, videt ſibi proficua & pronunciat præconia diuina. Per phariſæos autem Beelzebub attribuentes, ſignificantur maledici bona in malum peruertentes.

Omne regnum



a *Et curauit.* Tria ſigna ſimul facta ſunt, quæ & quotidie in
A conuerſione hominum fiunt, ut expulſo dæmone lumen fidei videant & Deum laudent.

b *In Beel.* Beel. i. Baal, muſcarũ, ob ſordes immolaticii sãguĩs. Deus eſt Accaron, quo noĩe uocant principem dæmoniorũ.

c *Omne re.* Neceſſaria complexione eos arguit: Vel n. Chriſt⁹ virtute Dei dæmones eiicit, uel in principe dęmoniorum Si uirtute Dei, fruſtra calumniantur: Si in principe dæmoniorum, regnum eius diuiſum eſt, nec ſtabit, & iõ a regno eius recedant, qđ innuit eos ſibi elegiſſe, dũ in ſe non credunt.

m Tunc acceden. diſci. eius. *Hic ex doctrina Chriſti ponitur Phariſæorū ſcādalizatio, quia per doctrinam Chriſti videbant eorum ſimulationē & doctrinā reprobatā: & ideo nō poterāt reſiſtere per rationē vel ſcripturā, ideo ex inuidia mouebantur contra Chriſtum ad mouendum ſeditionem. Et quia veritas vitæ, iuſticiæ & doctrinæ non eſt dimittēda propter ſcandalum aliorum, quia tale ſcandalū procedit ex malicia ipſius ſcandalizati. Vnde dicit beatus Grego. Si de veritate ſcandalum oritur, rectius oriri permittitur, quàm quòd veritas relinquatur. Ideo ſequitur.* [† 11. q. 3. c. Iter veri. De renun. c. niſi. §. pro graui. De voto. c. magne.]

n Omnis plan. *i. doctrina ab homine inuenta, quæ non eſt legi ipſius Dei conſona.*

o Eradicabi. *quia non habet firmum fundamentum & radicem.*

p Sinite il. *id eſt doctrinam eorum euitate.*

q Cæci ſunt. *Id eſt carentes vero intellectu legis.*

r Et duces cæ. *quia alios excęcant ſuo errore, & ducunt eos ad præcipitium.*

s Reſpondens au. Pe. *Hic aperitur prædictæ doctrinæ Chriſti intellectus magis in ſpeciali: quia Petrus pro ſe & pro alijs quæſiuit intellectum dicens.*

t Ediſſe. nobis. *ideſt expone.*

v Parabolā iſtam. *i. ſententiam occultam.* H

x At ille dixit: Adhuc & uos ſine intellectu eſtis. *q. d. tam diu audiſtis doctrinam meam, quòd ſtatim deberetis intelligere ea quæ dicta ſunt. Vnde ſequitur:*

y Non intelligitis: quia omne. *Iſtud eſt uerum per ſynecdochen, quia aliqua pars de omni, quod intrat in os.*

z In ſeceſſum emittitur. *quia in omni cibo quantumcunq; puro eſt aliquid impuritatis, & a natura expellitur tanquam ſuperfluum & aliquid retinetur tanquam ad nutritionē neceſſarium: Et neutrum iſtorum coinquinat hominem ſpiritualiter loquendo.*

a Quæ autem procedūt de ore. *vt verba.*

b De corde exeunt. *quia ſunt conceptus mentis ſignificatiua.*

c Et ea coinquinant hominem. *quando ſunt malæ cogitationis ſignificatiua. Et hoc eſt quod ſequitur:*

d De corde enim exeunt cogitationes malæ. *Et per conſequens.*

e Homicidia. *id eſt conſilia & colloquia ad perpetrandum huiuſmodi vitia, quæ hic tanguntur, & conſimilia.*

f Hæc ſunt, quæ coinquinant hominem. *ſpiritualiter.*

g Non lotis autem manibus māducare. *immundicia ſpirituali.*

h Et egreſſus inde Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis. *Reprobato errore Phariſæorum, hic Chriſtus tranſit ad gentiles, vt ex deuotione Gentilium oſtendatur iuſta reprobatio Iudæorum. Et hoc eſt quod dicitur:* Et egreſſus inde Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis. *Tyrus & Sidon ſunt quædam ciuitates ſitæ in terra promiſſionis prope montem Libani, quia filij Iſrael non potuerunt totaliter expellere gentiles de terra ſua.*

i Et ecce mu. *natione. ſ. Chananæi enim habitauerunt in terra ꝓmiſſio-*

*nis ante*

## MORALITER.

* *b Et egreſſus inde Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis.* Per mulierem Chananæam, cui dicitur a Domino:

* O mulier



a *Clamauit di. &c.* Per fidē clamat. unde nouit uocare filium Dauid, Chriſti incarnationem cōfitēs. Rogat pro filia. i. pro populo ſuo nondum credēte, ut ipſa fraude diaboli abſoluantur. Vel, filia, eſt anima, uel conſciētia cuiuſlibet intra eccleſiam diabolo mancipata: pro qua mater eccleſia rogat, uel ipſe homo pro fœdata conſcientia. A

[Supr. 10. a] b *Qui non re.* Nō de ſuperbia, ſed ne ſit contrarius ſententiæ ſuæ. In uiam gentium ne abieritis. Vñ uitat calumniam Iudæorum, Gētium āt ſalus, paſſionis & reſurrectionis tēpori ſeruat. *Qui nō re.* [Myſtice.] Myſtice. Si ad primā petitionem eccleſiæ dominus ſalutem animæ differt dare, non eſt deſperādum, uel a petendo ceſſandum: ſed magis precibus inſiſtēdum, & ad Deum & ad ſanctos donec orēt ꝓ eccleſia, & tunc perficit oratio.

c *Non ſum miſſus.* q. d. prius oportet me ſacramentum mei aduētus cōplere in Iudæis & ſic adducere alias oues. & hoc deſigno petitionē huiꝰ differēdo.

d *Panem filiorum.* verbum ſalutis, quod prius debetur Iudæis, non eſt bonum dare canibus uel gentibus canina rabie latrantibus ſemper.

e *Etiā Domine.* Sub ꝑſona mulieris, mira fides eccl̃æ, & patiētia, & humilitas prædicatur. Fides, q̄a credit poſſe ſanari filiā. Patientia, q̄a toties deſpecta in precibus perſtat. Humilitas, quia ſe non canibus, ſed catellis comparat.

f *Nam & catelli.* Menſa, eſt ſacra ſcriptura, micę puerorū, ſūt interna myſteria q̄bus humiles reficiūt ſub mēſa: q̄a ſcripturæ hūiliter ſubditi, catelli gētes hūiles, Paruuli edūt nō panes nō cruſtas. i. nō literæ ſuperficiē, ſed medullā: [Sup. 8. b]

[Pſal. 17. g] g *Magna eſt fides.* Sic ſuperius de centurione: Non inueni tantā fidē in Iſrael, q̄ ſimiliter (vt hæc Chananæa) fidē gētiū ꝑſignabat. Magna eſt fides gētium B q̄ in auditu auris obediūt, & iō ſalutē ſibi ſuiſq; impetrat. Quod puerū centurionis & filiā Chananeæ nō veniēs ad eos ſanat, ſignificat gentes, ad quas nō venit per p̄ntiā ſaluādas per verbū ſuū.

h *Et ſanata eſt.* Vbi datur exemplum cathezizandi & baptizandi infantes, qui nec ſapere, nec facere aliquid poſſunt, ſed per fidem & confeſſionem parentum liberantur a diabolo.

[Rom. 11. d] i *Et cum tranſiſſet.* Cum in filia Chananitidis ſalutem gentium præſignaſſet, reuertitur in Iudæam. quia cū plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Iſrael ſaluus fiet.

k *In mōtem.* Dominus in monte, verbum in alto ſedet: quia in ſua maieſtate non poſſet intelligi.

*Cæcos.*

a Eccleſia de gentibus. b A priſtina conuerſatione.
Chanānæa a finibus illis egreſſa cla- a
a Per fidem. vnde nouit clamare filium Dauid.
a māuit dicens ei: Miſerere mei dñe b
fili Dauid, filia mea male a dęmo-
Vt probaret patientiam & longanimitatem.
b nio vexatur. Qui non reſpondit ei c
a Myſterij ignari, vel miſericordia moti, vel importunitate eius carere cupientes.
uerbum. Et accedētes diſcipūli eius d
rogabant eum, dicentes. Dimitte
a Quam tenet non exaudiendo.
eām quia clamat poſt nos: Ipſe au- e
c tem reſpondens, ait: † Nō ſum miſ- f
a Corporali miſſione.
ſūs niſi ad oues, quæ perierunt do-
a Quæ a longe clamabat conſequuta eſt eum.
mus Iſrael. At illā venit & adorauit g
Vt Deum. Supra fili Dauid.
eum, dicēs: † Domine, adiuua me. h
Qui reſpondens, ait: Non eſt bonū i k
d ſumere panem filiorum & mittere l
Verum eſt
e † canibus. At illa dixit: Etiam Do- m
Non mereor panem vel ſedere ad menſam, ſed contenta ſum reliquijs. Quas Iudæi vilipendebant.
f mine. Nam & catelli edūt de micis n
a Iudæorum quibus ſcriptura primo loco appoſita eſt.
quę cadūt de menſa dominorum
ſuorum. Tunc reſpondens Ieſus ait o
g illi: O mulier, magna eſt fides tua, p
h fiat tibi ſicut vis. Et ſanata eſt filia q r
i eius ex illa hora. Et cum trāſiſſet in- s
de Ieſus, venit ſecus mare Galilęæ,
a Vt auditores erigat ad ſuperna. b Quia requies non niſi in cæleſtibus quærenda eſt.
k & aſcēndens in mōtem ſedebat ibi.
a Mente deuota. b Regnantem in cælo. c Fidelium. d Quos ſecum ducunt doctrina & exemplo.
Et acceſſerūt ad eūm turbę multę, t u

## NICOLAVS DE LYRA.

*nis ante filios Iſrael, nec potuerunt per eos totaliter extirpari, vnde iſta mulier ab illis qui remanſerant, deſcenderat. Iſta atuem audiuerat miracula & famam Ieſu Chriſti, & ideo firmiter credebat, quòd filiam ſuam ſanare poterat.*

[Mar. 7. c] a A finibus. *quia Chriſtum ſequebatur in via ad impetrandum ſuæ filiæ ſanationem. Marcus tamen dicit quòd venit ad Ieſum intra domum. & hoc eſt verum primo, ſed quia eam ibi non exaudiuit, ſecuta eſt eum in itinere clamans.*

b Miſerere mei do. fi. Da. *Audiuerat enim Chriſtum promiſſum Iudæis deſcendere de genere Dauid.*

c Qui non re. ei ver. *non propter indignationem, ſed vt ex perſeuerantia eius in prece oſtenderetur fides eius & deuotio diſcipulis.*

d Et ac. diſci. *Moti. n. erant ad hoc videntes eius fidem & deuotionem.*

e Ipſe autem re. *Primo negatiue, tamen ſine improperio dicens:*

[Iudæorū apoſtolus dicitur Chriſtus] f Non ſum miſſus. *quia Chriſtus erat primo & principaliter miſſus Iudæis tanquàm apoſtolus eorum. Et ideo in propria perſona non prædicauit niſi Iudæis, nec fecit miracula niſi in caſu ex aliqua ſpeciali cauſa vt. ſ. oſtenderet eccleſiam in fide gentium eſſe fundandam, ſicut habetur hic & Io. iiij. vbi Chriſtus prædicauit Samaritanis deuote eū recipientibus. Poſt mortem autem Chriſti fides prędicata eſt publicè gentilibus.* [Roma. 15. b] *Et hoc eſt quod dicit Apoſtolus. Dico autem Chriſtum Ieſum miniſterium fuiſſe circumciſionis. ſ. apoſtolum Iudæorum propter veritatem Dei ad confirmandas promiſſiones patrum: quia antiquis patribus Iudæorum fuerat facta promiſſio de Chriſto, ſicut Abrahę & Dauid: quia tamen Iudæi pro maiori parte fidem Chriſti repulerunt, & gentiles eā ſuſceperunt, ideo Apoſtolus ſubdit ibidem. gentes autem ſuper miſericordia honorare Deum &c. Sequitur.* C [Roma. 15. c]

g At illa venit & ado. *adoratione latriæ dicens.*

h Domine adiuua me. *Infirmitatem enim filię ſuæ reputabat ſuam, & per conſequens ſanationem.*

i Qui reſpondens. *negatiue ſcilicet & cum improperio, ait:*

k Non eſt bo. ſumere. *i. doctrinam & miracula promiſſa Iudæis tanquàm ſpiritualibus filiis propter cultum vnius Dei.*

l Et mit. canibus. *Id eſt dare gentilibus, qui erant dediti cultui idolorum: ſicut canes circa cadauera animalium defunctorum.*

m At illa dixit: Etiam &c. *Id eſt bonum eſt in caſu.*

n Nam & catelli edunt. *q. d. ſicut catelli aliqua modica, vt pote micas cadentes de cibo conceſſo filiis percipiunt, ita etiam gentiles debebant aliquid ſaltem modicum percipere de beneficiis Chriſti: ex quo patet quòd nō eſt contrarietas in verbo Chriſti, cum dicit: Nō* eſt bonum &c. *Et verbum huius mulieris dicentis, imo bonum eſt, quia verbum Chriſti eſt intelligendum, q̄ non erat regulariter & vniuerſaliter bonū, cum Chriſtus eſſet apoſtolus Iudæorum, vt dictum eſt, verbum autem huius mulieris intelligendum eſt in cauſa, propter. ſ. petentis deuotionem: & vt oſtenderet eccleſiæ gentium futuram fundationem.* [† 2. q. 7. c. teſtes.] [† Marc. 7. c]

o Tunc re. Ie. O mu. ma. eſt, fi. t. *Quod patet ex verbo & facto ſuo, quia non fuit retardata a feruore petendi. Primo, propter Chriſti taciturnitatem. Nec ſecundo propter eius reſponſionem negatiuam. Nec tertio propter improperium adiunctum reſponſioni negatiuæ. Et ideo ſubdit.* [† catellis]

q Fiat tibi ſicut uis. *q. d. fides tua hoc meretur. Quod patet ex facto, cum ſubditur.*

r Et ſana. eſt filia eius. *Patet etiam ex dictis, quòd tarditas Chriſti ad exaudiendum eius petitionem non fuit ex ignorantia vel voluntate, ſed ut ex perſeuerantia mulieris oſtenderetur fides eius & deuotio dignior exauditione.* D

s Et cum tranſiſſet. *Hic tertio Chriſtus reuertitur ad Iudæos, collato eius ampliori munere, ſicut poſt conuerſionem gentium reuertetur ad Iudæos per fidei illuminationem: & ideo facit eis plura miracula quàm ante. Primo infirmos eorum curando. Secundo eos corporaliter ſatiando, ibi: Ieſus autem. Circa primum in quodam generali implicantur plura miracula & diuerſorum generum, quæ ſi explicarentur in particulari, implerent vnum magnum librum: propter quod dicitur Ioh. vlt. quòd ſi omnia facta Chriſti eſſent ſcripta per ſingula, totus mundus non poſſet capere libros qui ſcribendi eſſent, Dicit ergo.*

t Et acceſſe. *ſcilicet cum reuerſus fuiſſet ad Iudæos.*

v Turbæ multæ hab. mutos. *quia de multis ciuitatibus & caſtellis & villis venerant ad impetrandum ſanationem infirmorum. Et hoc eſt quod ſequitur.*

Habentes ſecum

## MORALITER.

* *p O mulier magna &c.* Poteſt ratio ſuperior intelligi, quæ legibus æternis inſpiciendis & conſulendis intendit ſecundum Aug. xij. de trinita. per filiam eius ratio inferior. per dæmonium autem ipſa ſenſualitas, quæ etiam per ſerpentem ſignificatur, ut dicit Augu. ibidem. Sic igitur filia mulieris Chananeæ a dæmonio vexatur, quando per ſenſualitatem inferior ratio ad conſenſum peccati mortalis impellitur, cuius ſanatio per matrem. i. rationem ſuperiorem a Domino petitur. nam ratio ſuperior ſemper ad optima deprecatur: & ſicut Dominus diſtulit exaudire petitionem mulieris Chananeę, ut eius fides clarius appareret, ſic & Dominus aliquādo dimittit impulſum rationis inferioris per ſenſualitatem diutius protrahi, vt augeatur meritum tentati. propter quod Paulo petenti ſtimulum carnis a ſe auferri dicit Dominus, Virtus in infirmitate perficitur &c.

*s Et cum tranſ.* Sequitur.

*t Et acceſſerunt &c.* Cæcos autem illuminat, cum ignorantibus cognitionem ſuæ ſalutis infundit. Mutos etiam curat, cum eorum linguas in laudem ſui creatoris ſoluit. Similiter claudos cū in uia iuſticię greſſus eorum dirigit. Debiles fortificat, cū pigros & accidioſos operari bonum viriliter facit. Turbæ verò mi-

 * rantur & Deum

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Cæcos*. Cæci ſunt qui non intelligunt, E etiam ſi obediant iubentibus. Surdi qui non obediunt, etiam ſi intelligant.

Qui dicuntur ait qui ſurdi

b *Ieſus au.* Cõuocat diſcipulos, vt doceat magiſtros cum minoribus communicare conſilia ſua. Vel vt ex loquutione intelligant ſigni magnitudinem.

c *Miſereor tur.* Turba triduo ſuſtinet Dominum, quia fideles pœnitentes ſe ad Dominum in opere et ſermone & cogitatione conuertunt, qui in præſentis vitæ via deficerent, ſi in ſua cõſcientia ſine doctrinæ pabulo dimitterentur. In ſuperiori ſigno propin. qui memorantur, & vicini quinq; ſenſuum, & eorum non recordat̃ Dñs, ſed diſcipuli in veſpera iam inclinato ſole. Hic Dñs miſereri dicit & quare: triduo iam perſeuerant mecũ. In toto ſeculo tertium tẽpus eſt, quo gratia datur. primum ante legem, ſm̃ ſub lege: tertium ſub gratia. quartum eſt in futuro, vbi dies erit ſine nocte, ad qđ tẽdens reficit̃ in via.

† glorificabant

d *In deſerto panes.* Panes prædicatores, deſertum ·eſe id eſt infœcundos dicunt. Q. vnde nobis tanta facundia vt poſſimus tam auidis auditoribus ſufficere.

e *Et accipiens.* Vt oſtendat ſe congaudere de ſalute hominum, & nos ad agendas gratias informat etiã de tẽporalibus.

f *Septem panes.* Septiformi ſpiritu paſcit adiuncta apoſtolica autoritate, quaſi paucorum piſcium ſapore qui nos reficiunt exemplo ſuæ vitæ vel mortis. *Septem panes.* ſcriptura noui teſtamenti in quo gratia ſpiritusſancti & reuelatur & dat̃. Nec ſunt hordeacæi, vt ſupra. quia hic nõ (vt in lege) vitale alimentum animæ figuris, quaſi tenaciſſima palea tegitur. Hic non duos piſces (vt in lege duo vngebant̃, rex & ſacerdos) ſed pauci id eſt ſancti noui teſtamenti, q de fluctibus ſeculi ſunt erepti, & ſuſtinent turbulentũ mare, & exẽplo ſuo nos reficiũt, ne in via deficiamus F Ibi ſupra fœnum, vt deſideria carnis cõprimantur, hic ſuper terrã, vbi & ipſe mũdus relinqui præcipitur. Vel mõs in quo Dñs reficit, eſt altitudo Chriſti. Ibi ergo fœnũ ſuper terrã, qa ibi celſitudo Chriſti pp carnales carnali ſpe & deſiderio tegit̃. Hic remota omni cupiditate carnali cõtinuas noui teſtamenti ſpei permanentes ſoliditas continet. Ibi quinq; millia: quia carnales quinq; ſenſibus ſubdit. Hic quatuor pp quatuor virtutes qbus ſpũaliter viuitur, prudentiã, tẽperantiam, fortitudinem, iuſticiam. Quarũ prima, cognitio eſt rerum appetendarũ & vitandarũ. Secũda, refrenatio cupiditatis ab his q̃ temporaliter delectãt. Tertia, firmitas cõtra moleſtias ſeculi. Quarta quę per oẽs diffundit̃, dilectio Dei & proximi. Et ibi & hic mulieres & paruuli excepti ſunt, quia in veteri & nouo teſtamento nõ mittuntur ad numerũ q nõ perdurãt occurrere in virũ pfectum, vel infirmitate viriũ, vel leuitate mentis. Vtraq; refectio in mõte celebrata eſt, quia vtriuſq; Teſtamẽti ſcriptura altitudinem cœleſtium præceptorum mandat & præmiorum: vtraque altitudinem Chriſti prædicat.

g *Et quod.* Altiora myſteria quæ nõ capit cõis turba, apoſtoli ſuſtollunt, & implent ſeptẽ ſportas i. pfectorum corda ſeptiformi ſpũs gratia ad intelligendũ illuſtrata.

h *Septem ſpor.* Sportæ iunco & palmarũ folijs ſolent cõtexi, & ſignificãt ſanctos, qui radicem cordis in ipſo fonte vitę collocãt, ne areſcãt, vt iuncus in aqua, & palmã æternę retributiõis in corde retinẽt.

† virorum

‡ præter

i *Et dimiſ. tur.* Hic docet q prædicatores miniſtrato turbæ verbo ipſi intra cubiculum cordis virtutum debẽt refici pomis.

Marc. 8. b k *In fines magedan.* Magedan quæ alio nomine dr̃ dalmanuta, quæ eſt regio circa G Geraſam. Et interpretat̃ poma vel nũcia: & ſignificat hortũ de quo dr̃: Hortus cõcluſus, fons ſignatus vbi creſcunt poma virtutum. Et ibi nunciatur nomen Dñi.

Can. 4. d

a ¶ A confeſſione Chriſti. b ¶ Claudos. per deuia praui operis non recte euntes.

habentes ſecum mutos, clau-

a ¶ A lumine fidei. b ¶ Sarcina peccatorum.

dos, cæcos, † debiles, & alios

† mutilos

a ¶ Quia mediatori per humilem aduentum curandos ſubijciunt ſancti prædicatores.
b ¶ Quaſi confidendo humanitatem Chriſti.

multos: & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos, ita

a ¶ Quia fideles ineſtimabili gaudio exultant quando hæc vident.

ut turbæ mirarentur uidentes mutos loquentes, * clau-

¶ Chriſtum confitentes.

¶ Per bona opera.

dos ambulantes, cæcos uiden-

a ¶ Credendo.
b ¶ Dicunt: Quis Deus magnus, ſicut Deus noſter?
c ¶ Deum non recentem.

tẽs, & † magnificabant Deum Iſrael. Ieſus autem conuocatis diſcipulis ſuis, dixit: † Miſereor turbæ, quia triduo iam

a ¶ Compatitur vt homo, paſcit vt Deus.
b ¶ In fide trinitatis lucidi pro ſuis ſuorumque peccatis miſeriter ſupplicant.

a ¶ Pro curatione ſuorum. ¶ Pabulum ſcripturæ.

perſeuerant mecum, & non habent quod manducent, &

a ¶ Prius aufert debilitatem, poſt cibos offert famis. b ¶ A ſacra admonitione vacuos.

dimittere eos ieiunos nolo,

a ¶ Perit qui ſine cæleſti pane ad patriam tendit.

ne deficiant in via. Et dicunt

a ¶ Rudes in fide, qui non recordantur quinque panibus quinque millia hominum ſatiata fuiſſe.

ei diſcipuli: Vnde ergo nobis

a ¶ Ipſi apoſtoli deſertum, quia adhuc infœcundi.

in deſerto panes † tantos, ut ſaturemus turbam tantam?

a ¶ Non ignarus ſed docendo reſponſurus.

Et ait illis Ieſus: Quot panes habetis? At illi dixerunt, ſe-

a ¶ Scriptura noui teſtamenti.
b ¶ Sancti illius temporis, quo ea condita eſt, vel quorum fidem vitam & paſſiones continet.

ptem, & paucos piſciculos. Et præcepit turbæ, ut diſcum-

a ¶ Super ipſius montis ſoliditatem, nullo fœno interpoſito.
b ¶ Primum complens in ſe præcepta quæ dabat & ſanctorum vitam in ſe præfigurans.

berent ſuper terram. Et accipiens ſeptem panem & piſces,

a ¶ Sacramenta aperuit.

& gratias agens fregit, & de-

a ¶ Quia miniſterio apoſtolorum voluit eccleſiæ diſtribui cibaria vitæ.

dit diſcipulis ſuis, & diſcipuli dederunt populo: & come-

a ¶ Audiendo & exempla imitando.
b ¶ Memoriæ recondendo & operando.

derunt omnes, & ſaturati ſunt

a ¶ Vt eſt, Si vis perfectus eſſe, vende omnia &c.

& quod ſuperfuit de fragmen

a ¶ Spiritualium ſumma perfectio.

tis tulerunt ſeptem ſportas plenas. Erant autem qui mãducauerũt quatuor milia † hominũ,

a ¶ Noui teſtamenti populus, non quinque ſenſibus obnoxius, ſed quatuor animi virtutibus exornatus.

a ¶ Exceptis leuibus & infirmis, qui in virum perfectum non concurrunt.

† extra paruulos & mulieres. Et dimiſſa turba aſcẽdit in nauiculam, & venit in fines † Magedã.

† Magdalã

## NIC. DE LYRA.

¶ a Habentes ſecum mu. cæcos claudos, debiles. *Debilitas accipitur hic ſecundum Hiero. non in generali, ſed in ſpeciali, quando ſ. non poteſt quis ſe iuuare de vna manu. hoc modo dicitur debilis ſicut claudus, qui non poteſt ambulare, niſi de vno pede. Iſtę autem infirmitates erãt incurabiles via naturæ & medicinæ. ideo propter curationem earum recurrebant homines ad Chriſtum, cui nihil impoſſibile.*

Cõ. in Mat. lib. 2. c. 15. tom. 9.

* mutilos incolumes ſic vetera exẽplaria.

b Et alios mul. *Hoc addit euangeliſta ad includendum omnia infirmitatum genera.*

c Et proie. eos ad pedes eius. *vt illi qui nõ poterant fidem & deuotionem oſtendere verbo ut ſurdi & muti, ſaltem oſtenderent eam facto.*

d Et curauit eos. *ſolo. ſ. verbo. Ille ſolo verbo poterat curare, qui ſolo verbo poterat mundum de nihilo creare.*

† Matt. 8. a

e Ieſus autem conuo. diſcipu. ſuis. *Hic ponitur miraculum de multiplicatione panum.*

f Miſereor turbæ. *Hoc autem prædixit apoſtolis, vt ipſos induceret ad pietatem.*

g Quia triduo iam perſeuerant mecum. *qa tantum afficiebantur ad doctrinam Chriſti audiendam & videndum eius miracula, quòd per tres dies non redierant ad loca propria manentes cum Chriſto in loco deſerto & ſub diuo. Ex quo patet eorum deuotio.*

h Et non habent quod manducent. *quia cibaria, quæ de domibus ſuis aſportauerant, iam erant conſumpta. Et ideo prima die vel ſecunda hoc miraculum non fecit. Tum quia alimenta adhuc habebant. Tum quia magis apparuit, quando eis victus omnino defuit.*

i Et dimittere eos ieiunos nolo, ne defi. in via. *quia plures eorum longe diſtabant a domibus ſuis, & die præcedenti parum comederant.*

† tot

H

k Et dicunt ei diſcipu. *q.d. locus eſt deſertus & villæ multum diſtant. Et ideo non poſſumus per humanam prouidentiam talia habere.*

l Et ait illis Ieſus: Quot panes h. *Non petit ignorando, ſed vt eorum reſponſione prouideat de modo.*

m At illi di. ſep. *quod erat quaſi nihil reſpectu tantæ multitudinis.*

n Et pauc. piſ. *quia pauci erant in numero & parui in quantitate. Omnia iſta dicuntur ad maiorem declarationem miraculi, quòd ex tam paruo cibo potuerit tanta multitudo ſatiari. & hoc fuit per multiplicationem cibi in manibus Chriſti eodem modo ſicut dictum eſt ſupra. cap. ix. Sequitur.*

o Et dimiſſa turba. *Poſt miraculum oſtenſum aſcendit in nauiculam fugiens turbæ applauſum & reuerentiam, in hoc dans prædicatoribus exemplum.*

p Et ve. in fines Magedã. *Iſte eſt locus in quo Ioſias occurrens regi Aegypti vulneratus eſt, vt dicitur Marcus autem dicit in fines Dalmanuta. Et dicendum ad hoc, quod non eſt ibi diuerſitas ſecundum rem, quia ſecundum aliquos eſt eadem regio habens duo nomina. Marcus accipit vnum, & Matthæus aliud. ſecundum alios ſunt duæ regiones diſtinctæ, ſed in extremitatibus coniunctæ. Et ideo exiſtens in confinio vtriuſque, vere dicitur eſſe in fine iſtius vel illius: & in tali loco erat Ieſus.*

4. Re. 14. c / c. 8. b

## MORALITER.

* tantur, & Deum glorificant, cum ex talibus mutationibus quæ ſunt dextræ excelſi, Deum laudant.

*f Miſere. turbę.* per quatuor hominum milia qui Chriſtum in deſerto ſunt ſecuti, ſignificatur multitudo credentium in Chriſtum de quatuor partibus mundi.

*i Et di. e. ie. no. ne de.* ſecundum q dicit Greg. in Homel. In pñti vita, quaſi in via ſumus * qua ad patriam



A * qua ad patriam pergimus. ergo ne fideles in hac uia deficiant, paſcendi ſunt per prælatos, doctores & curatos, pane ſanæ doctrinæ & ſacræ ſcripturæ & euchariſtiæ, quo augetur ſeptiformis gratia ſpiritusſancti. propter quod dicitur hic, quòd fuerunt ſeptem panes, & pauci piſces: per quos ſignificantur ſacræ ſcripturæ ſententiæ a piſcatoribus eccleſiæ cum labore quæſitæ.

In cap. xv. vbi dicitur in po. Vos autem dicitis falſe exponendo mandatum.

### ADDITIO. I.

*Hæc expoſitio non videtur valere propter duo. primò quia non conſonat literæ. ſecundo quia præſupponit falſum. Primum patet de ſe literam bene aſpicienti quod etiam ipſe poſtillator videtur fateri cum dicit, quod hæc eſt conſtructio defectiua. Vbi ergo conſtructio deficit, manifeſtum eſt quòd litera non bene concordat ſenſui ſibi dato. Secundum patet primo, quia nuſquam inuenitur Hebræos aſſerere, quòd melius eſt Deo offerre quam ſubuenire parentibus in neceſſitate poſitis, immo communiter tenent, quòd melius eſt eleemoſynas largiri, quàm ſacrificia voluntaria offerre, prout ex multis autoritatibus veteris Teſtamenti deduci poteſt. Vnde à fortiori melius eſt ſubuenire parentibus in neceſſitate conſtitutis quam offerre & huiuſmodi. Secundò quia Rabbi Moyſes Aegyptius (qui inter eos magnæ reputationis eſt) ſuo libro de directione perplexorum, vbi de cauſis ſacrificiorum tractans. ſcripſiſſe traditur quòd ſacrificia non fuerunt præcepta populo Iſraelitico ex intentu principali: hoc eſt, quaſi fuiſſent per ſe intenta à Deo, ſed ex intentu ſecundario quaſi per accidens vel indirectè, vt. ſ. quòd per huiuſmodi ſacrificia homines retraherentur à ſacrificijs idolorum. Ad quod allegant illud*

Iere. 7. f *Non ſum loquutus cum patribus veſtris, nec præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocauſtomatum & victimarum: Et alias autoritates quæ hic ſonent. Sed conſtat quòd præceptum de honoratione parentum eſt per ſe principaliter intentum, tanquam conſonũ & conforme iuri naturali. Illud autem quod eſt per ſe, ſemper præfertur ei quod per accidens eſt. Et ideo nunquam etiam ſecundum eos concederetur quòd propter ſacrificia offerenda prætermittendum eſſet præceptum de honoratione parentum. Vnde ad iſtum paſſum bene intelligendum, recurrendum eſt ad traditiones Phariſaicas ſeu Talmudicas,*

Error Talmudicorum *quas Chriſtus intendebat in propoſito reprobare. Ad cuius euidentiam ſciendum, quòd circa materiam votorum vnus liber à Talmudicis eſt compoſitus qui intitulatur* נדרים *Nedarim. i. vota: in quo libro plura erronea ſcripſerunt ſine aliquo fulcimento ſacræ ſcripturæ: inter quæ vnus error talis eſt. Tradunt enim, quòd ſicut quilibet poteſt conſecrare bona ſua Deo, ſic quòd facta huiuſmodi conſecratione per votum, poſtea non licet alicui talibus bonis vti, niſi in Dei obſequium, ſcilicet in*

B *ſeruitio altaris vel templi & huiuſmodi quilibet poteſt conſecrare bona ſua ſingulariter, hoc eſt reſpectu vnius perſonæ tantum. verbi gratia Si quis dicit alicui proximo, volo ſeu voueo quod bona mea ſint conſecrata reſpectu tui, tunc dicunt quòd illa bona ſint conſecrata reſpectu illius hominis tantum, ſic quod nullo modo poteſt eis vti, ac ſi eſſent ſimpliciter Deo conſecrata: dominus tamen illorum bonorum & etiam alij homines quicumque poſſunt vti talibus bonis, ac ſi non eſſent conſecrata, ſed mere † propria. Votum autem huiuſmodi ſecundum eos multipliciter oretenus exprimitur, & ſpecialiter cum verbis ſignificantibus aliquam rem conſecratam. Vt ſi dicat aliquis, ſicut templum ſic eſt res mea, tunc illa res eſt conſecrata tanquam templum. Similiter ſi dicat, ſicut altare vel ſicut corbona, & huiuſmodi. Similiter ſi dicat Munus ſit, vel eſt talis res, idem eſt iudicium, intelligitur enim de munere Deo oblato. Ex quibus inferunt quòd ſi dicat quis patri ſuo: Munus quod cumque, eſt ex me tibi proderit, tunc pater nullo modo poteſt vti aliquo bono filij ſui, etiam filio volente, & patre in neceſſitate exiſtente & hoc ideo, quod ſecundum traditionem ſuam prædicta omnia bona filij ſui, ſunt conſecrata reſpectu patris. Vnde manifeſte Phariſęi irritum fecerunt mandatum Dei propter traditiones ſuas, vt Chriſtus dicit. Nam ſecundum traditionem illam (quæ nullius fundamenti eſt) filius excuſaretur à ſubuentione patris, quod eſt manifeſte contra Dei præceptum. Verba autem euangelij ſecundum prædicta conſtruuntur plane & ſine defectu ſic. Quicunq; dixerit patri vel matri: Munus eſt quod cumque ex me, tibi proderit &c. Cuius ſenſus eſt, quòd filius vouet, vt ſit tanquam altari conſecratum, quidquid ſit de bonis ſuis patri proderit. & ſic filius taliter vouens nullo modo poteſt prodeſſe patri ſecũdum eos, quod eſt de directo*

† prophana

Marc. 7. b *contra præceptum diuinum. Et hoc eſt quòd legitur. Corban quodcumque ex me tibi proderit, & vltra non dimittis eum quicquam facere patri ſuo aut matri. Ex quo patet, quòd non perſuadendo Phariſæi hoc dicebant, ſed potius cogendo: quod patet ex hoc quod dicit: Non dimittitis eum &c. quia ex virtute illius voti prætenſi, iam non poterat filius prodeſſe patri: & ſic irritum fiebat mandatum Dei per ſuam falſam traditionem. Et ſic iſte error non procedebat ex auaritia ſacerdotum, ſed ex eo quod male interpretabantur ſacram ſcripturam, & traditiones ſuas diuinis præceptis præferebant.*

In eo. ca. vbi dicitur in poſtil. Iſtud eſt verum per Synedochen.

### ADDITIO. II.

*Attendendum, quòd non dixit Chriſtus: Totum quod in os intrat, ſed omne quod in os intrat. Vnde ad ſane intelligenda verba Chriſti in hoc loco, non requiritur vt intelligantur per Synedochen, ſed ſufficit quòd fiat ibi diſtributio pro ſpeciebus ſingulorum. ſicut cum dicitur: Omne animal fuit in arca Noe. Cuius intellectus communiter eſt, quòd de qualibet ſpecie animalium fuit aliquod animal in arca Noe. Et in propoſito de qualibet ſpecie ciborum aliquid emittitur: licet aliquid ad nutritionem retineatur. Sed adhuc hoc non videtur ſufficere ad amouendum ſcãdalum Phariſæorum, qui videbantur credere, quòd ea quæ remanebant in corpore, poſſent hominem coinquinare: alioquin nihil faceret contra eos, quòd cibus intrans per eos emitteretur in ſeceſſum vel non. Vnde melius videtur dici ſecundum Hiero. ſ. quòd quidquid ex alimento generatur, poteſt etiam per calorem naturalem reſolui, & per occultos quoſdam poros emitti.*

C

commen. in Matt. li. 2. c. 15. to. 9.

### REPLICA.

In ca. xv. vbi agitur de traditionibus ſeniorum infirmantibus obſeruantiam diuinorum præceptorum. Burgen. in duobus redarguit Poſtil. primò, quia, vt dicit, expoſitio eius non conſonat literæ, ſecũdo vt dicit Poſtil. pręſupponit falſum. Primum probat p hoc, quia Poſtil. dicit conſtructionem literæ defectiuam cum dicitur: Munus quodcumque eſt ex me tibi proderit. Ex quo arguit Burg. igitur ſenſus ei datus non conſonat literæ. Vbi dico, quòd hoc argumentum venit ex diſſimulatione grammatice & rethorice, vel ambarum artium ignorantia. Sæpe enim in vete. Teſta. facit Burg. mẽtionem de grammatica Hebręorum, hic autem grammaticam Latinorum videtur ignoraſſe. Eſt enim in grãmatica Apoſiopeſis defectiua oratio qua ſæpe vtitur ſcriptura. Eſt etiam in rethorica præciſio color verborum, qua ſæpe vtitur ſcriptura, & coincidit cũ Apoſiopeſi: pręterquàm quòd hic excuſatur defectus figura, ibi oſtenditur ornatus rhetoricus ex orationis truncatione. Argumentum igitur Bur. videtur tentatiuum cum dicitur: Oratio vel cõſtructio eſt defectiua. igitur ſenſus datus non conſonat literæ. Nã pro conſonantia habenda in litera, ſuppletur, quod per figuram vel colorem truncatum eſt. Secundo dicit Bur. Poſtil. præſupponere falſum, in eo quod dicit Iudæorum ſcribas & ſacerdotes propter auaritiam feciſſe inter cęteras traditiones etiam illa quòd melius eſt offerre Deo quam ſubuenire parentibus &c. Hoc dicit Bur. falſũ. Primò vt dicit, nuſquam reperitur Iudæos hoc ſenſiſſe, quinimmo præponderant eleemoſynã ſpontaneis ſacrificijs, multo fortius honorem parentum &c. Vbi dico, q ſi conſequentia valeat, antecedẽs eſt mihi valde dubium propter dicta beati Hiero. & propter glo. ſuper Matth. & Mar. & Scholaſticam hiſtoriam, & propter dicta aliorum doctorum: quorum multi ſciuerunt Hebraicum, & concorditer dicunt ſicut Poſtil. qui ab eis recepit. Sed dato (quamuis non conceſſo) quòd Iudæorum proceres ſicut dicit Bur. ſenſiſſent, non tamen ſequitur: igitur ſic facerent vel docerẽt auaritia cæcati. Nec hodie eorum docti docent vel faciunt id quod ſentiunt, immo potius per Talmudicas & erroneas doctrinas ſimplicem populum decipiunt, & ueram literam corrumpunt. Secundo dicit Bur. dictum Poſtill. falſum. Allegat ad id probandum Rabi Moyſen Aegyptiũ ſatis bene dicentem, ſed non allegat bene facientem, qui traditionibus humanis diuina præcepta præponderat. Et q Bur. nos ultra in ſua expoſitione ad Talmud remittit, & librum quem nominat Nedarim, nihil aliud eſt quam fideles Chriſti retrahere à ſanctorũ veris expoſitionibus, & remittere ad videndum vna ſcripta erroribus plena prout ipſe Bur. met teſtatur in multis locis. Nec eſt cautum ſimplices ſenſum literalem ſępe cupientes huiuſmodi erroribus occupare. In eodem capitulo vbi dicitur Omne quod intrat in os &c Dicit Poſtil. intelligendum ſecundum Synedochen. Bur. facit inutilem obiectionẽ, & incidit in id quod improbare putat. Dicit enim, quòd non oportet dici per Synedochen quia non dr̃ totum quod intrat ſed omne. diſtributio debet accipi vt dicit pro ſpẽbus ſingulorum, vt ſit ſenſus, de qualibet ſpecie ciborum aliqd mittitur in ſeceſſum, licet aliquid ad nutriendũ retineatur. Nec autẽ & apud philoſophos & theologos, totum vniuerſale, & oẽ, q eodẽ accipiunt̃. Qui. n. dicit oẽ, nihil excipit. Sic & ſimiliter de toto vniuerſali, & ſpecialiter omne eſt totum in quantitate ſecundũ logicos, vñ reſolutio Bur, qua dicit de omni ſpecie ciborũ aliqd mitti, idem eſt ſicut diceret, debere intelligi ſm ptem, & ſic oẽ capit̃ per Synodechen, qđ uoluit iprobare. Sed mouet Bur. hic dubium qa per utrãq; expoſitionẽ nõ uidet̃ tolli ſcãdalum a Phariſæis. & ppter hoc dicit dubiũ allegãdo beatũ Hier. q uniuerſaliter debeat accipi ſic, q quidquid intrat in os & ex alimento generatur, põt etiam per calorem naturalem reſolui, & per occultos quoſdã poros emitti. Sed illud vr̃ fruſtra dici per Bur. Primum, qa Chriſtus dicit, omne qđ intrat &c. p hoc noluit nec curauit tollere ſcandalum Phariſæorum: quia dixit: Sinite eos, cæci ſunt & duces cæcorum: ſed ſolũ uoluit inſtruere diſcipulos perẽtes. Et nõ eſt ueriſimile, q de illis occultis modis digerendi & egerẽdi curauit diſcipulos inſtruere: ſed innuere argumento a maiori. ſ. ut ſi impurum nutrimenti quod in ſeceſſum emittitur, non coinqnat: igitur multo magis id quod purũ eſt nõ coinqnat, iuxta illã regulã: Si id quod magis videtur ineſſe nõ ineſt, nec qđ min⁹. Sed ſi ex cibis deberet homo inquinari, magis videtur hoc verũ de ipuris. quod tamen nõ eſt, ut dr̃ in lr̃a. Et ſubintelligendũ eſt moraliter, qa ex his quæ naturalia ſunt, nec laudãdus quis eſt, nec uituperãdus. Si igitur p naturalẽ digeſtionẽ uel indigeſtionẽ ex puro uel impuro cibo generaretur corruptus humor uilẽ faciens hominẽ, ex hoc tamen non dr̃ moraliter inquinari, quamuis naturaliter, de qua hic non dicitur.

D

Vbi ſup.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## GLOS. ORDIN. CAP. XVI.

E T acceſſe. &c Vt ſig. d. Vt quia pauit multos paucis, manna plueret, quo omnes reficeret. Vnde Iohãnes poſtedulium panum: Quod ſignum facis, ut uideamus & credamus tibi? quid operaris? Patres noſtri mã. mã. in deſer. Petebant tentãdo, ut in morem Eliæ ignẽ de ſublimi mitteret, uel in ſimilitudinem Samuelis æſtiuo tpe mugire tonitrua faceret: quaſi non poſſent & illa calumniari, & dicere ex occultis & varijs aeris paſſionibus accidiſſe.

Ioan. 6. d

3. Reg. 18. f

b Facto ue. Increpat eos, ꝙ ex ordine elemẽtorum diſcernãt dies, ſed ſigna temporum ignorãt, cum omnis lex & prophetę aduẽtus ſui indicia ex operũ quæ gereret, admiratione ſignificent. Cum qualitatem temporis futuri ex ſignis præcedentibus cognoſcerent: rem tam neceſſariam ex ſignis ſuis intelligere negligebant.

† Rutilat, rubeſcit

† Luc. 12. g

c Rutil. e. Patiuntur apoſtoli poſt reſurrectionem, per quos me iudicare in futuro ſcire poteſtis, quia cum non parco meis bonis quin patiantur, non parcam alijs in futuro

* Hypocritæ, faciem quidem.

d Sign. an. ad tp̃s grãæ pertinentia à prophetis prædicta, non pñt vobis fidẽ facere de meo aduentu. Signa an. Signa tẽporũ dixit de aduentu ſuo vel paſſione, cui ſimile eſt roſeũ cęlum veſpere. Et itẽ de tribulatione añ aduẽtũ futurũ, cui ſimile eſt roſeũ cęlũ cũ triſticia.

e Non da. ei. Sed datur fidelibus de cœlo, quando videntibus apoſtolis in cælum aſcendit, & ſpiritumſanctũ miſit.

Act. 1. a

f Oblitiſ. p. Quomodo panes non habent, qui modo impletis ſportis nauẽ aſcenderunt, & nauigantes audiunt, vt caueant à fermento Phariſæorũ? Sed tamen ait ſcriptura ꝙ obliti ſunt tollere panes ſecum, vnius veri & interni panis (q cum eis erat) dulcedine capti, parum ſe curare iudicantes de cura corporis & neceſſarijs, cũ & ipſa naturalis refectio à mente exceſſerit.

F

† Videte

g A fer. Fermentũ eſt peruerſa doctrina, quę vel modica totam maſſam corrumpit, & in ſuum ſaporem trahit.

1. Cor. 5. b

h Quid c. Quid cogitatis me dixiſſe de terrenis panibus, de quibus non eſt vobis dubitandum, cum de tam paucis tantas feci abundare reliquias?

Cauete

## CAP. XVI.

a ¶ Legis fiducia inſolentes de dignantes opera virtutum.

E T acceſſerunt ad eũ ^a Phãriſæi & Saducęi tentantes, & rogauerunt eum, ut ^b ſignum de cœlo oſtenderet eis. At

a ¶ Ita in morte mea debetis reſurrectionem peccatorum per meum ſanguinem intelligere.

^b ille reſpondens ait eis † Fãcto ueſpere dicitis, ſerenum erit: † rubicundum eſt enim cœlum: & ^c

a ¶ Futurum iudicium prauidere per præcedentes tribulationes ſanctorum.

^c mãne, hodie tempeſtas, rutilat ^{e f g} enim triſte cælũ. *Faciem ergo cæ- ^h

¶ Ex iſtis ſignis.

^d li diiudicare noſtis, ſigna autem tẽ- ^i

a ¶ Nota eadem ſuperius dicta.

porum non poteſtis ſcire † Gẽnera- ^k

a ¶ Incredula pro ſpirituali carnalem intellectum habens.

tio mãla & adultera ſignũ quærit,

a ¶ De cælo. ¶ Hoc poteſtatis ſuæ ſignum conſtitutum eſſe demonſtrat. b ¶ De inferiori.

^e & ſignũ nõ dãbitur ei, niſi ſignum

a ¶ Vt infidelibus, non dimiſſi ¶ Iudæis.

Ionæ prophetæ. Et relictis illis a-

¶ Ad gentes.

biit. Et cum ueniſſent diſcipuli eius ^l

^f trans fretum, obliti ſunt panes acci-

pere. Qui dixit illis: † Intuemini, & ^{m n}

¶ i. a vanis traditionibus, quibus videntur quod non ſunt.

cauete à fermento Phariſæorum, &

^g Saducæorum. At illi cogitabãt † in ^o

a ¶ Non vult, vt de panibus eorum accipiamus.

ter ſe, dicentes: quia pãnes non acce

a ¶ Cogitationes eorum.

pimus. Sciẽns autem Ieſus dixit: ^p

^h Quid cogitatis inter uos modicę

a ¶ Nõ q; myſterium intelligitis, neque virtutem in memoria habetis.

fidei, quia panes nõ † habetis? Nõndum intelligitis, neq; recordamini ^q

a ¶ Expenſorum.

quinq; pãnum in quinq; milia hominum, & quot cophinos ſumpſi

a Expenſorum.

ſtis? Neque ſeptem pãnum in quatuor milia hominum, & quot ſportas ſumpſiſtis? † Quare non in- ^r

quando impediatur.

e Et mane. ſupple dicere poteſtis.

f Hodie tem. erit ſupple.

g Rutilat. quod contingit in corruſcatione & tonitruo: & hoc eſt ſignum tempeſtatis, propter quod ſubditur,

G

h Faciem er. cæli dijudicare no. inquantum. ſ. facies cæli eſt ſignum alicuius diſpoſitionis futuræ in elementis.

i Signa autem temporum non po. i. ſigna temporum definitorum in præſentia Dei de aduentu Chriſti non poteſtis per talia dijudicare, quia ſolummodo dependet ex diuina diſpoſitione, & non ex conſtellatione. Et propter hoc aduentus Chriſti conſiderandus eſt (vt dictum eſt) ex dictis prophetarum: qui hoc habuerant ex diuina reuelatione, ſicut habetur Dan. ix. vbi circa hoc taxantur hebdomadæ determinatæ. & Gen. xlix. Vbi ſignum aduentus Chriſti ponitur tranſlatio regni Iudæorum ad alienigenam. quod factum eſt ſub Herode.

k Generatio mala & adultera. Hoc ſupra expoſitum eſt ca. xij.

l Et cum ueniſſent. Hic concludit doctrinam Phariſæorum vitandam à diſcipulis ſuis, non ſolum tanquam curioſam & inutilem, ſed etiam malam & periculoſam. ꝓpter hoc uocat eam fermentum propter corruptionem malitiæ & nequitiæ contentam in ea. & hoc eſt quod dicit:

† Mar. 8. b Luc. 11. d

m Intue. per diligentem conſiderationem mentis.

n Et cauete à fermento. id eſt à doctrina corruptione. Nec eſt mirum, ſi fermentum dicitur hic doctrina corrumpens, Suprà autem fermentum accipitur pro feruore fidei, vt viſum eſt: quia eadem res ex diuerſis proprietatibus bene ſignificat oppoſita & diſparata, ſicut Leo aliquando accipitur pro Chriſto, vt dicitur. Vicit leo de tribu Iuda: & hoc propter conſtantiam & audaciam in aggrediendo ardua & periculoſa. Aliquando autem accipitur pro Diabolo propter crudelitatem, ſecundum quòd dicitur. Aduerſarius verò veſter diabolus tanquam leo rugiens circumit quærens &c. Ita eodem modo fermentum propter calorem incluſum ſignificat feruorem fidei. propter autem corruptionem, doctrinam malam.

Cap. 13.

Apoc. 5. b

H

Marc. 8. b

† Intra ſe

Luc. 12. a

1. Pe. 5. c

o At illi cogitabant inter ſe dicentes, quia panes non accepimus. quaſi dicerent intra ſe: bene cauimus, quia ab eis nullum panem accepimus. Ex quo patet, quod intelligebant fermentum ad literam. i. panem fermentatum. Patet etiam eorum deuotio ad Chriſtum, quia ſic ei inſeparabiliter adhærebant, quod obliti fuerant accipere neceſſaria.

† Accepiſtis.

p Sciens autem Ieſus cogitationes eorum &cæ. tanquam Deus.

r Quare non intelligitis. q. dicat ex factis meis præcedentibus & doctrina deberetis ſic eſſe illuminati, quòd verbum meum intelli- ¶ geretis.

## NICOL. DE LYRA. CAP. XVI.

E T acce. ad. In præcedenti capitulo Chriſtus reprobauit errorem Iudæorum in lege, hic docet fundationem eccleſiæ gentium in fide. vbi primò aperit incarnationis myſterium, ſecundo prædicit redemptionis precium, ibi: Venit autem Ieſus ĩ partes. tertiò, imponit imitationis exẽplum, ibi: Tunc Ieſus dixit diſcipulis. Prima in duas: quia primò myſterium incarnationis aperitur. ſecundo, ex hoc doctrina Phariſæorum non ſolum ſicut erronea, ſed ſicut curioſa & inutilis excluditur, ibi: Et cum veniſſent diſcipuli eius. Circa primam partem aduertendum, quòd aliqui Scribæ & Phariſæi omiſſo ſtudio legis & prophetarum ſtudebant in mathematicis, & potiſſimè in aſtrologia: vnde & vſque hodie aliqui eorum in hoc ſunt valde curioſi. Et quia aſtrologi aliquãdo volunt indicare per conſiderationem aſtrorum de inchoatione legum & ſectarum diuerſarum, ideo & iſti per aſtra volebant pronoſticare de aduentu Chriſti. hoc autem eſt impoſſibile, quia virtus cæli non ſe extendit ad talia, licet ſe extendat ad pronoſticandum de futura diſpoſitione aeris, vt ſiccitate, & pluuia, & huiuſmodi. & hoc eſt quod dicitur.

† Quomodo

a Et ac. ad eum ph. &c. ſ. ſi poſſent eum in aliquo capere.

b Et rog. eum ut ſig. declarando. ſ. tempus ſui aduentus ex aliquo ſigno cæleſti.

c At ille reſp. i. aliquid prædicere de futura temporis diſpoſitione poteſtis per conſiderationem cæli: quia ad hoc bene ſe extendit talis ſcientia. propter quod ſubditur: Serenum erit.

d Rubicundum eſt enim cœlum. Talis enim diſpoſitio cæleſtis eſt ſignum futuræ ſerenitatis, ſcilicet ſic frequenter contingit, licet ali- quando

## MORALITER.

* a Et acceſſerunt ad eum Phari. & ſa. ten. eum &c. Per iſtos qui venerunt ad Chriſtum non addiſcendi gratia, ſed malignandi: ſignificantur illi qui veniunt ad ſermonem uel lectionem, non vt ędificentur, ſed vt prædicatori vel lectori inſidientur. Per hoc autẽ quòd quæſierunt ſignum de alto, ſignificantur illi qui quærunt audire ſubtilia, curioſa & inutilia. propter quod dictum eſt eis: quòd ſibi non dabitur ſignum, niſi ſignum Ionæ prophetæ, qui propter ſuam inobedientiam fuit deglutitus à ceto: ſic & ipſi deglutiendi ſunt à diabolo: ſi tamen vere pœniteant de ſuis defectibus, ſaluabuntur, ſicut Ionas vere pœnitens de ventre ceti fuit liberatus.

l Et cum veniſſent diſcipuli eius trans fretum &c. Per iſtos ſignificantur illi qui Chriſti doctrinam audiunt, ſed non retinent, vel opere non adimplent. ideo dicitur eis:

q Nondum intell. Et interrogabat diſcipulos ſuos dicens: Quem dicũt homines eſſe filium hominis &c. Origenes. In hoc dedit exemplum, vt nos ſemper ſcrutemur qualis opinio ſit apud homines de nobis, vt ſi quid mali dicitur de nobis, occaſiones illius præſcindamus: Si autem quid boni, occaſiones augeamus.

* Caro &



a Cauete a fer. A ſuperſtitioſa doctrina, quæ more fermenti veri panis ſimulat ſe ſubſtantiam habere. Per hoc innuit, quid ſignificant quinque panes vel ſeptem. Si enim fermentum dicit hæretica dogmata, panes ſunt vera doctrina.

A

b In partes Cæſareæ Phi. Iſte locus eſt, vbi Iordanis oritur ad radicem Libani, ex Ior & Dan duobus fontibus.

c Homines eſſe. Homines ſunt qui de filio hominis loquuntur: Dij enim qui deitatem intelligunt.

d Filium hominis. Dominus de ſe humilitatem humanitatis profitetur, diſcipuli deitatem intelligunt.

e Alij Iohannem Bapti. Sic poterant errare in Elia vel in cæteris alijs, ſicut Herodes errauit in Iohanne cum ait: Iohãnes, quem ego decollaui, ſurrexit à mortuis: & ideo virtutes operantur in eo. Ideo vult exponi errores eorũ, vt eis repulſis diſcipuli veritatem proferant, non ex vulgi opinione, ſed ex domini reuelatione.

Mar. 6. b

f Reſpon. Ideo vnus reſpondens, & uni reſpondetur pro omnibus vt vnitas in omnibus obſeruetur.

g Dei uiu. Ad diſtinctionẽ falſorũ deorũ, quos Gentes vel de mortuis hoĩb. vel de ſenſibili materia ſibi ĩſtituerũt.

h Bariona. Bene filius columbæ, quia dñm pia ſimplicitate ſequebatur, vel ꝗa plenus ſpirituali gratia erat. Filius ſpiritusſancti dicitur, qui oſtenſus eſt in columba, ab eo quem filium Dei viui vocauerat, & filio columbę pater reuelat: quia vna eſt operatio patris & filij cũ ſcto ſpũ. Reuelat inquã myſterũ fidei, ꝗa caro & sãguis nõ reuelare potuit. i. hoĩes carnali ſapientia inflati, ꝗ nõ columbæ filij, & ideo à ſapientia ſpiritus alieni. de quibus ſupra. A Iohannem Baptiſtam alij autem Eliam &c.

† Ioan. 6. g

i Tu es. non dico vocaberis, ſed tu es Petrus, ob fortitudinem fidei & confeſſionis conſtantiam.

B

k Petrus. A me petra, ita tamen vt mihi retineam dignitatem fundamenti tu ſuper me ordinabis lapides mũdos, & abiicies leproſos. Sicut lumen & cætera nomina, vt Vos eſtis ſal terræ à Domino ſortiti ſunt apoſtoli, ſic Simoni a ſe nomen Petri dedit.

Sup. 5. b

l Et portæ. in. Portę inferi ſunt peccata, minæ, blandimenta, hæreſes, quibus infirmi ruunt in mortem, qui non vere ſupra petram, ſed ſuper arenã domum profeſſionis ſuæ credentes ſunt ædificauiſſe. i. non ſimplici, & vera intentione Chriſtum ſequi, ſed ob terrenam quamlibet cauſam habitũ prætendiſſe. Qui enim in intimo cordis amore fidem Chriſti percipit, quicquid ingruit extra facile uincit.

Et tibi.

a ¶ Pane corporali.

telligetis, quia non de pãne dixi

^a uobis: Cauete à fermento Phariſæorum & Saducæorum. Tunc intelle- ^a xerunt, quia non dixerit cauendum à fermento panum: ſed à doctrina Phariſæorum & Saducæorum. † Ve ^b

a ¶ Quam in honore Tyberij Cæſaris Philippus frater Herodis extruxit.

^b nit autem Ieſus in partes Cæſarẽæ

a ¶ Vt veræ confeſſionis mercedem reddat, non quaſi neſciat.

Philippi, & interrõgabat diſcipu- ^c los ſuos, dicens: Quem dicunt ^d

a ¶ Non dicit me: ne inſolenter loqui videatur.

^{c d} homines eſſe filiũm hominis? At il- ^e

^e li dixerunt: Alij Iohannem Bapti- ^f ſtam, alij autem Eliam, alij uero Ie- ^g remiam, aut unum ex prophetis. ^h

a ¶ Diſcreti ab alijs, non homines ſed dij.

Dicit illis Ieſus: Vos autem quem ^i

a ¶ Sciunt & apoſtoli, ſed Petrus reſpondet pro omnibus.

^f me eſſe dicitis? Reſpõndens Simon ^k

a ¶ Omnia complexus eſt: qui & naturam & nomen expreſſit. ¶ Verum hominem, & verum Deum credit & confitetur.

Petrus dixit: Tũ es Chriſtus filius ^{l m}

a ¶ In Petro omnibus reſpondit.

^g Dei uiui. Reſpõndens autem Ieſus, ^{n o}

a ¶ Tam altæ fidei confeſſione. b ¶ Filius columbæ Syriace.

^h dixit ei: Beãtus es Simon Bariõna, ^p

a ¶ Cæ tilis quilibet. b ¶ Tantum arcanum.

quia cãro & ſanguis non reuelauit ^q

a ¶ Qui illuſtrat mentes hominum.

tibi, ſed pãter meus qui in cælis ^r

a ¶ Tu dixiſti mihi filius Dei, & ego dico tibi, cuius dicere eſt facere.

^{i k} eſt. Et ego dico tibi, quia † tũ es Pe- ^{s t u}

a ¶ i. Chriſtum in quem credis.

trus, & ſuper hanc pẽtram ædifica- ^{x y}

^l bo eccleſiam meam, & portæ in-

a ¶ Non ſeparabunt eam a charitate mea & fide.

feri nõn prę̃ualebunt aduerſus eam. ^z

Cæſaris qui dedit ei quartam partem regni, ut refert Ioſephus, & habitum eſt ſupra. Dicitur etiã Cæſarea Philippi: ad differentiam alterius, quæ dicitur Cæſarea Paleſtinæ, vbi cornelius Centurio manſit Act. x. & iſta ciuitas antiquitus dicta eſt Lachis, & poſtea Dan à filijs Dan eam occupantibus, vt habetur Iudi. xviij. poſtea dicta eſt Cæſarea Philippi & nunc Pelneas ſeu Palneas dicitur. In iſta autem ciuitate habitabant Gentiles & in confinibus eius: & ideo ex hoc quòd Chriſtus hoc myſterium ſuæ incarnationis reuelauit, oſtenditur fundatio eccleſiæ in fide Gentium. Sequitur:

C

Lib. 18. antiq. c. 3.

c Et inter. diſ. ſu. Non interrogabat ignorans quid crederent vel quid reſponderent, ſed vt eorum fideli confeſſione conuenientius ſolidarentur in fide.

† Marc. 8. b

d Quem dic. ho. i. turbæ vulgares. Et quia de ipſo erant variæ opiniones in populo. Ideo ſubditur:

e At illi di. alij Ioh. bap. Cuius opinionis fuit Herodes & ſui ſequaces, vt ſupra viſum eſt.

f Alij au. Eli. propter zelum veritatis.

cap. 14. f

g Alij ue. Ie. ꝓpter patiẽtiam in aduerſis.

h Aut unum ex prophetis. antiquis, ſcilicet ſecundum quòd habetur, quòd propheta vnus de prioribus ſurrexit. Opinio autem omnium loquentium de immortalitate animæ, & de reſurrectione fuit, quòd anima ſeparata à corpore ſit maioris virtutis, quã coniuncta tali corpori quale nunc habemus, ſecundum quod dicitur Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Et ſimiliter, ꝙ in reſurrectione homines erunt maioris virtutis. Et quia videbãt Chriſtũ maiora facere miracula, quam aliquis prophetarum fecerit. iõ credebant ꝙ vnus de antiqs prophetis ſurrexiſſet à mortuis: & ſic maiora miracula faceret, quam antea feciſſet: & hoc modo motus eſt Herodes ad credẽdum ꝙ eſſet Iohãnes Baptiſta, vt habitũ eſt ſupra. Sequitur:

Luc. 9. d

Sap. 9. d

i Vos au. q. d. ſi alij errant opinando falſa de me, vos tamen non debetis errare qui tãdiu mecum fuiſtis, & meã doctrinã frequenter audiuiſtis, & miracula tanta vidiſtis.

D

k Reſ. Petrus tanquam principalis, inter alios pro ſe & pro alijs dedit reſponſum.

† 19. diſt. c. ita dominus. & 21. di. c. in nouo. & c. quis.

l Tu es. C. quod interpretatur vnctus. & ſic confitetur eius humanitatem, in qua vnctus eſt oleo gratiæ præ alijs.

m Fil. de. naturalis. ſ. & non adoptiuus ſicut alij, & per conſequens eiuſdem naturæ cum Deo patre: & ſic confitetur veritatem diuinæ naturæ & humanæ in eodem ſuppoſito.

n Viui. Hoc additur ad differentiam illorum qui colebantur tanquam dij à Gentilibus, vt Hercules, Iupiter & cõſimiles. Fuit. n. antiquorũ opinio, ꝙ quãdo tales excellẽtes ꝑſonę moriebantur, ad vitã deorũ trãſferebãtur. unde. dr̃ ꝙ rex Antiochus ſcripſit de p̃re ſuo mortuo. Patre noſtro ĩter Deos tranſlato, nos volentes eos q ſunt in regno noſtro ſine tumultu agere &c. Ad iſtas ergo falſitates excludendas dixit Petrus: Dei uiui.

2. Mach. 11. e

o Reſp. a. I. Hic cõſeq̃nter ad cõfeſſionẽ deitatis ſubdit̃ collatio ꝑtãtis.

p Beatus es Simon Bar. i. filius Iohanna. Bar enim idem eſt quod filius. Iona autem ponitur per diminutionem ſubtracta media ſyllaba pro Iohanna. unde eſt ibi compoſitio ex integro & corrupto. Vnde Bariona hic accipitur, ac ſi diceretur filius Iohãnis. propter hoc Petrus dicitur Simõ Iohãnis: dicitur aũt hic Bea. ꝗa cõfeſſio veræ fidei ducit ad beatitudinẽ.

Ioan. vlt. a

q Caro & ſan. non reue. tibi. i. hõ mortalis nõ docuit te illã veritatẽ.

r Sed pater meus. & per conſequens tota trinitas, quia indiuiſa ſunt opera trinitatis ad extra.

s Et ego dico tibi. pro te & pro ſocijs tuis.

t Quia tu es Petrus. i. confeſſor petræ veræ quæ Chriſtus eſt factus.

x Et ſuper hanc petram. quam confeſſus es id eſt ſuper Chriſtum.

y Aedificabo ecc. meam. Et portæ infer. id eſt perſequutiones tyrannorum, & inſultus & tentationes ſpirituum malignorum.

z Non ꝑualebũt aduer. eam. à vera fide ſubuertendo Ex quo patet, quòd eccleſia nõ conſiſtit in hominibus ratione poteſtatis vel dignitatis eccleſiaſticæ vel ſecularis, ꝗa multi principes & ſummi põtifices & alij ¶ inferiores

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ geretis non de pane materiali, quia de hoc poſſum vobis ſufficienter prouidere. Quod probat duplici exemplo, in quo magnam multitudinem ſatiauerat paruo cibo, vt patuit ſupra. xiiij. & xv. ca. & hoc eſt quod dicit: Nondum intel. &c. & patet. Sequitur:

a Tunc intel. &c. a fer. pa. materialium, ſed à doctrina Phariſæorum, quæ vocatur fermentum ratione prædicta.

b Venit aut. Ie. In iſta parte oſtendit ſe humanæ ſalutis precium. & primò oſtendit ſe Dei & hominum mediatorem. & ſecundo hominum redemptorem per ſuam paſſionem, ibi: Et exinde cœpit Ieſus &c. Circa primum primo ponitur diſcipulorum confeſſio. Secundo, ex hoc ſubditur poteſtatis collatio, ibi: Reſpondens autem Ieſus. Circa primum aduertendum, ꝙ mediator inter aliqua debet participare extrema. & ideo Chriſtus qui habebat duplicem naturã in vno ſuppoſito. ſ. diuinam & humanam, vnam ſibi naturalem, aliam pro nobis aſſumptam, erat vere Dei mediator & hoĩm, & per conſequens aptiſſimus vt eſſet humanæ redemptionis p̃cium. Hanc autem duplicem naturam declarat in ſeipſo. Humanã ꝑ euidentẽ oſtenſionẽ, quia dicebat ſe & oſtẽdebat ſe filium hominis. Aliam ex vera confeſſione Petri pro ſe & alijs diſcipulis diuinam naturam in eo conſitentis, quam confeſſionem tanquam veritatis expreſſiuam approbat Chriſtus. Dicit igitur: Venit au. Ie. in par. Ceſa. Phi. Dicitur autem Cæſarea Philippi, quia renouata & ampliata à Philippo tetrarcha fratre Herodis. Ex tunc nominauit eam Cæſaream, in honorẽ

Cæſaris

## MORALITER.

* q Caro & ſang. Origen. Si ergo & nos patre nobis reuelante qui eſt in cælis, quando ſ. conuerſatio noſtra in cælis fuerit, confeſſi fuerimus Ieſum Chriſtum eſſe Dei uiui filium, nobis dicetur.

v Tu es Petrus & ſuper h. Petrus enim eſt omnis imitator Petri.



* Et quodcunque.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a ¶Præſentis iudicij poteſtatem. b ¶Eccleſiæ.

Et tibi dabo claues regni cęlorum. Et quodcumq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cęlis: & quodcumq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis. Tunc præcepit diſcipulis ſuis, ut nemini dicerent, quia ipſe eſſet Ieſus Chriſtus. Exinde cępit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis, quia oporteret eum ire Ieroſolymam, & multa pati à ſenioribus, & ſcribis, & principibus ſacerdotum, & occidi, & tertia die reſurgere. Et aſſumens eum Petrus, cæpit increpare illum, dicens: † Abſit à te Domine, non erit tibi hoc. Qui conuerſus dixit Petro: † Vade poſt me † Sathana: ſcandalum es mihi, quia non ſapis ea quę Dei ſunt, ſed ea quę hominum. Tunc Ieſus dixit diſcipulis ſuis.

a ¶Quemcumq; indignum remiſſione iudicaueris dum viuit, apud Deum indignus iudicabitur.

¶Quemcumq; ſoluendum iudicaueris dum viuit, & remiſſionem peccatorum conſequetur a Deo.

a ¶Non alijs ſed prouectioribus.

a ¶Separatim, ne coram alijs magiſtrum arguat.

¶Amantis affectu. ¶Optando.

a ¶Non poteſt eſſe vt filius Dei occidatur.

a ¶A laude ad vituperium. b ¶Sequere ſententiam meam.

a ¶Aduerſarie meæ voluntati. b ¶Offendis me volendo præire.

E a *Et tibi.* vt omnibus conſtaret, quia abſque ea confeſſione ac fide nullus regnum cęlorum poſſet intrare. Qui præ cæteris confeſſus eſt, præ cæteris donatᷓ clauibus. Claues ſunt diſcernendi ſcientia & potentia, qua dignos recipere, indignos excludere debet à regno. vnde ſubdit.

b *Et quodcunque lig.* i. quem in peccatis per reſiſtentem æternis pęnis adiudicaueris: uel quem humilem & vere pęnitētem abſolueris, ſic erit & in cęlis. *Et quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis & quodcunque.* Hiero. Habent quidem eādem iudiciariam poteſtatem alij apoſtoli, quibus poſt reſurrectionem ait: Accipite ſpiritum ſanctum: quorum re. &c. Habet ēt oīs eccleſia in pſbyteris & epīs: ſed ideo Petrus ſpecialiter accipit, ut oēs intelligant, ꝙ quicunq; ab unitate fidei & ſocietate eius ſe ſeparauerit, nec a peccatis ſolui: nec cælū pōt ingredi. Hūc locū quidā non intelligētes, aliquid ſibi ſumunt de ſupercilio Phariſæorum, vt dānare innoxios, vel ſoluere ſe noxios putent: cū apud Deū non ſnīa ſacerdotū, ſed reorū vita quæratur. Vn̄ in Leuitico oſtendere ſe ſacerdotib. iubentur leproſi, quos illi non faciunt leproſos, ſed diſcernūt qui mundi vel immundi ſunt, ita & hic. Nota Chriſtum per ſe intus viuificare, miniſtris poteſtatem ſoluendi poſt uitam reddi tam tribuere. Non.n. aliquem ſoluere pōt, niſi viuat quem ſoluūt. Sed ad quid ſoluendi ptātem accipiunt, cū a Deo iam liberatus & uiuificatus quē ſoluunt, q̄rit? Dicunt quidā miniſtros ſoluere i. ſolutos demonſtrare reconciliatos eccleſiæ, quos prius de crimine manifeſtos vel conuictos ab introitu eccleſiæ priuauerant. Alij, a quadā impotentia bene operandi, quæ poſt remiſsionem & ſatisfactionē adhuc remanet, & eſt fex & reliquiæ præcedentium peccatorum, non tn̄ pctm̄, ab hac purgatur homo eum reconciliatur eccl̄iæ, p iudicium ſacerdotis. Vt enim in homine poſt febris purgationem debilitas quędam remanet quæ febris nō eſt, à qua nō cito purgatur, ſic in homine poſt criminalem remiſſionē pro qua iudicium eccleſiæ ſubijt, ipſius peccati debilitas remanet. Alij, veritati & euangelio adhęrētes, miniſtros eccleſiæ à peccato ſoluere dicunt. Dicit.n. ueritas: Accipite ſpiritum ſanctum: quorumcūq; re. &c. De hoc iterum Au. cōtra q̄nq; hæreſes. Nec eos audiamus qui negāt catholicā eccl̄iam nō oīa pctā poſſē dimittere. Illi.n. in Petro petrā nō intelligūt, & non intelligētes eccleſiæ datas eſſe claues regni cęlorum, ipſi eas de propria manu amiſerunt. His opponitur ꝙ ſolus Deus lazarum ſuſcitauit: apoſtolis ſoluendū tradidit. Itē ꝙ ſolius eius, dimittere pctm̄ eſt. Ad hoc dn̄t, ꝙ Deus prius Lazarum ſuſcitauit, hoc eſt, ꝙ ipſe à ſe, non ab alio pctm̄ dimittit. Qđ diſcipuli reſuſcitatum ſoluunt, hoc eſt ꝙ non à ſe, ſed a Deo habent ꝙ pctā dimittunt: ſic dicitur, ſolus Deus pctm̄ dimittit, q̄a hoc qđ p ip̄m facimus, ipſe facit.

Commen. in Mat. lib. 3. c. 16. to. 9. — Ioan. 20. e — Leui. 13. f — Sacerdotū ptās ligādi &c. quanta & qualis — † Propitius tibi ſis. — † A duerſarie. — Ioan. 20. e cap. 7. to. 6. — Ioan. 11. f — Marc. 2. a

c *Vt ne.* Supra aduentū ſuū p̄dicare p̄cepit, hic ne dicāt eū eſſe Ieſum. Sed aliud eſt prædicare Chriſtū qđ eſt cōe nomen dignitatis: aliud Ieſū, qđ ē ꝓpriū ſaluatoris, q.d. n̄ ꝓdeſt publice p̄dicari maieſtatē ꝑplis q̄ viſuri ſunt me multa pati. qđ tūc demū licębit, cum reſurrectio potentiam deitatis oſtenderit.

d *Ieſ.* Saluator, ne ſcandalizarentur in eo quem paulopoſt viſuri ſunt conſpui & crucifigi.

e *Exin.* Ecce cauſa prohibitæ prædicationis. q.d. tunc me prædicate, cum iſta paſſus fuero: quia non ante prodeſt.

f *Abſit* Non vult Petrus deſtrui confeſſionem ſuam: nec putat filium Dei poſſe occidi.

g *Vade.* Suprà: oīa illa glorioſa in futurū ꝓmiſſa ſunt, non in præſenti data. Aedificabo eccleſiā meā: & tibi dabo cla. &c. Quę ſi ſtatim dediſſet, nūq̄ poſtea locū error inueniſſet in eo.

h *Quia non.* Non placet tibi, vt per mortem meam mundum redimam, quæ eſt voluntas patris: ſed carnaliter hæc ſapis.

Si quis

## NICOLAVS DE LYRA.

§ *Inferiores inuēti ſunt apoſtataſſe à fide: ꝓꝑ quod eccleſia conſiſtit in illis perſonis in quibus eſt notitia vera, & confeſſio fidei & veritatis.*

a Et tibi da, *non ſolum pro te, ſed etiam pro alijs. Sicut enim confeſſio Petri erat confeſſio aliorum, ita poteſtas data Petro intelligitur dari alijs, licet Petro principalius inquantum erat aliorum capitaneus.*

G

b Claues regni. *Iſtæ claues non ſunt materiales ſed poteſtas ſpiritualis duplex. Vna eſt poteſtas diſcernendi peccatum à non peccato, ſicut in veteri lege ſacerdotes iudicabant inter lepram & non lepram. Aduertendum etiam, ꝙ licet homo non poſſit hoc bene iudicare ſine ſcientia, tamen ſcientia non dicitur clauis, ſed poteſtas iudicandi per ſcientiam præhabitam: & ideo licet ſcientia non ſit clauis, tamen neceſſario præexigitur ad debitū vſum huius clauis. Alia clauis eſt poteſtas admittendi ad regnum, vel excludendi, ſecundum verum iudicium præhabitum: quia debent indigni excludi, & digni recipi.*

Claues Petro conceſſæ quæ & quotuplices

c Et quodc. lig. *quia ſuppoſito hic in terra debito vſu clauis, Deus illud approbat in cælis, aliter non.*

d Tunc præ. diſci. ſu. *Hoc videtur eſſe contrarium ei quod eſt dictum ca. x. quod miſit diſcipulos ad denunciandum aduentum ſuum. Dicendum, quòd tunc denunciauerunt aduentum eius, tanquàm cuiuſdam ſancti prophetæ à Deo miſſi: & iſtud non præcipitur hic taceri, ſed poſtquàm cognouerant hic diuinitatem ipſius, vt patet ex confeſſione prædicta præcepit vt eius diuinitatem alijs non diuulgarent, ne vulgares homines qui viderent eum pati tam ignominioſe, ſcandalizarentur de eorum prædicatione: ſed poſtq̄ reſurrexit à mortuis, habita perfecta victoria mortis voluit hoc publicè prædicari.* † Marc. 8. d

e Exinde. *Hic oſtendit ſe eſſe mundi redemptorem per ſuam paſſionem: & hoc eſt quod dicitur: Exin. i. poſtquam ſe oſtēderat habere veram naturā diuinā, ſcđm quā eſt impaſſibilis, & humanam, in qua poterat vere pati.* † Abi

f Cœpit Ie. o. *quia erat præordinatum à Deo patre, quòd ibi compleretur myſterium redemptionis noſtræ. Illud autem qđ præordinatum eſt à Deo, infallibiter euenit, quia licet non ſit neceſſitas conſequentis, eſt tamen ibi neceſſitas conſequentiæ. Modus autem noſtræ redemptionis ſubiūgitur cum dicitur.*

H

g Et mul. pa. a. *quia ab iſtis iudicatus eſt ad mortem, & præſidi traditus.*

h Et oc. *à Gētilib. q̄ eū crucifixerūt manib. ꝓprijs, vt habetur Ioh. xix.*

i Et ter. die. re. *Hoc prædixit, vt minus triſtarentur de eius morte. Oportebat autem iſta impleri, quia à Deo erant præordinata.*

k Et aſſu, eum Pe. &c. *in ſecreto. ſ. quia inferior non debet ſuperiorem publice arguere.*

l Abſit a te domi. *q.d. indecens eſt, ꝙ tu tam ignominioſe patiaris.*

m Qui conuerſus: *id eſt facie verſa erga Petrum, vt eum de ſua temeritate efficacius argueret.*

n Dixit Pet. ua. ſa *i. aduerſarie, inq̄tum per iſtam increpationem ſuam volebat ſalutem humani generis quodammodo impedire: & per conſequens Chriſto aduerſabatur, qui erat huius ſalutis nuncius.*

Scandalum quid ſit & quotuplex

o Scandalum es mi. *Scandalum ibi improprie accipitur: quia ſcandalum actiuum propriè dictū, eſt dictū alicuius vel factū minus rectū, præbēs occaſionem ruinæ alteri. Scandalū autem paſſiuum, eſt ruina alicuius ex tali facto vel dicto. Neutrū aūt potuit habere locū in Chriſto: & ideo ſcādalum hic accipitur pro impedimento. q.d.* Scādalū mi. *i. quantum eſt in te vis me à ſalute mundi impedire. Cuius ratio ſubditur:*

p Qui n. ſ. ea q. D. ſu. *quærēdo. ſ. impedimentū præordinationis diuinę.*

q Sed ea. *quia illud quod dictum eſt, Petrus dicebat Chriſto motus ex affectu humano.*

r Tunc Ie. *Hic proponit Chriſtus ſuæ imitationis exemplum. Et diuiditur in duas partes. quia primò facit quod dictum eſt proponēdo, ſcilicet* Diuiſio

§ exemplum

## MORALITER.

✱ c *Et quodc. lig. Hiero.* Iſtum locum epiſcopi & preſbyteri male intelligentes, aliquid de Phariſæorum aſſumunt ſupercilio, vt vel damnent innocentes, vel ſoluere ſe noxios arbitrentur: cum apud dominum non ſententia ſacerdotum, ſed de eorum vita quęratur. Commen. in Mat. lib. 3. c. 16. t. 9.

d *Tunc pr.* dans alijs exemplum, vt non quęrant, ſed magis fugiant gloriam hominum.

e *Exinde cæ.* Ad hoc enim ignominiam ſuæ paſſionis, & reſurrectionis ſuæ gloriam prædixit, vt eius exemplo timorem paſſionis tolleret, & eos ad cōſiderādum ſuæ reſurrectionis gloriā eleuaret.

k *Et aſſum. eum Pe. &c.* Hic fecit Petrus ex affectu carnali propter quod Chriſtus dicit ei:

n *Vade poſt me &c.* q.d. non debes impedire paſſionem meam: ſed magis ſequi. ideo ſubditur.

r *Tunc ait diſ. ſu. ſi q. au. p. me.* Maximus ī ſermone de ſctō Iohanne Baptiſta. Duo autem abſtinentiæ & crucis ſunt genera, vnum cor- Duo abſtinentiæ genera.

✱ porale-



¶Q. Ego vere patiar, & ſi quis vult me imitari, renunciet voluptatibus ſuis.

† Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. † Quid enim prodeſt homini, ſi mundum vniuerſum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua? Filius enim hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis, & † tunc reddet vnicuique ſecundum opera eius. Amen dico vobis: ſunt quidam de hic ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno ſuo.

¶Faciendo hoc ex charitate.

¶Hic.

a ¶In futuro. ¶Quaſi dicatur agricolę, ſi frumentum ſeruas, perdis: ſi ſeminas, renouas.

a ¶Non propter vanam gloriam vel aliud quodlibet.

a ¶Cum deeſt perſecutio, cuſtodiatur cor, quia pacis tempore licet viuere, licet & ambire.

a ¶Q.d. Quid retribuam Domino pro omnibus &c.

b ¶Nihil dabit pro anima, quia filius hominis ſecundum opera dabit.

a ¶Quam ipſe redemit.

a ¶Qui prius venit humilis.

a ¶Omni conditioni, omni ſexui. ¶Stella enim differt a ſtella in claritate.

a ¶Quod quia incertum eſt.

a ¶Sanctis mors, quaſi libando guſtatur, vitam verò poſſident in futuro.

a ¶In ea claritate in qua erit peracto iudicio. quod completum eſt in transfiguratione, de qua ſtatim agit euangeliſta.

A a *Si quis vu.* Prædicta apoſtolis paſſione & reſurrectione hortatur ad ſequendum tam eos quàm turbam.

b *Abneget ſe.* quod per vetuſtatem eſt, vt capiat quod vltra ſe eſt. Remotis vitijs, virtus ſequatur: tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Quod erat per vetuſtatem, abnegauerat ille qui dicebat: Viuo autem ego, iam nō ego. Quod vero vltra ſe erat cęperat: viuit vero in me Chriſtus.

c *Tollat cru. ſ.* Crux tollitur vel cum per abſtinentiam corpus, vel cum p compaſſionem proximi animus affligitur. Crucem abſtinētiæ habuit Paulus, dum dicebat: Caſtigo corpus meum, et in ſer. &c. Compaſſionis quoq; cum ait: Quis infirmatur, & ego non infirmor?

d *Quid e.p.* Eccleſia habet tp̄s perſequutionis: habet & tp̄s pacis. Hæc tp̄a deſignat in præceptis. Nam tp̄e perſequutionis ponenda eſt anima, & tp̄e pacis frangenda ſunt terrena deſideria. Nam q̄d prodeſt hoī &c.

e *Aut q.* Nec lucra, nec timor, nec aliquid aliud retrahat a ſalute: quia quam commuta. da. homo. Calicē ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Vel nihil terrenum pro aīa perdita poterit homo dare.

f *Filius a.* Nec durum videatur hoc pati, quia non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam quæ re. in nobis.

g *Sunt q.* quia rudes erant apoſtoli, etiam in p̄ſenti vita promittitur eis aliqua conſolatio, vt certius credant de futuro.

h *In regno ſuo.* in regno beatitudinis æternæ, vel oſtendendo ſuam poteſtatem in præſenti eccleſia.

Gal. 2. d — Marc. 8. d Luc. 9. c — 1. Cor. 9. d — 2. Cor. 11. g — Perſequutionis & pacis tpre quid ſit agendū ſit Deſimo. Matthæ. — Pſal. 115. a — Rom. 8. d

p Qui non guſta. mortem. *de vita præſenti recedendo.*

C

q Donec videant fi. ho. ve. in regno ſuo. *ſ. apparentem eis in forma corporis glorioſa, qualem habebit poſt reſurrectionem, cum adeptus fuerit poteſtatem regni. tunc enim dixit diſcipulis ſuis Matth. vlt. d. Data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo & in terra.*

## MORALITER.

✱ porale, & aliud ſpirituale. Vnum eſt à potu & epulis temperare appetitum gulæ, à delectationibus & molliſſimis ſuauitatibus coercere, & ab his q̄ tactu, guſtu, viſu decipiunt, ſenſum viriliter reuocare, ac violenter abſtrahere. Alterum abſtinentiæ & crucis genus eſt precioſius atq; ſublimius motus animi regere, & perturbationes illius modeſtiæ tranquillitate placare: iræ ac ſuperbiæ impetus quaſi ferā beſtiam refrenare, litigare quotidie contra vitia, increpare ſe quadam cenſura & auſteritate virtutis, & rixa quodammodo cū homine interiore cōſerere.

d *Qui.n.vo.ani.ſu.* id eſt vitam animalem voluptatibus exponere.

e *Perdet eam.* æternaliter.

f *Qui au.p.* id eſt à voluptatibus retraxerit. *Inueniet eā.* ad gloriam ordinatā.

h *Quid.n.pro ho.* q.d. nihil ſed multum nocet. nam anima rationabili imagine trinitatis inſignita præcioſior eſt omnibus terrenis.

i *Filius e. ho. Hiero.* Times mortem, audi gloriam triumphantis, vereris crucem, auſculta angelorum miniſteria. Commen in Matt. lib. 3. c. 16. to. 9.

o *Sunt q. de hic ſt.* Cum Chriſto hic ſtāt qui pro ipſo paſſiones patienter ſuſtinent, & iſti mortem culpæ vel gehennæ non guſtant, ſed cum ipſo tranſeunt ad gloriam ſempiternam. † Rom. 2. a Marc 9. a Luc. 9. d

In cap. xvj. vbi dicitur in poſtilla. Signa autem temporum non poteſtis.

### ADDITIO. I.

D

*Hæc reſponſio ſecundum expoſitionem poſtil. non videtur pertinere ad propoſitū. Petebant.n. Phariſæi ſignum de cœlo, in quo declararetur tempus Chriſti aduentus, vt patet, ex dictis ſuis. Dicere autem, ꝙ hoc non poſſent cognoſcere per conſtellationes ſiderum ſeu per faciem cęli, nihil videtur ad propoſitum facere cum ipſi ſupernaturalia ſigna petebant, non ſigna quæ ſecundum curſum temporum naturalem apparent. Vnde iſte paſſus melius exponitur per Chri. ſuper Mat. vbi ſic ait: Sicut ergo in cęlo aliud quidem eſt ſignum ſerenitatis, aliud pluuiæ: ita & in me putare oportet. Nam nunc in primò aduentu ſignis quæ in terra ſunt opus eſt, quæ autem in cęlo ſunt, conſeruantur tempori ſecundi aduentus, quando virtutes cęlorum mouebūtur. hęc Chryſo. Quæ quidem expoſitio propriè videtur applicari propoſito, vt patet ſeriem literæ bene intuenti.* Hom. 55. in c. 16. to. 2.

In eo. ca. vbi dicitur in poſtil. Et ideo licet ſcientia non ſit clauis, tamen neceſſario præexigitur.

### ADDITIO. II.

*Licet ſcīa diſcernēdi pctm̄ à pctō ſcđm magiſtrum in. iiij. di. xviij. ſit clauis, nō tamē in hoc tenetur cōiter à doctoribus, vt ibidē tractatur. Nā ꝓut cōiter tenetur, in ſacerdotis ordinatione nō infunditur habitus ſcīę de nouo, ſed imprimitur ſacerdotalis character, in quo fundātur hę duæ ptātes. ſ. diſcernēdi & ligādi ſeu ſoluēdi, q̄ qdē ptātes vnū ſunt in radice, ſed diſtinguūtur penes earū actus. Qđ āt dicit poſtillator, ꝙ ſcīa neceſſario p̄exigitur ad debitū vſū clauis: nō vr̄ uerū. Quāuis.n. claues eccleſiæ recipere nō dēat, niſi habēs ſcīæ habitū cōuenientem ſeu ſufficientē ad executionē huius ptātis: ex hoc tamē nō ſeqtur, ꝙ ſi ſacerdos nō hēat talē ſcīam, ꝙ nō hēat claues. Eſſet.n. maximè periculoſum, cū q̄plurimi & innumerabiles ſacerdotes curā aīarū habētes, talem ſcīam nō hēant, vt quotidie cōſtat per experiētiam, & ſic tales nec ligarēt, nec ſoluerēt: qđ crudeliſſimum eſſet opinari. Hoc tamē manifeſtè ſequeretur ex dictis poſtil. dicentis, ꝙ ſcientia neceſſario præexigitur ad debitum vſum clauiū. Nihil autem eſt ſine eo, quod neceſſario præexigitur. Vnde videtur dicēdum prout dictum eſt. ſ. ꝙ ſacerdos de congruitate dēt habere ſcientiam ſufficientem, non tamen de neceſſitate. Et ſic ſacerdos, qui non habet talē ſcientiam actualiter nec habitualiter, poteſt tamen vti clauium poteſtate, ſecundum quam ligat & ſoluit tanquā habēs diuinam ptātem, vt iudex eccleſiaſticus. Quod intelligendum eſt ſemper claue non errante.*

### REPLICA.

In ca. xvj. vbi dr̄: Signa āt tēporū ſcire non poteſtis. Qđ exponit poſtil. ad intētionē B. Hier. gl. or. & aliorū. Bur. āt adducit expoſitionē Chryſ. et ob hoc abijcit expoſitionē poſtil. ſine rōne, quaſi eiuſdē paſſus non Vbi ſup.

## NIC. DE LYRA.

B § *exemplum ſuæ imitationis. ſecundò, promittit ex hoc gloriam futuræ reſurrectionis, ibi: Filius.n. hominis. dicit igitur:*

a Si quis v.p. *meam doctrinam & facta ſequendo.*

b Abneget ſe. *i. affectum humanum, non ſolum meam paſſionem non impediendo, ſed etiam me in hoc imitando.*

c Et tol. cr. ſu. *i. paratus ſit in animo voluntarie crucem portare in qua crucifigatur ignominoſe. Ad hoc autem rationem inducit dicens:*

d Qui e. vo. ani. *Hoc autem poteſt dupliciter intelligi. Perdere.n. habet duplicem ſignificationem. Vno modo idem eſt quod amittere: & in iſto ſenſu cum dicitur hic: Perdet eam. ſubintelligendum eſt, in alia vita. q.d.* Qui e. vo. an. ſ. ſal. *i. delitijs & voluptatibus occupare, in hac vita: qa hoc eſt vitam ſuam ſaluare ſecundum opinionem carnalium: talis perdet eam in alia vita, quia obligat eam ad pœnam inferni. Alio modo perdere idem quod deſtruere: & tunc cum dicitur, perdet eam, ſubintelligitur in hac vita. & eſt ſenſus:* Qui en. vo. a. ſu. *quantùm ad meritum vitæ ęternæ.* Perdere dupliciter accipitur.

e Perdet eam. *i. deſtruat corpus laboribus & paſſionibus exponendo, ex quibus ſequitur ſeparatio animæ à corpore. Et hoc eſt animam perdere ſecundum æſtimationem falſam carnalium: licet ſit ſaluare eam ſecundum veritatem. ſecundum hunc ſenſum vltimum ſequitur:*

f Qui autem per. animam ſuam propter me. *hoc eſt propter Deum mortem ſuſtinendo.*

g Inueniet eam. *in beatitudine Deo fruendo. Et quia anima cum ſit immortalis præponenda eſt omnibus corruptibilibus & tranſitorijs, ideo ſubditur:*

h Quid.n. prodeſt hom. *q. di. nihil: imo per talia perdit multum. quia perdit illud, quod eſt immortale & diuinum in eo.*

i Filius.n. *quia inuitauerat eos ad imitandum exemplum ſuæ paſſionis. ideo ne terrerentur morte corporali & tranſitoria, promittit eis præmiū futuræ reſurrectionis: quod complebitur in aduentu Chriſti ad iudicium, quia tunc reſurgent homines ad vitam immortalem. & hoc eſt quod dicit:* Filius.n.h. *id eſt Chriſtus verus homo.*

k Ventu. eſt. *ad iudicium, ſcilicet.*

l In gl. p. ſ. *quia in forma glorioſa iudicabit.*

m Et tunc red. vni. *iuſtis gloriam animæ & corporis: alijs autem pœnam vtriuſq;. Et vt ſint de futura gloria animæ & corporis magis certi, promittit eis ꝙ aliquibus eorum oſtendet in hac vita præſenti quod oſtendit in ſua transfiguratione, vt patebit in ca. ſeq. & hoc eſt quod dicit:*

n Amen. *id eſt fideliter.*

o Sunt qui. de h. ſtanti. *ſ. Petrus, Iacobus & Iohannes, vt videbitur:*

Qui

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E paſſus nō poſſint eſſe plures expoſitiones, fidei tñ veritate p oia ſeruata. Cū.n.poſtil.dicit, ꝙ ſigna tēporū in diuina pſciētia definitorū nō pñt ſciri ex his q̄ in cęleſtibus corporibus fiūt, intelligit ēt ſi fiāt pter curſū cōem naturæ, de quo rō reddit: qa hmōi tpa aduentus Xpi & ſigna, nō depēdēt ex his q̄ in corporib. cęlorū fieri pñt, ſed ex diuina pſciētia: vñ ēt cęli ortū habuerūt. In eo.ca.vbi circa collationē clauiū poſtil.dicit, licet ſcia nō ſit clauis, tñ neceſſario pexigitur: de quo dicto Burg. magnū facit ſtrepitū, imponens poſtil. falsū, ſed falſe. Nā poſtil. nō dicit ſciam neceſſario pexigi ad ſuſceptionē clauium, clauiū, nec ad vſum clauiū, ſed declarādo ſic dicit ſciam neceſſario pexigi ad legitimū & debitū vſum earū: et ſic Bur. in fine huius corruptorij venit in eādē ſniam cū poſtil. dicens vsū clauiū ſeq̄ clauē, claue tñ nō errante. vbi igit̄ clauis errat, certū eſt vsū nō eſſe legitimū. vtēdo āt autoritate diſcernēdi abſq; ſcia & diſcretione, cōmittit̄ error. Ad euitādū igitur errorem neceſſario præexigitur diſcretio, q̄ ſcia dici pt non clauis, q̄ eſt ſnia poſtil. bene viſa, non truncatim. Quod autem dicit Bur. de identitate clauium in radicē, & earum ſcdm actus diſtinctione, habet tractari lib. iiij. di. xviij. & xix. G

## CAP. XVII.

a b E T poſt dies ſex aſſumpſit Ieſus Petrū & Iacobum & Iohānem fratrē eius

a ¶Gloriā maieſtatis oſtenſurus.

c & † duxit illos in c

a ¶Vt diſcant gloriam non in profundo huius ſeculi, ſed in regno ſupernæ beatitudinis eſſe quærendam.

d montem excelſum ſeorſum, & trāſ- d e

¶Non ſubſtantiam carnis amiſit, ſed gloriam futuræ reſurrectionis oſtendit.

e figuratus eſt ante eos. Et reſplen- f

a ¶Non habet clarius quid cui comparet.
b ¶Sancti quicunq; baptizati eſtis Chriſtum induiſtis.

duit facies eius ſicut ſol, veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſi-

a ¶Vt oſtendant eum eſſe quem lex & prophetæ promiſerunt.

f cut † nix. Et ecce † apparuerunt il- g

## GLOS. ORD. CAP. XVII.

E T poſt di. Idem Marcus dicit, ſed Lucas octo. Hi ergo ponunt medios, Lucas addit & primū quo pmiſit, & extremum quo cōpleuit. Et illi poſt ſex mundi ætates quieſcendum ab omni labore, & hic octauo tpe deſignat eſſe reſurgendū. Tres ducit, qa q fidē trinitatis firmiter ſeruauerint, in æterna viſione gaudebunt. In montē ēt ſm Lucam oraturus, qa q reſurrectionē expectāt, mentes, in excelſis habitare, & præcibus cōtinuis debent inſiſtere. Seorſum, quia iuſti & nunc animo ſunt ab impijs ſeparati & in futuro omni modò ſeparabuntur, cum abſcondet eos in abſcōdito faciei ſuæ à contur. hominum.

*Mar.9.a Luc.9.d* — *†Subducit*

*b Petrum* Noia iſtorū cōueniūt. Quiſq; debet eſſe Petrus.i. firmus in fide. Inde Iacobus.i. ſupplātator vitiorū. Inde Iohannes.i. oia grā diuinæ aſcribēs cōtra ſupbiā vitæ, q̄ ſolet oriri ex virtutibus. *Pſal.30.f*

*c In mo.* Facta ſunt alba qđ nō ante, qa nōdū apparuit qđ erimus, ſed cū apparuerit ſiſes ei erimus. Marcus ait: Qualia fullo ſup ter. nō po.f.i. Deus in hac vita tam claros nequit facere, qa nullus ſine peccato. Nullus mundator ſui in terra faciet, quod Deus in cęlo, mundans veſtem ſuam ab omni inquinamento. Fullo eſt doctor animarum, vel mundator ſui corporis. *Mar.9.a* — *†Lux*

F *d Transfigu.* Speciem quam habebat per naturam, oſtendit, nō amittens carnem qua aſſumpſerat voluntate. Illud autem corpus quod habuit per naturam, dedit diſcipulis ſuis in cœna, non mortale, non corruptibile. *Quale corpus dederit diſcipulis in cœna.*

*e Reſplenduit.* In exemplum futuræ beatitudinis & claritatis, quam videbunt iuſti, prius ſublatis impijs.

*f Et ecce.* Quales vel quid loquuti, Lucas dicit: Viſi in maieſtate, & dicebant exceſſum eius, quem completurus erat in Ieruſalē.i. paſſionē & reſurrectionem. Significant oracula legis & propheticæ, quæ in Dño completa, & nunc doctis & in futuro omnibus electis patebunt. Et bene viſi in maieſtate, quia tunc apertius *Luc.9.d*

## NIC. DE LYRA. CAP. XVII.

E T poſt di. *Fundata eccleſia gentium in fide præc.ca. hic ponitur eiuſdem fundationis confirmatio. Et diuiditur in duas partes: quia primò declarat gloriam futuræ reſurrectionis, & ſecundò efficaciam ſuæ paſſionis, ibi: Conuerſantibus autem. Procedit autem hoc modo, ordine ſ. retrogrado ad præcedens ca. vt continuet principium huius ca. ad finem præcedentis, vbi promiſerat gloriæ futuræ reſurrectionis, vt viſum eſt. Prima diuiditur in duas partes: quia primò oſtenditur gloria futuræ reſurrectionis. ſecundò ex hoc ſubditur ſolutio duplicis q̄onis ibi: Et interrogauerunt diſcipuli. Prima in tres: qa primò ad declarationē futuræ reſurrectionis deſcribitur Chriſti transfiguratio. ſcđò ſubiungitur huius trāſfigurationis teſtificatio, ibi: Et ecce apparuerunt. tertiò circa hoc ponitur diſcipulorū inſtructio, ibi: Et deſcendētibus illis. Circa Chriſti transfigurationē euāgeliſta notat quatuor, videlicet tēpus determinatum, cōſortium, locum & modū. Quātum ad tempus dicit ſic:* *Diuiſio*

a Et poſt di. *ſ. à promiſſione præcedēti diſcipulis facta, quando dixit: Sunt quidam de hic ſtantibus &c. Conſiderandum tamē, ꝙ Luc. ix. dicit, poſt dies octo. quia Matthæus non computat diem in qua Chriſtus fecit eis promiſſionem, nec vltimam in qua transfiguratus eſt, ſed computat tantum tempus intermedium: & ideo ſecundum veritatem computādo totum tempus à promiſſione facta vſq; ad transfigurationem, transfiguratio fuit in octaua die. Ratio autem huius fuit: quia iſta transfiguratio facta eſt ad oſtendendum diſcipulis gloriam futuræ reſurrectionis: illa autem erit in octaua ętate mundi: & propter hoc figurata eſt hic per octauam diem: Prima.n. ętas mundi fuit ab Adam vſq; ad Noe. ſecunda à Noe vſq; ad Abraham. tertia ab Abraham vſq; ad Dauid. quarta à Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis. quinta à tranſmigratione Babylonis, vſque ad Chriſtum. ſexta à Chriſto vſque ad finem mundi. Iſtæ autem ſex ætates accipiuntur ſecundum diuerſos ſtatus viuentium in hoc mundo. Septima autem accipitur ſecundum ſtatum animarum quieſcentium in paradiſo. & ideo incępit ab aſcenſione Domini quando eis cœlum patuit, & durabit vſque ad iudicium: & ideo ab aſcenſione Domini currit cum ſexta ętate quantum ad ſimultatem temporis. Octaua ætas erit reſurgentium: & ſic patet, quòd bene ſignificatur hic per octauam diem. & ſic patet tempus conueniens huius transfigurationis. Conſortium autem notatur cum dicitur:* *Luc.9.d* — *Transfiguratio quare facta octaua die &c.* — *Aetatū mūdi initia & fines.* — *Marc.9.a Luc.9.a*

b Aſſumpſit Pet. & Ia. & Io. *Iſti.n. tres ſunt aſſumpti ad videndū gloriam futuræ reſurrectionis propter prærogatiuam eminentiæ ſpecialis inter alios. Petrus.n. propter feruorem fidei erat inter alios principalis: propter quod & principaliter data ſunt ei claues eccleſiæ, vt patet in præcedenti ca. Iohannes autem excellebat in prærogatiua virginitatis. propter quod erat inter alios Chriſto magis familiaris. Iacobus autem inter alios diſcipulos primus ſuſtinuit martyrium propter Chriſtum, vt habetur Act. xij. Conſiderandum tamen ꝙ Beatus Ambro. ſuper Luc. & Aug. ſuper epiſtolam ad Gal. videntur dicere, ꝙ Iacobus iſte qui fuit in transfiguratione, fuit ille Iacobus qui primò rexit eccleſiam Ieroſolymitanam: & ille non fuit frater Iohannis & filius Zebedæi, ſed filius Alphæi. Sed dicendum ꝙ cum textus expreſſè dicat iſtum fratrem Iohannis, & per conſequēs filium Zebedæi. ꝙ Aug. & Amb. non loquuntur aſſerendo, ſed magis opinionem aliorum referendo. Si tamen loquerentur aſſertiuè, non eſſet curandum de dictis eorum, quando ſacra ſcriptura expreſſe dicit contrarium, ſicut hic. Vnde Auguſtin. in epiſtola ad Vincentium Donatiſtam dicit de doctrina ſanctorum quæ eſt extra ſcripturam canonicam. Hoc genus ſcripturarum ab illis quæ canonicæ nominantur, diſtinguendum eſt: non enim ex eis ita teſtimonium proferendum, vt contrarium ſentire non liceat maximè vbi aliter ſenſerunt quàm veritas ſe habeat: nos in illo genere ſumus, vt non dedignemur etiam ab apoſtolo dictum ſuſcipere: ſiquid aliud ſapitis, Deus illud reuelauit: Conſequenter euangeliſta deſignat locum di:* *Act.12 lib.7... Sup. ca... com.4.* — *†Viſi* — *Poſt me... H*

c Et du.il. in mon.exc. *ad deſignādum, ꝙ illi ſunt apti ad contemplandum cæleſtia, qui eminent in contemplatiua vita. Subdit autem:*

d Seorſum. *ad denotandum, ꝙ contemplatiui debent eſſe à tumultu ſecularium ſegregati. Conſequenter deſcribit transfigurationis modum di.*

e Et tranſ. *non ꝙ mutauerit lineamenta corporis vel figuram, ſed propter claritatis vultus eius immenſitatem: & hoc eſt quod ſubdit:*

f Et reſplen. *Ad cuius euidentiam conſiderandum, ꝙ anima Chriſti à principio creationis fuit glorioſa per apertam viſionē & perfectam fruitionem. Veruntamen ex diuina diſpoſitione fiebat, vt gloria animæ non redundaret ad corpus: vt ſic corpus eſſet paſſibile & mortale adimplendum precium redemptionis humanæ. Et eodem modo ex diuina ordinatione factum eſt, vt gloria animæ redundaret ad corpus in hora transfigurationis, vt oſtenderetur diſcipulis gloria futuræ reſurrectionis, non tantum animæ ſed corporis, vt ſic animarentur ad ſequendum Chriſtum in acerbitate paſſionis, ad quod eos inuitauerat in ca. præce. Et ſic patet, ꝙ claritas illa in transfiguratione fuit claritas gloriæ quātum ad eſſentiā, ſed non quantum ad modum: quia fuit eiuſdem rationis cum illa claritate, quæ eſt in corporibus glorioſis, ſed non fuit ibi per modum qualitatis permanentis, ſicut eſt in illis, ſed per modum paſſionis tranſeuntis: & ideo illa claritas non debet dici dos gloriæ, quia dos de ſua ratione importat qualitatem permanentem. Et eſt ſimile de lumine eleuante animam Pauli ad videndum in raptu diuinam eſſentiam, quod fuit eiuſdem rationis cum lumine eleuante animas beatorum. Veruntamen, quia non fuit in Paulo per modum qualitatis permanentis, ſed per modum paſſionis tranſeuntis, ideo ex tali eleuatione ſiue viſione non fuit Paulus Beatus, quia beatitudo importat permanentiam.* *1.Cor.12*

g Et ecce. *Hic ponitur transfigurationis teſtificatio. Et primò teſtificatio*

## MORALITER.

✠ *a Et poſt di. ſex.* Origen. Sex diebus factus eſt viſibilis mundus igitur qui tranſcendit omnes res mundi viſibiles, poteſt excelſum montem aſcendere, & aſpicere gloriam verbi Dei. *In Matt. par.2.*

*g Et ecce appar.* Orige. Si quis intelligit ſpiritualem legem conuenientem ſermonibus Ieſu, & in prophetis abſconditam Dei ſapientiam, ille videt Moyſen & Eliam in gloria cum Ieſu.

✠ *Domine bonum*



a ¶Legiſlator. b ¶Eximius prophetarum. c ¶De paſſione eius & reſurrectione.

lis Moyſes & Elias cum eo loquen- a

a Oblitus regnum non in terra, ſed in cœlis eſſe promiſſum: nec mortali carne circundatos poſſe intrare.

tes. Reſpondens autem Petrus di- b
xit ad Ieſum: Domine, bonum eſt c

a ¶His non reſpondet Dominus, oſtendens non improbum eſſe ſed inordinatum quod cuperet.

nos hic eſſe: ſi vis faciamus hic tria d
tabernacula, tibi vnum, Moyſi e
a vnum & Eliæ vnum. Adhuc eo lo- f
b quente, ecce nubes lucida obum- g
c brauit eos. Et ecce uox de nube di-
d cens: † Hic eſt filius meus dilectus h

a ¶Qui prius dixit: Pœnitet me feciſſe hominem.

e in quo mihi bene complacui: ipſum i k

¶Homo fragilis maiorem gloriam non ſuſtinet, ſed cadit.

f audite. Et audientes diſcipuli, ceci- l

a ¶Non ſolum de patris, ſed de filij maieſtate.

derunt in faciem ſuam, & timuerūt

a ¶Quia per ſe ſurgere non poterant. b ¶Vt metum fuget & membra ſolidet.

ualde. Et acceſſit Ieſus, & tetigit m n

a ¶Quos manu ſanauit, ſanat imperio.

g eos, dixitq; eis: Surgite, nolite ti-
h mere: Leuantes autē oculos ſuos ne- o

¶Vbi cœpit filius deſignari, ſerui diſceſſerunt.

i minem viderunt, niſi ſolum Ieſum.
Et deſcendentibus illis de mōte præ p
k cepit Ieſus, dicens: Nemini dixeritis q
viſionē, donec filius hominis à mor
tuis reſurgat. Et interrogauerūt eum r

✠ apertius vr̄ quanta dignitate veritatis, oīs diuinorum non ſolum ſenſus, ſed ēt ſermo fuerit prolatus. Vel Moyſes & Elias ſignificant oēs cum Chriſto regnaturos. Mortuus Moyſes, mortuos. Elias viuus, eos, qui viui inuenientur. Quibus cōuenit in maieſtate uideri pro gloria quam habebūt, & exceſſū memorare, quia unica materia laudis ſit fidelib. paſſio Chriſti. Et quia guſtata dulcedine cæleſti vileſcunt intima, Petrus uiſa dñi, & ſanctorū maieſtate, ſolis his perpetuo vult hærere dicens: *Bonum eſt nos hic eſſe: faciamus hic &c.* Secundum alium euangeliſtam neſciebat qđ diceret, in eo ꝙ in cælis tabernacula quærit, ub nulla aduerſitatis aura eſt timenda, quia Deus oīpotens tēplum eius eſt & agnus. Sed in hoc ſciebat quid diceret, bonū eſt nos hic eſſe, quia vere ſolum hoīs bonum eſt intrare in gaudiū dñi ſui. Quod ſi Petrus uidens glorificatam humanitatē tanto afficitur gaudio, ut nunquam velit ab eius intuitu ſecerni, quid putandum eſt de his qui diuinitatem uidere meruerunt? A — *Apo.21.g.* — *Inf.25.b* — *†De cond. di.5.c.fin.*

*a Adhuc eo lo.* Vt diſcat qui tabernaculum quęſiuit, in reſurrectione non tegmine domorum, ſed ſpiritusſancti gratia protegendos eſſe.

*b Ecce nu.lu.&c.* Sicut baptizato domino, ſic & clarificato myſterium ſanctæ Trinitatis oſtenditur: quia gloriā eius, quam in baptiſmo cōfitemur credendo, in reſurrectione laudabimus videndo. Spiritusſanctus ibi in columba, hic in nube lucida. Quia qui modo ſimplici corde fidem ſeruat, tunc aperta uiſione quod crediderit contemplabitur: & ea gratia, qua illuſtrabitur, protegetur. B

*c Et ec.uox &c.* Quia imprudenter q̄ſiuit, reſpōſionem domini non meruit. Sed uox patris de filio teſtat̄, docetq; Petrum, & in eo cæteros veritatem.

*d Hic eſt fi.* Moyſes & Elias ſunt ſerui, & nobiſcum debēt in cordibus Dño præparare tabernaculū.

*e Ipſum audite.* Hoc iā pater precipit, quod Moyſes incarnationi teſtimonium dans prædixit: Prophetam ſuſci. &c. Quaſi dice. Iſte eſt quem Moyſes promiſit. *Deu.18.c*

*f Et audientes diſcipuli ceciderunt in faci.* Altiore. n. ſenſu unam vtriuſq; intellexerunt deitatem Timuerunt, uel quia ſe erraſſe cognouerunt, uel quia nubes operuit eos, uel quia uocem patris audierunt.

*g Surgite, nolite.* Pulſo metu, doctrina datur, quo manente non audiretur.

*h Leuantes autem oculos ſuos neminem &c.* Ablata nube uident Ieſum, & Moyſen & Eliam euanuiſſe: quia poſtquam legis & prophetarum vmbra diſceſſit, quæ uelamento ſuo apoſtolos texerat, uerum lumen in euangelio reperitur.

*i Niſi ſolum Ieſum &c.* Si enim Moyſes & Elias cum Ieſu perſeueraſſent, uox patris uideretur incerta, cui potius dediſſet teſtimonium.

*k Nemini dixeritis niſi &c.* Ne gloria futuri regni præoſtenſa incredibilis eſſet, & apud rudes ſequens crux ſcandalū faceret.

✠ *Quòd Eliam*

## NICOLAVS DE LYRA.

*¶ teſtificatio humana, ſecundò diuina, ibi: Adhuc eo loquente. Prima in duas: quia primò ponitur teſtificatio eminentium uirorum in ue. Te. ſecundò eminentium in nouo, ibi: Reſpondens autem Petrus. Dicit ergo primò quòd Moyſes & Elias apparuerunt illis, hoc eſt ipſis diſcipulis.* *Diuiſio.* E

a Loquentes cum eo. *De quo autem loquerentur, Lucas exprimit. ix. ca. dicens, ꝙ loquebantur cum Ieſu de exceſſu, quem expleturus erat in Ieruſalem: qui quidem exceſſus fuit in ſua paſſione, in qua ſuſtinuit dolorem exceſſiuum & ignominiam exceſſiuam propter amorem exceſſiuum ad nos. Ratio autem quare Moyſes & Elias magis apparuerunt q̄ alij fuit, quia Moyſes erat legiſlator, & Elias maximus emulator pro honore diuino, ſecundum ꝙ de eo ſcribitur. Zelatus ſum pro Domino exercituum: & ideo per teſtimonium iſtorum aparuit, ꝙ Chriſtus non erat diſſolutor legis vt imponebāt ſibi Iudæi, ſed magis adimpletor. Similiter blaſphemator diuini nominis, vt imponebant ei Iudæi, quia dicebat ſe filium Dei ſed magis confeſſor veritatis. Conſiderandum etiam, ꝙ Moyſes, & Elias non fuerunt ibi ſecundum apparentiam phantaſticam, ſed ſecundum veritatem: quia Elias fuit adductus ibi de loco quodam eminenti ad quem fuerat raptus, vt habetur iiij. Reg. ij. & ſic apparuit ibi in anima & corpore. Moyſes autē fuit adductus ibi de limbo ſanctorum patrum, non quia reſurrexit ſed quia anima apparuit ibi in quodam corpore ſibi adaptato ſicut apparent angeli in corporibus aſſumptis. Per hoc etiam oſtenditur, ꝙ Chriſtus erat dominus vitæ & mortis. quia habebat teſtimonium ab Elia qui erat adhuc viuus, & à Moyſe qui iā fuerat mortuus.* *Quare Moyſes & Elias Chriſto apparuerunt.* — *3.Reg.19.c* — *4.Reg.2.d* — C

b Reſpondens. *Hic ponitur teſtimonium apoſtolorum qui fuerunt eminentes in nou. Teſt. Ad cuius euidentiam ſciendum, ꝙ beatitudo eſſentialiter conſiſtit in aſpectu claro ipſius diuinitatis & perfecta eius fruitione: accidentaliter autem conſiſtit in aſpectu humanitatis Chriſti, & delectatione cōſequenter per quam ſicut per inſtrumētum coniunctum diuinitati ſunt ſancti adducti ad gloriam. Iſti autem apoſtoli, qui admiſſi fuerunt ad videndum transfigurationem Chriſti, non viderunt ipſius diuinitatem, ſicut Paulus in raptu, ſed tantum eius humanitatem in forma glorioſa: & tamen in eius aſpectu fuerunt, ſic delectati, ꝙ voluiſſent ibi perpetuo manere, propter quod dixit Petrus:* Domi. bo. eſt n.h.e.

d Faciamus hic tr. *ad manendum, ſcilicet hic continuè.*

e Tibi vn. *Non loquitur de tabernaculo faciendo pro ſe & ſocijs ſuis: quia volebat cum Chriſto in ſuo tabernaculo, et ſocij ſui cum alijs duobus. Lucas autem dicit, ꝙ loquebatur Petrus neſciens quid diceret: Sicut.n. ex magnitudine paſſionis, vt timoris, vel amoris aliquis prorūpit in aliqua verba ſine præmeditatione, ita ſimiliter ex magnitudine deuotionis & delectationis ex parte dixit Petrus illa verba, quæ tamē nō erāt rationabilia: quia in ſolo aſpectu humanitatis Chriſti nō cōſiſtit beatitudinis eſſentia, vt iam dictum eſt: & ideo illud non debebat ſufficere pro finali beatitudine.* *Vbi ſup.*

f Adhuc e. *Hic ponitur teſtificatio diuina: Sicut.n. in baptiſmo Chriſti in quo conſiſtit regeneratio & principium vitæ ſpiritualis, apparuit tota trinitas, filius in carne, pater in voce, ſpiritusſanctus in ſpecie columbæ: ita ſimiliter conueniens fuit quod appareret in transfiguratione, per quam oſtenſus eſt terminus, ſeu pperfectio vitæ ſpiritualis, videlicet gloria futuræ reſurrectionis: & ideo ſicut filius apparuit ibi in carne, decorata tamen claritate gloriæ, ita ſpiritusſanctus in lucida nube, per quam ſignificata eſt plenitudo veritatis in Chriſti prædicatione: propter qđ dictū eſt:* D

k Ipſum au. *pater autem apparuit in voce d.*

h Hic eſt f *ſcilicet naturalis, alij autem ſunt adoptiui.*

i In quo mi. *id eſt in quo diuinum beneplacitum complebitur de redemptione mundi. Sequitur:*

l Et audientes di. cecide. in fa. ſu. & timue. ualde. *Hoc autem factum eſt ad declarationem humanæ fragilitatis iuxta excellentiam diuinæ maieſtatis.*

m Et acceſ. Ie. *ad conſolandum eos.*

n Et teti. eos. *familiariter & dulciter eos conſolando. Sequitur:*

o Leuantes aut. oculos ſu. nemi. uiderunt niſi ſolum Ieſum. *quia Moyſes & Elias iam receſſerant, reducti voluntate diuina ad loca vnde fuerunt adducti.*

p Et deſcendentib. illis de monte præcepit Ieſus &c. *Hic ponitur diſcipulorum inſtructio de viſione prӕhabita, quia præcepit eis Ieſus, ne viſionem prӕdictam alijs diuulgarent ante reſurrectionem ſuam, ne alij audientes Chriſtum eis apparuiſſe in forma glorioſa, ſcandalizarentur poſtea videntes ipſum pati tam ignominioſè.*

r Et interrogauerunt eum. *Hic ponitur ſolutio duplicis quæſtionis ſubortæ ex prædictis. Secunda ponitur, ibi: Et cum veniſſet ad turbam. Circa primum aduertendum, quòd diſcipuli audierant à Phariſæis & legiſperitis, quòd Elias debebat venire circa mundi conſummationem, vt*

## MORALITER.

✠ *c Domine bo. eſt nos hic eſſe.* ſ. in contemplationis dulcedine.

*d Faciamus hic tria tabernacula.* quæ contemplatiuus moraliter facit, quando legem & prophetas & euangelium practicè legendo diſponit. ſ. corde credendo, ore confitendo, & opere adimplendo.

*g Ecce nubes lucida.* id eſt cognitio vera. ideo ſubditur:

*h Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene compla. &c.*

*l Et audientes diſci. ceci. in faciem ſuam &c.* nam ſic illuminati venerantur Dei maieſtatem.

*q Nemini dixeritis uiſionem: donec filius hominis à mortuis reſu. &c.* quia diuina myſteria non ſunt ſemper, ſed loco & tempore debitis publicanda.

✠ *Quid ergo*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Quod Eliam oporteat pri. ue.* Traditio Phariſæorum eſt iuxta Malachiam propheta, ꝙ Elias ueniat ante aduentum Saluatoris, & reducat corda patrum ad filios, & filiorum ad patres, & reſtituat omnia in antiquum ſtatum. Aeſtimant ergo apoſtoli transformationem gloriæ vltimam hanc eſſe quam uiderant, & dicunt: Si iam ueniſti in gloria, quomodo præcurſor tuus non apparet, maxime quia & Eliam uiderant receſſiſſe.

b *Omnia.* Vtique illa quæ propheta prædixit. i. corda patrum ad fidem filiorũ, & econuerſo reſtituet: etiam hoc ꝙ morti debet & ſoluet. ſ. morietur, ut in Marco apertius demonſtratur.

c *Tunc intellexerunt &c.* Ex indicio paſſionis ſuæ quam ſæpe dixerat, & præcurſoris ſui quam cõpletam uidebãt.

d *Et cum uenis.* Loca rebus congruũt. In monte orat, transformatur, arcana maieſtatis aperit, inferius turba occurrit, miſeros audit, infirmos confortat, docet, caſtigat.

e *Quia lunaticus eſt.* Hunc Marcus ſurdum & mutum dicit quem Matthęus lunaticum Non quod luna dæmonibus ſeruiat, ſed dæmon lunæ curſum obſeruans corripit homines, ut per creaturam infamet creatorem. Typice: Lunaticus eſt qui per horarum momenta mutatur in uitia, nec perſtat in incæpto, ſed creſcit & decreſcit: & nunc in ignem libidinis uel iræ fertur, nunc in aquas cupiditatis, quæ non ualent extinguere charitatem.

f *Et obtuli &c.* Latenter accuſat diſcipulos, cum ſæpe impoſſibilitas curandi non ex uitio curantium ſed eorum qui curandi ſunt, proueniat.

g *Reſpondens.* Non tædio ſuperatus, qui mitis eſt, in uerba erumpit, ſed ſicut medicus ægroto contra ſua præcepta agenti.

h *Et increpauit.* quia iratus eſt non homini, ſed uitio: & per unum hominem Iudæos arguit infidelitatis. Vnde addit *Afferte illum huc ad me.*

i *Et exijt ab eo da.* Marcus dicit de iſto, quia cum uidiſſet Dominum, ſtatim ſpiritus conturbauit eum: & eliſus in terra uolutabatur ſpumans, & domino iubente ut exeat, clamans & diſcerpens exit, Quia ſæpe dum conuerti ad dominum poſt peccata uolumus, magis a diabolo impugnamur: vt uel odium uirtutis incutiat, uel expulſionis ſuæ vindicet iniuriam. Exiturus diſcerpit, & furenti clamore intuentes terruit, quia plærunque dum de corde expellitur, acriores tentationes excitat, quam prius quando poſſidebat quietus.

k *Propter incre.* Ecce quando non exaudimur non eſt impoſſibilitas præſtantis, ſed culpa deprecantis. Nam ex oppoſito ſi fides ueſtra tam feruens eſſet quæ tribulata magis & magis caleſceret.

*Sicut*

*Cum iam te in gloria videtimus.*

diſcipuli, dicentes: † Quid ergo Scribæ dicunt, quòd Eliam oporteat primum venire?

*Ante aduentum Domini.*

At ille reſpondens,

*Præcurſor iudicis, vnde conſtat hunc non eſſe ſecundum aduentum.*

ait illis: Eliâs quidem venturus eſt*, & reſtituet omnia. Dico autem vobis, quia Eliâs iam venit, & non cognouerunt eum, ſed fecerunt † in eo quæcunq; voluerunt.

*Præcurſor redemptoris, vnde conſtat primum aduentum completum. Non corpore, ſed virtute & ſpiritu. Amauerunt. Spreuerunt, decollauerunt. Phariſæi enim conſenſerunt.*

Sic & filius hominis paſſurus eſt ab eis.

*A Iudæis Herode conſentiente.*

Tunc intellexerunt diſcipuli, quia de Iohanne Baptiſta dixiſſet eis. Et cùm † veniſſet ad † turbam, acceſſit ad eum homo † genibus prouolutus ante eum, dicens: † Domine miſerere filio meo, quia lunaticus eſt, & malè patitur: Nàm ſæpe cadit in ignem, & crebro in aquâm.

*Deprecans exponit omnia incommodi ægroti. In aquam voluptatis quæ emollit.*

Et obtuli eum diſcipulis tuis, & non potuerunt curare eum. Reſpondens autem Ieſus, ait: † O generatio incredula & † peruerſa: quouſq; ero vobiſcum? Vſquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me. Et increpâuit illum Ieſus, & exijt ab eo dęmoniũ, & cũratus eſt puer ex illa hora.

*Per ipſum Iudæos arguit. Puerum non dæmonem, vt oſtenderet traditum eſſe immundo ſpiritui propter peccatum ſuum vel parentum. Quia ibi nullus morbus præualet, vbi omnipotentis interuenit manus.*

Tunc acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum † ſecretò, & dixerunt: Quare nos non potuimus eijcere † illum? Dicit illis Ieſus: propter incredulitatem veſtram. Amen quippe dico vobis: Si habueritis fidem ſicut grânum ſinapis, dicetis mõnti huic: trãnſi hinc, & tranſibit, & nihil impoſſibile erit uobis.

*Quod minimum contra montem. Vnde alibi: Quæcunq; in nomine meo petie. cre. quia accipietis. Superbo diabolo. Ab obſeſſo corpore in altum maris. i. in profundum inferni. Nulla incommoditas inſanabilis.*

Hoc autem genus non† eijcitur, niſi per orationem & ieiunium. Conuerſantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Ieſus: † Filius hominis tradendus eſt in manus hominũ, et occidẽnt eum & tertia die reſurget.

*Si hoc contriſtat. Hoc lætificet.*

Et conſtrati ſunt vehementer. Et cum ueniſſent Capharnaum, acceſſerũt qui didrachma accpiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magiſter veſter non ſoluit didrachma? ait: Etiam.

*Exactores tributi. Vere non.*

Et cum intraſſet in domum, præuenit eum Ieſus, dicẽs: Quid tibi uidetur Simon? Reges terræ, à quibus accipiunt tributum vel cẽſum, à filijs ſuis, an ab alienis? † Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Ieſus: Ergo liberi ſunt filij.

*De terris. De capitibus. Quanto magis Dominus regum.*

Margin: Mat. vlt. b; Mar. 9. a; Mar. 9. c; † Vt vite; † veniſſent; † turbas; † Genua flectens; † Diſtorta; † ſeorſum; † Mar. 9. b; Primum vel prius; † Marc. 9. c; Luc. 9. c; Quare dæmon affligit homines pro lunationes; † Marc. 9. c; † Illud. ſ. dæmonii; † ſegreditur; 1. Theſ. 5. d; † Mar. 9. c; Luc. 9. c; Luc. 2. a; † dicit ei Petrus.

probauerunt, *quia Phariſęi & legiſperiti baptiſma ſuum & doctrinam contempſerunt. Herodes autem de eorum conſilio, vt probabiliter creditur, eum incarcerauit.*

f Sed fecerunt in eo quæcunq; voluerunt. *Ipſum incarcerando & interficiendo.*

g Sic & filius paſſurus eſt ab eis: *Quia per conſilium phariſæorum captus eſt & morti adiudicatus, & manibus crucifigentium ipſum traditus.*

h Et cum veniſſet ad turbam, acceſſit ad eum homo &c. *Hic ponitur ſolutio ſecundæ quæſtionis: Et primò ponitur quæſtionis occaſio. ſecundò, quæſtionis diſſolutio, ibi: Tunc aſcenderunt. Circa primum conſiderandum, ꝙ alij diſcipuli videntes, ꝙ non eſſent admiſſi ad ſecreta Chriſti, ſicut alij tres diſcipuli prædicti, aliquod humanum paſſi incurrerunt quẽdam motum turbationis & inuidiæ, ſicut clarius videbitur capitulo ſequenti: & ideo ex hoc factum eſt, ꝙ in abſentia Chriſti non habuerunt tantam virtutem dęmones expellendi ſicut ante: & propter hoc quendam dæmoniacum per lunationes afflictum eis oblatum non potuerunt curare. Alia autem cauſa fuit incredulitas patris, qui perfectè non credebat: ſed Chriſtus adueniens ipſum ſolo verbo curauit: & hoc eſt quod dicitur:* Et cum veniſſet ad turbam. *rediens de monte, vbi fuerat transfiguratus.*

i Acceſſit ad eũ homo genibus prouolutus ante eum &c. *Duplici. n. de cauſa dæmon aliquando ſecundum varietatẽ lunæ affligit hominem magis quàm alio tempore. vna eſt, vt per hoc creatura Dei. ſ. ipſa luna infametur. Alia cauſa eſt, quia propter mollitiem cerebri in nouilunio quando abundant humida ſuper quæ luna habet dominium, cerebrum eſt aptius vt in ipſo dæmon aliquid operetur. Sequitur:*

l Nam ſæpe cadit in ignem. *Quia diabolus volebat eum comburere vel ſubmergere, ſi Deus permiſiſſet.*

m Et obtuli eum diſcipulis tuis &c. *Cauſæ huius iam dictæ ſunt.*

o Reſpondens autem Ieſus ait? O generatio incredula & peruer. *Hoc dixit & propter diſcipulos & propter patrem pueri rationibus dictis:*

p Vſquequo patiar vos: *Id eſt defectus & malicias veſtras.*

q Et increpauit illum Ieſus. *ſcilicet dæmonem affligentem puerum.*

r Et exijt ab eo. *Non audens reſiſtere Chriſti præcepto.*

ſ Et curatus eſt puer ex illa hora. *Quia extunc non afflixit eum dæmon.*

t Tunc acceſſerunt diſcipuli ad. *Videntes diſcipuli, ꝙ non potuiſſent curare puerum, cum tamen alias pluries eieciſſent dæmonia de corporibus obſeſſis, ideo acceſſerunt ad Ieſum ſecretò. Probabiliter. n. timebant, ꝙ ex culpa eorum erat in parte: & ideo nolebant de hoc Ieſum publicè interrogare, ſed magis in ſecreto.*

u Et dixerunt ei: Quare nos nõ po. eijcere illum? Dicit illis Ieſus: Pro. inc. ve. *Quia vnum peccatum trahit ad aliud: inde eſt ꝙ poſtquam incurrerant motum turbationis & inuidiæ contra alios apoſtolos, conſequenter incurrerunt quendam teporem in fide: ex quibus ſecutum eſt, quòd non potuerunt dæmoniacum curare.*

*Amen*

## NICOLAVS DE LYRA.

Mala. vlt. b — *mationem, vt habetur, Malach. vlt. & ideo quia Eliam viderant, credebant finem mundi propinquum: mirabantur tamẽ, ꝙ ipſe ita cito receſſerat, & nihil docuerat, vel prædicauerat: cum tamen ſcriptum ſit Malachi. vlti. ꝙ deberet conuertere corda patrum ad filios: & ideo quærebant intellectum huius, quomodo ſit intelligendus eius aduentus ante Chriſtum. Et ſaluator breuiter reſpondet, ꝙ duplex ipſius eſt aduentus. Vnus ad iudiciũ in fine mundi, & hunc præueniet Elias in propria perſona prædicando Iudæis & conuertendo ad Chriſtum, & falſitatem Antichriſti detegendo: & hoc eſt quod dicit:*

b Elias quidem venturus eſt. *in finem mundi ſcilicet.*

c Et reſtituet omnia. *quia omnes Iudæi qui tunc inuenientur, ad Chriſtum conuertentur. Alius eſt aduentus ipſius Chriſti in mundum, qui iã præceſſit, & hunc præuenit in ſpiritu Elias. i. Iohannes Baptiſta, qui habuit zelum veritatis ſicut Elias: & hoc eſt quod dicit ſaluator.*

d Dico autem vobis quia Elias iam venit. *i. Iohannes Baptiſta qui venit in ſpiritu & virtute Eliæ, vt habetur Lucæ. 1.*

e Et non cognouerunt eum: *id eſt facta eius & doctrinam non approbauerunt,*

## MORALITER.

✠ a *Quid ergo ſcribæ dicunt, ꝙ Eliam oporteat primum venire &c.* Sicut eſt duplex aduentus Chriſti, ita & duplex Elias. ſ. in ſpiritu & perſona: prędicator autem euangelij gerit officium vtriuſq;: nam diſponendo populum ad ſuſcipiendum Chriſtum per gratiam venientem gerit officium primi. ſ. Iohannis Baptiſtæ. Diſponendo verò populum ad ſuſcipiendum Chriſtum iudicem uenturum gerit officium ſecundi, ſilicet Eliæ perſonaliter. *Et cum ueniſſet ad turbam &c.* Sequitur:

*Chriſti aduentus duplex: quorũ quenq; præcedit Elias ſed aliter &c.*

k *Domine miſerere filio meo quia lunaticus eſt.* per quem inſtabilis deſignatur, ſicut dicitur Eccle. xxvij. Stultus vt luna mutatur: Ideo ſequitur:

l *Nam ſæpe cadit in ignem.* ſcilicet iracundiæ: nam ira eſt accenſio ſanguinis circa cor.

n *Et crebro in aquam.* ſcilicet voluptatis & luxuriæ: & de hoc dicitur infra.

✠ *Hoc autem*



a *Sicut gra. ſina.* Fidẽ pfectã grano ſinapis cõparat, q̃ ſit in facie humilis, & in pectore feruens, vilis videntib. & nullarum uirium apparens, ſed preſſuris trita, quod intus habet, oſtendit.

b *Hoc au. ge.* Quo proteruitas diaboli ſupereẽ oñdit, vt grauiora quæq; ſciamus ieiuniis & orationib. ſuperãda, & iram Dei in nos hoc remedio poſſe placari.

c *Niſi per orationem.* Iſta carnalium voluptatum mutabilitas non mutatur vel vincitur, niſi ipſis oratione confirmetur, & caro per ieiunium maceretur. *Niſi per orationem & ieiu.* Ieiuniũ. n. generale eſt, non modo ab eſcis ſed ab omnib. illecebris carnalib. & ab oĩbus vitiis abſtinere: Sic & oratio generalis non ſolum verbis, ſed etiã in omnib. quę in obſequium Dei et fidei deuotione gerimus, vnde dicitur: Sine intermiſſione orate.

d *Filius hominis.* Semper lætis miſcet triſtia, vt cum venerint quaſi præuiſa minus moleſte ferantur.

e *Et contriſtati* Hoc non de infidelitate prouenit, ſed de dilectione: quia nihil humile de eo patiuntur audire.

f *Et cum ue. ca.* Per auguſtum Cęſarẽ Iudęa facta eſt tributaria, & omnes cẽſi capite ferebãt: vnde & Ioſeph cum Marra pfectus eſt in Bethleẽ. Rurſus qa nutritus eſt in Nazaret, qđ eſt oppidum Galileæ, vrbi Capharnaum ſubiacens, poſcunt tributa, & pro ſignorum multitudine non audent ipſum aggredi, ſed conueniunt diſcipulum, ſiue malicioſe, ſiue fideliter, vtrũ reddat tributa, an contradicat Cæſari.

g *Quid tibi videtur* Antequam Petrus ſuggerat, Dñs interrogat ne ſcandalizentur diſcipuli ad poſtulationem tributi, cum videant eum noſſe quæ eo abſente geſta ſunt.

h *Reges terræ.* Dñs noſter, & ſm carnẽ filius regis erat ex Dauid natus, & oĩpotẽtis verbũ, ergo vt filius regum tributa non debebat, ſed pro humilitate carnis decet eũ implere oẽm iuſtitiã.

i *Ergo lib. &c.* Liberi ſunt filii regni in omni regn, tunc multo magis liberi ſunt filii illius regni, ſub quo ſunt omnia regna in quolibet terreno regno.

*Et eum*

Ieſu & diſcipulis ſuis.

g In Galilæa. *quæ erat terra vbi fuerat conceptus & nutritus.*

h Dixit illis Ieſus. Filius hominibus tradendus eſt in manus hominum. *quia per inſtinctum dæmonis intranti cor Iudæ traditus eſt in manus Iudæorum, ut habetur Iohan. xiij. Et a Iudæis traditus eſt in manus gentilium.* (Ioan. 13. a)

i Et occident eum, & tertia die reſurget. *cum morte ſua prædixit reſurrectionem ſuam, ne in paſſione eius incurrerent deſperationem.*

k Et contriſtati ſunt uehementer. *quia eius ſocietas ita erat dulcis & grata, quòd non mirum eſt ſi contriſtati ſunt paſſione eius audita.*

l Et cum ueniſſent. *Hinc oſtenditur paſſionis eius efficacia, quæ eſt libertas vera, quia per paſſionem Chriſti ſumus à ſeruitute diaboli liberati, & iſta libertas ſic declaratur, cum dicitur.* Et cum ueniſſent Capharnaũ, acceſſe. qui didragma accipiebant. *Capharnaum erat ciuitas principalis in Galilæa, & ideo ibi manebant qui tributum colligebant ex parte Romanorum, quibus Iudæa erat ſubiecta: & quilibet Capitaneus domus ſoluebat didrachma: & ualet didrachma duplex drachma: Drachma autem eſt octaua pars unciæ, & valet ſex obolos: obolus autem ualet quantum unus paruus turonenſis, & ſic quilibet Capitaneus ſoluebat annuatim quaſi duodecim turonenſes, iſta autem poſſunt colligi ex his quæ dicunt Papias & Iſidorus de ponderibus. Iſti igitur qui didrachma accipiebant a quolibet Capitaneo, dixerunt Petro.*

m Magiſter ueſter nõ ſoluit didrachma. *non faciebant mentionem de apoſtolis quia non accipiebant niſi à Capitaneis vt dictum eſt.*

n Ait etiam. *Quaſi dicat, hoc eſt verum.*

o Et cum intraſſet domum præuenit eũ Ieſus. *ea quæ facta erant in eius abſentia ſibi prædicendo. Et in hoc oſtendit, quòd nihil latebat ipſum. Sequitur:*

p Reges terræ à quibus accipiunt tributum uel cenſum &c. *Hoc autem interrogauit, non ignorans quid erat reſponſurus, ſed vt ex ſua reſponſione melius informaret eum de ueritate.*

q At ille dixit, Ab alienis. Dixit illi Ieſus. *concludendo ueritatem.*

r Ergo liberi ſunt filii. *Ipſe autem Chriſtus erat filius Dei ſecundum naturam diuinam, & per conſequens nulli ſubiectus. Similiter ſecundum naturam humanam erat filius Dauid, & per conſequens liber à tributo. Et ex hoc ſequitur, quòd apoſtoli, qui erant de eius familia, eſſent liberi. Veruntamen ne ſcandalizarentur illi qui colligebant, voluit tributum reddere. Ad cuius euidentiam conſiderãdum, ꝙ ſcandalum aliquando oritur ex malicia, quale fuit ſcandalũ Phariſæorũ: Et tale eſt cõtẽnẽdũ, ſicut dictũ eſt. Aliquando oritur ex ignorãtia, & tale ſcandalũ uitãdũ eſt. Salua tamẽ triplici veritate, ſcilicet iuſticiæ, vitæ & doctrinæ. & tale erat iſtud ſcandalum, quia illi, qui colligebant tributum, erant gentiles, legem & prophetas ignorantes, & propter hoc ignorabant ꝙ Chriſtus eſſet immunis à tributo. Tum quia filius Dei ſecundum naturam diuinam. Tum quia filius Dauid ſecundum humanam, quia non tenebantur talia ſcire, dare autem eis tributum non eſt contra veritatem vitæ,* (Sup. 15. c)

*iuſticiæ*

Margin: † Mar. 9. c; Luc. 9. c; † ſegreditur; 1. Theſ. 5. d; Luc. 2. a; † dicit ei Petrus.

## NICOLAVS DE LYRA.

a Amen. *ideſt fideliter.*

b Dico uobis, ſi ha. fidem ſic. &c. *quod eſt modicum in quantitate, ſed maximum in uirtute.*

c Dicetis. *id eſt dicere poteritis.*

d Monti huic tranſi hinc & tranſibit & nihil impoſſibile erit uo. *Licet apoſtoli non legantur montes tranſtuliſſe ad literam, leguntur tamen maiora feciſſe in uirtute fidei, vt mortuos ſuſcitaſſe, & cæcos illuminaſſe, & conſimilia, quæ non poſſunt fieri niſi uirtute ſupernaturali & diuina. Tranſlatio aũt montis ad alium locum aliquando fit uirtute naturali, ſicut in terręmotu vehemẽti, Vel põt dici, ꝙ mons hic accipitur metaphorice, id eſt diabolus qui poteſt dici mõs propter ſuperbiam, quia ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, vt dicitur in Iob: & ſic eſt ſenſus: Si habuiſſetis fidem feruentem. ſ. charitatem, potuiſſetis dixiſſe monti huic. i. diabolo, tranſi hinc: id eſt de obſeſſo lunatico, & tranſiſſet de corpore exeundo, & ſic in hoc oſtendit cauſam quare non potuerunt eum eijcere, & hoc eſt quod ſubditur:*

*Montis trãſlatio quo intelligẽda ſit. Iob 41. b*

e Hoc autem genus non eiicitur &c. *Oratio autem quæ eſt mẽtis eleuatio in Deum, & ieiunium, per quod refrenatur caro. ſunt effectus fidei formatæ per charitatem. Sciendum etiam, ꝙ ſicut in diuerſis rebus corporalibus adminiſtrandis diuerſi angeli à Deo præponuntur & diuerſorum ordinum, ſic etiam in diuerſis tentationibus diuerſi dæmones habent ſpecialem effectum, quia aliqui potiſſime tentant de diuitijs congregandis, aliqui de honoribus appetendis. Vnde & aliqui dicuntur ſpiritus ſuperbiæ, & aliqui ſpiritus luxuriæ. Iſte autem dæmõ habebat uirtutem tentandi potiſſime de uitio carnis, quod vitium potiſſime refrenatur per orationem & ieiunium, & per conſequens dæmon de talibus tẽtans per talia ſuperatur.*

f Conuerſantibus autem illis. *Hic declarat ſe eſſe precium noſtræ redemptionis, Et diuiditur in duo, quia primo oſtendit ſuam futuram paſſionem. ſecũdo ex quodam facto declarat ſuæ paſſionis efficaciam. ibi: Et cum ueniſſent. In prima parte dicit ſic:* Conuerſantibus autem eis. *i. Ieſu &*

## MORALITER.

✠ e *Hoc autem genus non eijcitur niſi per orationem & ieiunium.* Per ieiunium enim curantur peſtes corporis, & per orationem peſtes mentis.

f *Conuerſantibus autem eis in Galilea dixit illis Ieſus: filius hominis tradendus eſt &c.* Galilæa uolubilis interpretatur. & ideo per hoc quod Dominus ibi prædixit paſsionem ſuam diſcipulis, ſignificauit, quòd memores eſſe debemus mortis Chriſti, & etiam noſtræ quandiu ſumus in volubilitate uitæ præſentis.

l *Et cum ueniſſent Capharnaum, acceſſerunt qui didrachma & cæter.* Didrachma continet duplex drachma. Et per unum poteſt intelligi pænalitas corporis, ſcilicet fames & ſitis, & huiuſmodi. Per aliud autem pœnalitas mentis, ſcilicet timor, triſticia & huiuſmodi: Hoc autem duplex drachma debet reddere quilibet imperatori omnium pro peccato primorum parentum, quod facit patienter tolerando pœnalitates dictas. Licet autem Chriſtus non haberet peccatum, tamen reddere voluit pro ſalute omnium, & quia carnem aſſumpſit ſimilem peccatrici.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Vt eum piſcem.* Allego. Chriſtus eſt piſcis in hoc mari mota- E tus, qui primus morti pro redemptione ſe obtulit, vt id quod in ore eius. i. in confeſſione fuerat inuentum, pro Petro & Domino daretur. Et bene idipſum præcium ſed diuiſum, quia pro Petro quaſi pro peccatore. Dominus autem peccatum nõ fecit. Stather dicitur qui habet duo didrachmata. vt oſtenderetur ſimilitudo carnis dum eodem præcio Dominus & ſeruus liberãtur. Sed etiam ſimpliciter intellectus ædificat, dum Dominus tãtæ fuit paupertatis, vt vnde daret, tributa nõ haberet. Iudas quidem communia in loculis habebat, ſed res pauperum in ſuos uſus conuertere nefas duxit, idipſum dans exemplum nobis. Chriſtus eſt piſcis, mare mundus, hamus mors. Chriſtus gerebat præcium noſtræ redẽptionis. Quod aũt preciũ in ore piſcis inuentũ eſt, ſignificat redemptionem noſtram ore Chriſti prænunciatam eſſe. Ille cenſum ſoluit qui nil poſſidebat, tu qui lucrum ſeculi ſequeris, cur ſeculi obſequium non agnoſcis? G

Allegorice. — Chriſtus qua re & vnde tributum ſoluit.

Non ſimus eis cauſa offenſionis.

†Vt autem non ſcãdalizemus eos, a uade ad mare, & † mitte hamũ, & b

Mira præſcientia.

eum piſcẽ, qui primus aſcenderit,

Mira potentia, quia hoc dicendo creauit ſtatherem.

tolle. Et apto ore eius inuenies ſtãtherem: illũ ſumens da eis pro me c & te.

## NICOLAVS DE LYRA.

❡ *iuſticiæ & doctrinæ, ideo Chriſtus voluit dare propter ſcandalum vitandum, eadem ratione eccleſia in aliquibus terris, vbi non eſt conſuetum decimas dare, non repetit decimas ad ſcandalum vitãdum: & hoc eſt quod dicit Chriſtus.*

a Vt autem non ſcandalizemus eos ua. ad mare & mitte. *Ex quo patet quòd Chriſtus erat ita pauper, quòd non habebat vnde poſſet ſoluere tributum. Sequitur:*

b Et eũ pi. &c. *Ex quo patet eius diuinitas, futura cõtingẽtia certitudinaliter prædicẽdo.*

c Illum ſumens da eis pro me & te. *Stather enim valet duplex didrachma. Chriſtus enim voluit dare tributum pro ſe & pro Petro, quia iam Petrum fecerat capitaneum ſuper alios apoſtolos, ut habetur in præcedenti cap.*

† 1. q. 1. c. magnũ. 1. q. 3. c. in verba. 1. q. vlt. c. tributum.

## GLOS. ORD. CAP. XVIII.

a In illa ho. &c. *Quiſpu.* Ex qualitate pręcii qua in tributi redditione Domino fuerat comparatus, arbitrati ſunt Petrum omnibus apoſtolis pręlatum.

b *In regno cæ.* Vel regnum Dei, doctrina eſt euangelii, cui obedire ſimpliciter et ſine vlla retractatione debemus, ſicut puer non contradicit doctoribus.

c *Et aduo.* Secũdum Marcum puerum Ieſus cõplectitur, ſignificans humiles dignos ſuo complexu & dilectione.

d *Paruulum &c.* Paruulum ętate, vt ſimilitudinem demonſtraret. Vel ſe ſtatuit in medio qui non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. Vel *Paruulum*. i. ſpiritumſanctum poſuit in cordib. eorum. vt humilitate ſuperbiam vitarent.

Mar. 9. e — †Quiſnã — Infr. 20. d

e *Quicunq; ergo hu. &c.* Inuitat diſcipulos ſuos, & omnes alios Dominus, vt quod puer habet per naturam. i. innocentiam et humilitatem, hoc habeãt diſcipuli & omnes alii per virtutem. F

f *Sicut paru. iſte.* Innocens erit ſicut iſte paruulus, q non perſeuerat in ira, Ieſus nõ meminit, viſã mulierem non cupit.

*Qui autem*

*viceuſibus fidem catholicam.*

d Statuit eum in medio eorum. *vt ab omnibus videretur & attente conſideraretur.*

e Et dixit amen. *i. fideliter.*

f Dico uobis niſi conuerſi fu e. *ab elatione. ſ. ſuperbiæ & ambitione maioritatis.*

g Et efficia. ſicut par. *i. humiles & ſimplices ſine malicia peccati.*

h Non int. in reg. cælor. *Dæmones. n. abiecti fuerunt per ſuperbiam, & ideo oportet homines illuc venire per uiam contrariam, ſcilicet per humilitatem: Concludit ergo intentum, dicens:*

i Quicunq; ergo hu. ſe &c. *q. d. ille qui erit humilior erit maior hic per gratiam. quia humilitas eſt recta diſpoſitio ad gratiam ſuſcipiendam, ſecundum quòd dicit beatus Iacobus. iiij. b. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam: & talis etiam erit maior in eccleſia triumphante. Aduertendum tamen, quòd ex hoc non ſequitur, quòd humilitas ſit maxima virtutum, quia uirtutes theologicæ ſunt maiores quam morales, uidelicet fides, ſpes, & charitas. Humilitas autem eſt virtus moralis. Et iterum in virtutibus moralibus prudentia, quæ dirigit alias virtutes morales, & ponit in eis medium, eſt maior alijs. Et iterum iuſticia, quæ importat rectum ordinem ad alterum, eſt maior humilitas, quæ facit hominem eſſe bene ſubditum huic ordini: Sed pro tanto dicitur, quòd maioritas in regno correſpondet humilitati, ſicut theſaurus cæleſtis diſperſioni theſauri terreni propter Deum, vt habetur infra ſequenti capitulo. Item quia ſicut dictum eſt, humilitas eſt fundamentum aliarum uirtutum, ſicut ergo ex magnitudine fundamenti proiecti arguitur magnitudo ædificij ſuperædificandi, ſic in propoſito ex magnitudine humilitatis, arguitur magnitudo felicitas, licet humilitas non ſit maior inter alias virtutes, quia illa quæ ſunt priora generatione, non ſunt maiora ſimpliciter. Item quia uirtutes ſunt connexæ, & maxime virtutes infuſæ, quæ connexæ ſunt in gratia & charitate: & ideo quantum creſcit vna uirtus in eodem homine, tantum creſcit altera proportionabiliter, ſecundum illud, quod eſt formale in virtute. Sicut digiti manus ęqualiter creſcunt, licet in ſe non ſint ęquales. Ille autem, qui habet maiorem humilitatem loquendo de vera humilitate, per conſequens habet alias uirtutes maiores. & ideo ille, qui eſt magis humilis eſt maior in merito & premio: non propter humilitatẽ tantum, ſed propter alias uirtutes humilitati connexas, quę ſunt ẽt maiores ipſa humilitate.* H

†Marc. 9. Lucæ 9. f — †Puellus — Quæ uirtus vocatur ſuperior.

k Et qui ſuſce. *Hic docet conſtruere ædificium uirtutum ſuper humilitatis fundamentum: Iſtud autem ędificium conſiſtit in cõmunicatione* ❡ *ad proximum:*

## CAP. XVIII.

a In illa hora acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes: †Quiſputas ma- b

In collegio iuſtorum.

ior eſt in rẽgno cæ

Contra ambitionem gloriæ humilitatem proponit.

c lorum? Et aduocãns Ieſus † paruu- c lum: ſtatuit eum in medio eorum: d & dixit: Amen dico uobis, niſi con e f

A ueſtra elatione.

uẽrſi fueritis, & efficiamini ſicut g

Innocentes & humiles per uirtutes. Non ſenſibus ſed malitia.

d pãruuli, non intrabitis in regnum h

Qui de ſe maiora non ſenſerit, innocens erit. Quia aliter non intratur. Talem per uirtutem qualis iſte per naturam.

e cælorum. Quicunq; ergo humilia i

Quem prapono, uel qui me imitatus fuerit qui me exinaniui formam ſerui accipiens.

f uerit ſe ſicut pãruulus iſte, hic eſt maior in regno cęlorum. Et qui ſu k

## NIC. DE LY. CAP. XVIII.

Diuiſio.

In illa ho. &c *Superius fundata eſt eccleſia gentium in fide, hic conſequenter fundatur in moribus: Et diuiditur in tres partes ſecundum tres ſtatus diuerſos in eccleſia. Primo. n. deſcribuntur virtutes actiuorum, & ſecundo religioſorum ſeu contemplatiuorum ſequẽti capitulo, & tertio prælatorum. xx. capitulo. Prima in duas, quia primo deſcribitur uirtum fundamentum. ſecundo, ædificium deſuper cõſtructum ibi: Et qui ſuſceperit. Ad euidentiam primæ partis aduertendum quòd Saluator deſcribendo uirtutes actiuorum conuenienter incipit ab humilitate duplici de cauſa: Primo quia eſt fundamentũ aliarum uirtutum, ut dictum eſt. Secundo, quia habuit occaſionem ex præhabitis immediate in præcedenti capitulo. Dictum eſt enim, quòd Saluator aſſumpſit ſecum Petrum, Iacobum & Iohannem alijs dimiſſis: & duxit eos in montẽ ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos, ideo alij aliquid humanum paſſi, motum cuiuſdam inuidiæ incurrerunt. Item quia pro Petro iuſſerat ſolui tributũ, quod ſolum a capitaneis colligebatur, ideo in hoc eum principalem alijs conſtituerat & capitaneum, propter quod alij aliquo modo indignati, quia non erant adhuc confirmati per miſſionem ſpiritusſancti, in uia poſiti cœperunt inter ſe altercari de maioritate, quis eorum eſſet maior vt habetur expreſſius Mar. ix. & poſtea dum ueniſſet ad domum Ieſus quæſiuit ab eis, de quo in uia diſputauerant, & tunc ipſi præ uerecundia tacuerunt, videntes motum ſuperbiæ in eis deprehenſum à Saluatore: & poſt paululum factum eſt quod hic deſcribitur a Matthæo:*

Mar. 9. e

In il. hõ. *hoc eſt poſt tempus modicum.*

a Acceſſe. diſci. ad Ie. *videntes ſe eſſe deprehenſos ab ipſo de contentione maioritatis dicentes.*

b Quiſputas ma. eſt in re. cæ. *non fecerunt tunc quæſtionem quis eſſet maior inter eos, de quo prius contenderant, ſed quis eſſet maior in eccleſia militante per meritum, & quis in eccleſia triumphãte per pręmium. Et quia in moralibus magis mouent facta quam uerba, ideo docens eos de humilitate poſuit eis exemplum ſenſibile: & hoc eſt quod dicitur:*

c Et aduocans Ieſus paruulum. *ætate & malicia. ſ. beatum Martialem, qui poſteà à beato Petro miſſus in Galliam prædicauit Lemouicenſibus fidem catholicam.*

## MORALITER.

✻ a *In illa hora acceſſerunt diſcipuli. &c.* Sequitur:

c *Et aduocans Ieſus paruul &c.* Moraliter paruulus in medio ſtatuitur, cum vere humilis in ſtatu ponitur dignitatis: quia tunc ſicut lucerna ſuper candelabrum ponitur alijs in exemplum, quia plus honoratus, plus reputat ſe indignum. Ideo ſubditur:

f *Niſi conuerſi fue.* ſ. a ſuperbiæ faſtu.

g *Et efficiamini ſicut par.* imitantes eius humilitatem, & non aſpirãtes ad dignitatem.

h *Non intra in re. cæ.* nam anguſta eſt porta, vt dicitur ſup. ca. propter quod groſſi per ſuperbiam tranſire non poſſunt per ipſam, ſed humiles tantum. Ideo concluditur.

i *Quicunq; ergo hu. ſe. &c. Et qui ſuſcep. unum paru. talem in nomine* ✻ *meo, me*



a *Qui au. ſcan.* Et ſi hoc generaliter dicitur cõtra omnes, tamẽ A hic ſpãliter contra apoſtolos qui hic de dignitate videntur contẽdere & in hoc poterant alios pdere. Mola aſinaria ſm ritũ dr prouinciæ, vbi iſta pęna eſt maiorum criminũ. Expedit ei: qa multo vtilius eſt innoxium grauiſſima pęna vitam finire, q̃ lædendo fratrem mereri mortẽ ppetuam. Vel per molam aſinariam ſecularis uitę circumitus & labor exprimitur: p profundum maris, extrema damnatio. Quicunq; ergo ſpẽm ſanctitatis habens verbo vel exemplo cęteros deſtruit, melius eſſet ei, vt cum ſub exteriori habitu ad mortem terrena acta conſtringerent, q̃ ſacra officia cæteris in culpa imitabilem oſtenderent, quia ſi ſolus caderet tolerabilior eum poena cruciaret Aliter. Aſinus ad molam gentilis cæcus ad lapidem quem adorat. Hic cum perſecutionem Chriſtiano intulerit, hac poena plectitur, vt cum ſui ſacrilegij mola iudicandi ſeculi fluctib. mergatur. Nota q inquantum potes ſine pctõ vitare ſcandalũ proximi, debes. Quia ſi de veritate eſt, pro ſcandalo veritas relinqui nõ debet. Quicũq; ſpeciem ſanctitatis habens, verbo vel exẽplo elationis vel alterius vitii, cauſa ruinę infirmo fuerit, cui maxime nos oportet conſulere, expedit &c.

†De noui ope. nũ. c. 2 — †Supr. 5. e. Mar. 9. f

b *Expedit.* Quia multo melius eſt pro culpa breuem ſuſcipere pœnam, quã æternis ſeruari cruciatib. Non enim iudicabit Deus bis in idipſum.

Nam 1. c. ſecũdũ aliã tranſlationẽ

c *Væ homini.* Quia non iudicatur ſecũdum vtilitatem, quæ inde prouenit, ſed ſecũndum exitum, quem intẽdit.

d *Si au. ma. tua.* Docuit ſupra ne ſcandalizemus credentes, nunc q̃tum cauere debemus eos q ſcãdalizare nos poſſunt: quia parum diſtat in vitio fallere uel falli, ſcandalizare uel ſcandalizari, ſi ex negligentia: Si ex inuincibili ignorantia, diſtat, quia tunc falli peccatum non imputatur. In emendabiles amici ſunt a nobis alienandi, ne per immũdiciam eorum, & ipſi polluti pereamus. Omnis affectus omnis ppinquitas amputetur, ne per occaſionem pietatis pateas ſcandalis. B

e *Bonum tibi eſt &c.* Melius eſt uitam ſolitariam ducere, quam ob uitæ præſentis neceſſaria vitam æternam perdere.

*Videte.*

Humilem meæ innocentiæ imitatorem.

ſceperit unũm paruulum talem in a

Ne putent ſe honorari.

a nõmine meo, me ſuſcipit. † Qui au- b c

Magnus enim non poteſt moueri.

autem ſcandalizauerit unum de puſillis his, qui in me credunt, expedit d

b ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, et demergatur in profun-

Ergo. a Quæ non cauet.

dum maris. Væ mundo à ſcandã- e

a Tamen. Vtile. b Vt qui probati ſunt, meliores fiant.

lis: Nẽceſſe eſt enim, vt uẽniant ſcan f

c dala: † Veruntamen uæ homini, per g h

d quem ſcandalum uenit. † Si autem i

a Quantuncunque utilis adiutor. b Diſcurſor in tuos vſus. c Scandalizat qui dicto vel facto minus recto occaſionem dat ruinæ. Lædit te in cauſa animæ.

mãnus tua uel pẽs tuus ſcãndalizat

a Rumpe affectu. b Deuita eius ſocietatem, quem caſtigare nequis.

te, abſcidẽ eum, & proĩice abs te. k

e Bonum tibi eſt ad uitá ingredi † de- l m

a Sine pernicioſo adiutore vel diſcurſore. b Cum his.

bilẽm uel claudum, quàm duãs manus uel duos pedes habentẽ mitti in

a Prouiſor in conſiliis in errorem uult te inducere.

ignem æternũ. Et ſi õculus tuus ſcan n dalizat te, erue eum: & proijce abs te. o Bonum tibi eſt cum uno oculo in ui

*mo perfectæ uirtutis ex dicto vel facto malo alterius non ruit in peccatum. Sequitur:* C

d Expedit ei, vt ſuſpenda. &c. *loquitur euãgeliſta ad modum terræ paleſtinorum in qua condemnati ad mortem ligato ſaxo ad collum præcipitabantur in mare, Senſus eſt ergo.* Expedit &c. *i. melius eſſet homini mori corporaliter, quam ex malo exemplo ſuo facere alium ruere in peccatum mortale quia ex hoc mereretur mortem eternã, q̃ eſt grauior morte temporali, & ideo ſequitur:*

e Væ mundo a ſcandalis. *id eſt mundanis hominibus, qui non curant ſcandalizare proximos.*

f Neceſſe eſt enim, vt ueniant ſcandala. *Non eſt neceſſitas abſoluta, ſed tamen ex ſuppoſitione: Si enim homines velint viuere mundane, id eſt in omnibus uoluntatem ſuam adimplere, neceſſario ſequitur ad hoc ſcandalum aliorum: quia non formidant proximos ſcandalizare.*

†Marc. 9. Luc. 17. a De renun. c niſi. §. pro grani.

g Veruntamen uæ homini illi. *i. comminatio pœnæ æternæ ſibi inſligendæ.*

h Per quem ſcandalum ue. *actiue. ſ. proximum ſcandalizando.*

i Si autem manus tua &c. *Et quia ſcãdalizare paſſiue ſemper eſt peccatum, quia eſt ruina ex dicto alterius minus recto, ideo admonet puſillos, ut excludant a ſe occaſionem ruinæ.* Si autem manus tua &c. *i. tibi eſt occaſio ruinæ in peccatum per tactum inhoneſtum uel pergreſſum diſſolutum.*

k Abſcide eum. *Non quia aliquod membrum corporis ſit amputandum ad uitandũ peccatum. Mẽbra enim corporis ſunt a Deo data: & ideo nõ eſt in poteſtate alicuius perſonæ abſcindere ſibi membrum, ſicut nec ſe occidere. ſed ſemper hoc eſt illicitum perſonę ſingulari niſi in caſu, quando. ſ. vnum membrum propter ſui corruptionem eſt in periculum totius corporis: quia unicuique committitur cura ſanitatis ſui corporis. ideo tunc licitum eſt ſibi per ſe, vel per alium vnum membrum abſcindere ne pereat totum corpus. Et eodem modo licitum eſt ei qui tenet locum iuſticiæ publicæ interficere hominẽ uel mutilare propter conſeruationem iuſticiæ. Sed propter peccatum euitãdum non eſt alicui licitum abſcindere ſibi aliquod membrum. Tum quia per hoc non excluditur concupiſcentia interior in qua uiget peccatum. Tum quia per aliã uiam poteſt melius obuiare peccato, per rationem. ſ. & liberum arbitrium, cohibendo membrum à peccati exercitio. Et ſic dicitur manus abſcindi inquantum prohibetur ab illicito actu, quia manus abſciſa non poteſt aliquid agere: Et eodem modo exponendum eſt de alijs membris. Aliter tamen poteſt exponi, vt per manum intelligatur auxiliator in negocijs ſuis, quia manus eſt organum organorum. Per pedem intelligatur curſor, qui currit ad negocia peragenda. Per oculum, conſiliarius, qui dirigit in agendis. Amicitia autem iſtorum quantuncunq; ſit vtilis in temporalibus, eſt tamen præſcindenda a ſe, & remouenda, ſi ſit occaſio ruinæ in ſpiritualibus, propter hoc quod ſequitur:* D

†Mancum.

l Bonum eſt tibi. *id eſt melius.*

m Ad uitam ingredi debilem vel claudum. *Sicut enim ſequenti capitulo, dicit ſaluator, quòd vno modo dicitur caſtratus propter regnum cælorum qui continet membra genitalia ab illicito actu, ſic dicitur hic claudus qui continet pedem ab inordinato greſſu: & debilis qui cõtinet manum ab illicito tactu: Et ſicut teſtimonio Saluatoris illa caſtratio,* ❡ *quæ*

## NICOLAVS DE LYRA.

❡ *ad proximum, & hoc contingit dupliciter. ſ. ratione corporis, & rõne animæ. Primo ergo docet communicationem charitatiuam ad hominẽ ex parte corporis, vt ex notioribus procedat ad minus nota, bona autem corporis ſunt nobis magis nota. Secundo docet communicationem ad proximum ex parte animæ, ibi: Qui autem ſcandalizauerit. Dicit ergo primo.* Et qui ſuſ. u. p. ta. *humilem. ſ. & fidelem.*

a In no. meo. *hoc eſt propter Deum ipſum ad hoſpitium recipiendo, & neceſſaria corporis miniſtrando & per hoc intelliguntur omnia alia beneficia quæ impenduntur propter Deum ex parte corporis.*

b Me ſuſce. *quia ibi unum propter alterum vtrobiq; tãtũ vnũ: & ideo q recipit pximum pp Chriſtum, dicitur Xpm recipere. Exẽplũ huius habemus in legẽda B. Martini, vbi dicitur, q Xps ſe veſtitũ oſtẽdit illa parte chlamydis, quam beatus Martinus dederat pauperi propter Chriſtum.*

c Quj au. ſcan. *Hic docet communicationem charitatiuam ad proximum ex parte animæ. Quæ conſiſtit in duobus, primo ne proximo inferatur nocumentum. ſecundo ut ei præbeatur beneficium, ibi: Venit enim filius hominis ſaluare. Prima in duas, quia primo admonet ne proximum ſcandalizemus. ſecundo, ne eum contemnamus ibi: Videte ne contemnatis. prima in duas: quia primo docet uitare ſcandalum actiuum. ſecundo, paſſiuum, ibi: Si autem manus tua. Circa primum aduertẽdum, quòd ſcãdalum actiue dictum, eſt dictum vel factum minus rectum, præbens occaſionem alteri ruinæ. Scandalizare igitur aliquem eſt facere eum ruere in peccatum mortale ex dicto vel facto ſuo malo: & hoc eſt proprie inferre ei nocumentum ex parte animæ, quod eſt recte contra charitatem, & ideo talis faciet alium ſic ruere, ſi faciat hoc de intentione ſeu ex aduertentia ſemper peccat mortaliter, etiam ſi factum uel dictum ex quo ruit alius, non eſſet de genere peccati mortalis. Sicut dicens mendacium iocoſum mulieri intentione protrahẽdi eam ad adulterium, eſt peccatum mortale ex intentione finis.*

d Qui ſcandalizauerit unum &c. *Dicit autem puſillis, quia nullus ſcandalizatur paſſiue, niſi inquantum puſillus. i. paruæ uirtutis: quia homo per-*

## MORALITER.

✻ *meo me ſuſcipit.* nam ab eo vere ſuſcipitur qui ei conformatur.

c *Qui autem ſcandalizauerit &c.* Sequitur:

d *Expedit ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius &c.* Eligibilius enim eſt corporaliter affligi quam æternaliter cruciari.

i *Si autem manus tua vel pes tuus ſcandalizat te &c.* Per manũ quæ eſt organum organorum, intelligi poteſt opus bonum de genere, quod tamen non eſt neceſſarium ad ſalutem, & ſi tale bonum ſit occaſio ruinæ, vtpote ſuperbiæ, vel alterius mali, debet dimitti. Per pedem vero poteſt intelligi greſſus honeſtus, non tamen ad ſalutẽ neceſſarius. & ſi ſit occaſio mali, debet dimitti.

n *Et ſi oculus tuus ſcandali. te. &c.* Per oculum poteſt intelligi ſcientia ſecularis, quæ licet ſit bona, tamen ſi ſit occaſio mali debet dimitti, ſicut dicit B. Greg. de ſancto Benedicto, qui liberiori gñe ex prouincia Nurſcię ortus, Romæ liberalib. literarum ſtudijs traditus fuit, ſed cum in eis multos ire per abrupta vitiorum cerneret, eum quem quaſi in ingreſſu mundi poſuerat pedẽ retraxit. Et ſubditur ibidem. Receſſit ergo ſcienter neſcius, & ſapiẽter indoctus.

Ex 2. dialo.

✻ *Videte*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

a *Videte ne contemnatis.* Sic ꝑcipio vobis ſeueritatem dimittendi omnes amicitias, vt admiſceam clementiam, ut quæratis eorum ſalutem. Sed ſi perſiſtant in malis, melius eſt ſolū ſaluari, q̄ dānari cum plurib. Quamuis ꝓ ſcandalis omnis rūpēdus eſt affectus: q̄rite tñ ſalutem infirmorum quātū poteſtis.

b *Quia angeli eo.* Cur non ſunt cōtēnēdi, q̄ pro eis quotidie mittūtur angeli. Hierony. Magna dignitas animarū, vt vnaquæq; habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodiam ſui angelum delegatū.

c *Semꝑ vi. &c.* Viſione Dei manifeſta pfruuntur, iō non eſt ſpernendum ab homine, qđ apud Deū tantæ curæ eſt ergo vos nolite ſpernere, q̄ū in vobis eſt. Et ſi.n. miſſi veniāt, ſic exterius implent miniſterium vt nunquam intus deſint per contemplationem. Mittunt ad hoīm ſalutē, & tñ ſemper vident faciem pr̄is: quia quolibet miſſi veniant, intra ipſum currunt qui vbiq; eſt.

d *Si fuerint alicui centum &c.* Dn̄s cētū oues habuit, dum rōnalis naturæ numerus angelorum & hominum integer. i. in ſua perfectione mā ſit, ſed vna errauit, cū homo peccauit. Ouis pdita oēs pctōres q per pn̄iam reconciliantur Deo. Nonagintanouem ſunt ſupbi, quos reliquit in mōtib. per tumorē vel ſollicitudinem gerunt animo, q ſolos ſe videri volunt, q de ſe præſumentes pœnitentib. præponunt ſe: quib. ad perfectionem vnitas deeſt.

e *Nōnere. &c.* Greg. Quia ſeipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, angelica natura pſiſtēte in ſumma beatitudine. Alii in nonagintanouem iuſtorū numerū putāt intelligi, in vno pctōrum, vnde alibi: Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores. In Luca ſcriptū eſt Maius gaudiū eſt ſup vno pec. pę. quā ſup nonagintanouē iuſ. q non in. pœ.

F Quia vt quotidie experimur, q illicita nō commiſerunt, in reb. licitis ſæpe ſibi p̄bēt vſum, ad cęleſtia anxie nō anhelant. Et qa ſecuri ſunt, ad bona agēda pigri remanēt. Econtra aīt pleruq; pctōr facit. Maius ergo gaudiū de eo, q̄ de ſtante iuſto, vt dux in p̄lio: Plus.n. militē illum diligit qui poſt fugā euerſus hoſtem fortiter præmit, quā eū, qui nunq̄ fugit, nec vnquā fortiter egit. Sed & ſunt qdā iuſti, de quib. eſt tm̄ gaudium vt eis nullus pęnitens ꝑponi poſſit, q & ſi non ſint malorū conſcii, ſibi tamen licita reſpuunt, in omnib. ſe humiliant. Quantum ergo gaudium eſt, ſi humiliter plangat iuſtus cum tantū ſit, ſi quod male geſſit damnat iniuſtus?

f *Gau. &c.* Magis Dn̄s gaudet de nr̄a repatione (qa magis nos gaudere facit) q̄ de angelorū īmutabilitate. Maior.n. Dei virtus & hūilitas in nr̄a repatione cognoſcit, q̄ in nr̄a creatione.

g *Si au. pecca. in te &c.* Si.n. in Deū, non eſt noſtri arbitrii. Hoc ordine ſcandala vitare debemus, nē quem lædamus: & peccantem zelo iuſtitiæ corripiamus, & pœnitenti miſericordiæ viſcera pandamus.

h *Corripe eum inter te & ipſum &c* Non paſſim iubet peccanti dimittere, ſed pœnitenti. Ita peccat qui videns fratrem peccare tacet, ſicut qui pœnitenti non indulget. Nam

qui dixit:

tam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.

a Videte ne cōtemnatis unum ex his

a ¶Deputat eis cuſtodiam.

b puſillis. Dico enim uobis, quia

c angeli eorum ſemper uident faciem patris mei, qui in cœlis eſt.

a ¶Non debetis curam hominum paruipendere pro quibus ego veni.

† Venit enim filius hominis ſaluare quod perierat. Quid uobis uidetur? Si fuerint alicui centum oues,

a ¶Ad clementiam prouocat qui præmiſit: Videte ne contemnatis.

a ¶Aliud de eadem re ſubdit exemplum.

a ¶Quia rationalis creaturæ numerus pereunte homine fuit imminutus.

& errauerit una ex eis, nonne relinquet nonagintanouem in deſerto,

¶Alius quit. a ¶In cælo ab homine derelicto. a ¶Alius euangeliſta dicit, in montibus.i.excelſis.

a ¶In terram. b ¶Hominem ut ſumma reintegretur.

& uadet quærere eam, quæ † errauit? Et ſi cōtigerit, ut inueniat eam,

a ¶Quia maior gloria reformantis eſt perdita reſtaurare, quam ea, quæ ſunt immota retinere.

f amen dico vobis, † quia gaudebit ſuper eam magis quam ſuper nonagintanouem, quę non errauerunt.

a ¶Docet parabolam ideo propoſitam, vt puſilli non contemnantur. ¶Sicut non eſt voluntas paſtoris, vt vna de ouibus pereat.

Sic non eſt voluntas ante patrem

a ¶Sed omni beniuolentia ab his, quos offendunt corrigantur ¶Si perit, non uoluntate eius perit.

ueſtrum, qui in cęlis eſt, ut pereat unus de puſillis iſtis. † Si autem peccauerit in te frater tuus,

a ¶Iniuria vel contumelia affecerit.

a ¶Ne publice correptus uerecundiam perdat, qua perdita in peccato permanet.

h uade & corripe eū inter te & ipſum

e Qui in cælis eſt. *Licet enim Deus ſit vbique per eſſentiam, præſentiam & potentiam, tamen ſpecialiter dicitur eſſe in cælis, vbi adeſt beatis per apertam viſionem.*

f Venit enim filius hominis. *Oſtenſo quòd non eſt proximo inferendum nocumentum ex parte animæ, hoc oſtendit, q ei eſt beneficiū impendēdū, & primo in effectu. ſcđ ò in effectu ibi: Si autem peccauerit. Primum oſtēditur exēplo ſaluatoris, qui ad ſalutem hominum deſcendit de cęlis, dicens:* Venit enim filius hominis ſaluare quod perierat. *& inducit ad hoc exemplum de illo, qui habet centum oues: vna enim errāte dimittit nonagintanouem, & vadit ad quærendum illā, quæ errauerat: & cum inuenit eam gaudet ſpeciali gaudio de inuentione eius: Non quia magis diligat illam ſolam quam nonagintanouem, ſed quia ſicut dictum eſt, habet ſpecialem rationem gaudendi de inuentione eius, quam non habebat in alijs. Sic Deus de reuerſione peccantium ad ſalutem habet ſpecialem rationem gaudij quam non habet de permanentibus in iuſtitia. Cæteris tamen paribus, permanentes in iuſticia ſunt magis dilecti Deo. Hoc autem inducit ſaluator ad conſiderandum, quòd ſimiliter debemus gaudere in affectu de ſalute proximorum. Conſiderandum etiam, quòd alia ratione aliquando Deus magis diligit peccatores reuertentes quam remanentes in iuſticia, non quia peccauerunt, ſed quia ex peccato commiſſo humiliores efficiuntur, & ſanctiores, & in bono feruentiores. Vnde dicit beatus Grego. in moralibus, quòd princeps militiæ plus eum militem diligit, qui poſt fugam fortiter hoſtem præmit, quam qui nunquam fugit, nec vnquam aliquid fortiter egit: Et eodem modo eſt de peccatore poſt pœnitentiam viriliter agente, & de iuſto tepido in ſua iuſticia permanente.*

g Si autem peccauerit &c. *Hic conſequenter oſtendit, quòd debemus eſſe benefici proximo ex parte animæ in effectu: Et hoc dupliciter. Primo, defectus eorum charitatiue corrigendo: & ſecundo offenſam miſericorditer remittendo, ibi: Iterum dico vobis. Ad euidentiam primi aduertendum, quòd duplex eſt correptio. Vna, quæ eſt ad peccantis punitionem propter conſeruationem iuſtitiæ, & iſta non ordinatur ſemper ad correctionem delinquentis, quia aliquando ſibi infligitur pœna mortis: & ideo principaliter eſt ad conſeruationem iuſticiæ & terrorem aliorum: & talis correptio non pertinet ad ſingulares perſonas: ſed ad iudicem ad quem pertinet conſeruare iuſtitiam inter homines, & propter hoc talis correptio eſt actus iuſtitię. Alia eſt correptio, quæ ordinatur ad fratris peccantis emendationem: & hæc eſt actus charitatis, & pertinet ad omnes: quia ſicut dicitur in eccleſiaſtico: Vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo. Et ideo ſicut quilibet tenetur proximum ex charitate diligere, ita tenetur defectus eius charitatiue ad emendationem eius corrigere, ſi tamen probabiliter credat quòd ex ſua correctione debeat ſe emendare. Et de tali correctione loquitur hic Saluator, non de prima, quæ eſt actus iuſticiæ. Tangit autem debitum modum huius correctionis, dicens.* Si autem peccauerit in te frater tuus. *Et intelligitur illud in te dupliciter: vel quia te ſolum læſit, vel quia te ſolo ſciente peccauit: Si enim alios læderet, vel coram alijs peccaret, tunc non haberet locum illud quod ſubditur:*

h Vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum. *Quia peccata publica ſunt in publico arguenda, ſecundum quod dicitur. 1. ad Timoth. v. Peccantem coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant: ſed quando ſunt ſecreta, tunc habet locum correctio fraterna, quæ eſt actus charitatis, quæ debet fieri primo in ſecreto. Cuius ratio eſt. Sicut enim me-*

¶ dicus

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *quæ eſt per membrorum genitalium continentiam, eſt meritoria & laudabilis: non autem illa quæ per membrorum amputationem. Sic in propoſito claudicatio uel debilitas ſeu cæcitas quæ eſt per cohibitionem manus ab illicito tactu, & oculi ab illicito viſu, & pedis ab illicito greſſu, eſt meritoria & laudabilis: non autem illa, quę eſſet per membrorum priuationem. Cætera patent.*

a Videte ne contemnatis &c. *Hic conſequenter prohibet ne proximū contemnamus: Cuius rationem aſſignat: quia quantumcunque homo ſit paruus in hoc mundo, tamen habet angelum aſſignatum à Deo ad ſui cuſtodiam, & ideo ſi homines tantum à Deo honorantur, quid ad eius imaginem ſunt facti, multo fortius à nobis ſunt honorandi: & hoc eſt quod dicit:* Videte ne contemnatis. *Sequitur:*

c Quia angeli eorum. *ideſt aſſignati eis.*

d In cælis ſemper uident faciem patris. *Quia quantumcunque mittantur ad temporalium rerum adminiſtrationem, tamen ſemper Deo inhærent per apertam viſionem.*

Qui in

## MORALITER.

a *Videte ne contemnatis vnum ex his puſillis.* Graue ergo eſt contennere, quem Deus honorat angelo cuſtode, & propter cuius ſalutem Dei filius voluit in mundum venire: Et hæ rationes tanguntur, cum dicitur:

b *Dico enim uobis, quia angeli eorum in cælis ſemper uident &c. Si autem pecca. in te frater tuus.* ideſt te ſciente, vnde Aug. Quid eſt in te peccauit, niſi tu ſcis, quia peccauit.

b *Vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum.* Hieronymus. Corripiendus enim eſt ſeorſum frater, ne ſi ſemel verecundiam amiſerit, permaneat in peccato.

Si te audi



qui dixit: ſi pęnitet dimitte. pręmiſit, ſi peccauerit increpa.

A Nec difficilis ſit venia nec remiſſa indulgentia.

a *Dic ec.* Vt deteſtationi eum habeat. Et qui non potuit pudore ſaluari, ſaluet opprobrijs, & vt rubore ſequeſtrationis emēdetur, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Sed ne quis ſuperbus talem contemneret ſequeſtrationem ſubdit: *Amen dico vo* Poteſtatē tribuit apoſtolis, vt ſciant q a talibus dominantur, humanam ſententiam diuina ſententia corroborari.

b *Sicut ethnicus.* Deteſtabilior eſt q ſub noīe fidelis agit opera infidelium, quā aperte Gētilis. Nec iō ſalus eius negligenda eſt, nā & Ethnicos. i. Gentiles & publicanos in numero quidem fratrū non deputamus, ſed tamen eorum ſalutem ſemper inquirimus. Typice, Publicani ſunt, qui lucra ſeculi ſectantur & exigunt vectigalia negotiationis per fraudes, per furta, & per periuria.

c *Amen dico &c.* A Deo veſtra ſn̄ia cōfirmatur diuina vel ad recipiendum pęnitentem, vel ad abijciendū cōtumacē.

d *Si duo.* Typice. Hiero. Vbi ſpiritus anima & corpus conſenſerint, vt nō ſit inter eos bellū, carne cupiente cōtra ſpiritū & ſpū contra carnē, quidquid petūt fiet. Quia ſi corpus vult, quæ ſpiritus vult, tantū bonarum rerum eſt petitio.

e *Ibi ſum in me.* Omnis ſermo ſupra ad cōcordiā prouocat & pacē, quā a Deo commēdat, vt dicat Deū in medio eſſe eorū, q pax & charitas ſedem ſibi in pacificis conſtituit, & vnitatis merito oīa petenda impetranda eſſe confirmat.

f *Tunc ac.* Dixerat videte ne contem. v. de pu. i adiecerat: ſi peccat corripe. & p̄miū ꝓmiſerat: Si duo ex vobis. Prouocatꝰ ergo Petrus, q̄rit quotiēs dimittat.

g *Septuagies ſep.* Hiero i. cccc. xc. vicibus. i. totiens in die quotiens ille peccare

B poteſt. Aug. Typi. xj per ſe tranſgreſſionem ſignat, quia iam eſt extra decalogum. Cum vero multiplicatur per vij. iam omnis intelligitur tranſgreſſio. propter ſeptem uitia. Nota. Aliter datur venia petenti fratri ut nobis. ſ. ſocia charitate cōicet: ſicut Ioſeph fratribus. Aliter inimico perſequenti, vt bonum ei velimus: & ſi licet faciamus, vt Dauid lugens Saul.

b *Ideo aſ.* vt ſciatis dimittendum eſſe conſeruis, oſtendam per ſimilitudinē, quia ſi ille rex & Dominus dimiſit ſeruo, multo magis homo conſeruis ſuis Hiero. Mos erat Syriorum per parabolas loqui.

Et vxorem

a ¶Per alterius ſalutem ſalus tibi acquiritur.

ſolum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibē tecū vnum vel duos,

a ¶Studio corrigendi vel conuincendi ſub teſtibus.

† ut in ore duorum vel triū teſtiū † ſtet omne verbum. † Quòd ſi

a ¶Adhuc incorrigibilis extiterit. b ¶Vt obiurgatio plurimorum eum corrigat. ¶Hic autoritas de manifeſta vocatione.

non audierit eos, dic eccleſiæ. † Si autē eccleſiā non audierit, ſit tibi ſi

a ¶Gentilis. b ¶Exactor publicorum vectigalium.

cut ethnicus & Publicanus. † Amē

a ¶Vinculo anathematis.

dico vobis, quæcunq; alligaueritis

a ¶Diuino iudicio.

ſuper terram, erunt ligata & in cælo: & quęcunq; ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo. † Iterum dico uobis, quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terrā de omni rē quamcunque petierint, fiet il

a ¶Quæſitū pro ſalute corrigendorum.

a ¶In ſanctis. ¶In omnibus quæ indicando aguntur in terra ad ſalutem hominum, aſſum cooperator.

lis a patre meo qui in cęlis eſt. Vbi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Tunc accedens Petrus ad eum dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittā ei? † Vſq; ſepties? Dicit illi Ieſus: Non dico tibi, vſq; ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties. Ideo aſſimilatum eſt regnum cęlorum homini regi, qui voluit rationem po-

a ¶Monuit ad concordiam; nunc premium pollicetur quod eſt in medio eorum.

a ¶Pœnitenti quidem.

a ¶Vita iuſtorum b ¶Huic toti negotio. ¶Typice Chriſto qui merita cuiuſque examinat.

e Si autem eccleſiam non au. *præceptum prælati contemnendo.*

f Sit tibi ſi. ethni. &c. i. *ſeparetur ab alijs fidelibus per excommunicationem & cenſuram eccleſiaſticam. Et quòd talia poſſint prælati eccleſiæ inferre, ſubditur.*

g Amen. *id eſt fideliter.*

h Dico vo. *Quia Deus talem punitionem approbat, ſi iudicium eccleſiæ non errat. Conſiderandū tamen circa p̄dicta, q ſi peccatum occultū fratris fuerit in præiudiciū cōītatis: vt ſi aliquis tractaret ſecrete cū aliquibus ciuibus qualiter ciuitas eſſet hoſtibus tradenda. vel ſi aliquis hæreticus in ſecreto corrūperet fideles, tunc ſecreta correptio vel admonitio non eſſet expectanda: ſed ſtatim eſſet prælato denunciandum, qui poſſet tali periculo præcauere. et idem iudicium de conſimilibus caſibus eſt habendum.*

i Iterū di. vo. *Hic cōſequēter oſtendit, q nō ſolum debemus fratrē corripere, ſed ēt offenſam nobis illatam remittere. Et diuiditur in duas partes: qa primo facit qđ dictū eſt. ſcđ o oſtendit quotiens ſit offenſa fratris remittenda, ibi:* Tunc accedens ad &c. *Dicit igitur primò.*

k Si duo &c. *ſ. offenſā ſibi inuicē remittēdo.*

l De om. re. &c. *quia oratio non eſt accepta coram Deo, ſi teneat odium contra fratrem in animo: propter quod ſubditur.*

m Vbi enim ſunt. *ideſt charitate vniti.*

n In me. &c. *Annuēſcendo bonæ voluntati & petitioni eorundem, dum tamen illa oratio habeat conditiones conuenientes, quæ ad hoc requiruntur. ſ. q aliquis oret pro ſe pie & perſeueranter. His enim concurrentibus ſemper oratio exauditur: & ſi aliquando differtur, tamen tempore cōpetenti impletur, ſicut ſupra habitum eſt. Aduertendum tamen, q licet offenſa ſit ſemper remittenda, non tamen iniuria. Si enim ex remiſſione iniuriæ & pœnæ debitæ ſequeretur pronitas in eo cui remittitur ad faciliꝰ peccandum, non eſſet bonum ei remittere. ſimiliter ſi ex tali remiſſione eſſet ſcādalum aliorum & omiſſio iuſticiæ & in conſimilibus caſibus.*

D

o Tūc ac. *Hic oſtenditur quotiēs ſit fratri remittēdū: & primo oſtēditur ꝓpoſitū, ſcđo cōfirmat ꝑ exemplū, ibi: Ideo aſ. eſt. Circa primū aduertēdū, q ſicut frequēter dictū eſt Petrus tāquā principalis aliquando loquebatur ꝓ ſe & pro alijs: & iō audito a Saluatore q offenſa fratris peccātis eſſet remittēda, interrogauit quotiens eſſet remittenda fratri, & hoc petijt ſi ſufficeret ad ſalutem dimittere ſepties.*

r Dicit il. Ie. Non di. *Et ponitur ibi numerus determinatus pro indeterminato, ac ſi di. totiens quotiens, vt dicit Augu.*

s Ideo aſ. eſt. *Hic probat hoc per exēplū qa magis ſumus debitores Dei & plus offendimus eū quā homo poſſit offendere ꝓximū, qa tāta eſt offenſa quātus ille q offenditur. Deus autem eſt infinitus, & ideo offenſa in ipſum cōmiſſa quādam infinitatem habet: & tamen quotieſcunq; offendimus Deū, ipſe totiens paratus eſt remittere dū tamē velimus veraciter pęnitere: ergo multo fortius ſimiliter debemus peccāti in nos facere: & hoc eſt quod dicit:* Ideo aſ. eſt. *ideſt ſtatus eccleſiæ militantis.*

t Homini re. *i. Chriſto, qui eſt verus homo & verus Deus, rex regum & Dominus dominantium.*

v Qui voluit &c. *id eſt rationem gerere. de factis humanis.*

¶ Oblatus

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *dicus corporalis ſi debito modo procedat, nititur inducere ſanitatē cū minori diſpendio corporis, vt ſine membri abſciſione: & ſi non poſſit, tunc abſcindit membrum minus nobile, vt conſeruetur magis nobile vel totum corpus. Sic ille, qui fratrem peccantem occulte corripit, charitatiue debet tentare, ſi poſſit fratrem emendare abſque detrimento ſuæ famæ: quia fama computatur inter maiora bona hominis citra virtutes: & ideo corrigens fratrem debet quantum poteſt conſeruare eius famā. Alia cauſa eſt, quia amiſſa fama vel læſa, efficitur homo inuerecundus: & per conſequens minus a peccato retrahitur quàm prius. Eſt ergo debitus proceſſus in correctione charitatiua, vt homo corrigat fratrem ſuū inter ſe & ipſum ſolum, vt ſic poſſit eum ſaluare cum omnimoda integritate ſuæ famæ. Et hoc eſt quòd ſequitur:*

a Si te audi. lucratus eris &c. *Eum. ſcilicet cum integritate famæ ad ſalutem reducendo.*

b Si autem te non. *Quia enim fama eſt minus bonum, quàm ſit bona vita: ſi poſſit ſeruari bona vita fratris ſine detrimento ſuæ famæ, tūc procedendum eſt ad ſalutem bonæ vitæ cum aliquali læſione ſuæ famæ, & ideo adducendus eſt vnus alius vel duo ad ſciendum. ſ. fratris delictum, & vt coram eis arguatur: & ſi ſe non correxerit, tunc ſimpliciter contemnenda eſt eius fama, vt conſeruetur bona vita, vel ſaltem ordo iuſticiæ ad terrorem aliorum, & hoc eſt quod ſequitur:*

c Quod ſi non audierit eos: *ſe corrigendo.*

d Dic eccleſiæ. *i. prælato per denunciationem publicam: & tunc ſunt teſtes inducendi ad facti probationem, qui prius fuerant inducti ad fratris ſecretam correctionem.*

Si autem

## MORALITER.

a *Si te au. lu.* Per ſalutē.n. alterius nobis quoq; aquiritur ſalus.

b *Si au.* Gloſſa, vt ſi dixerit non eſſe peccatū, ꝓbēt illud eſſe pctm̄.

c *Quod ſi non audierit eos.* Chryſ. i. his qui eccleſiæ præſident.

e *Si autem ec.* Aug. i. Gentilis & paganus in numero fratrum non computandus.

g *Amen di. vo. &c.* Aug. De verbis Domini in monte: Cœpiſti habere fratrem tuum tanquā Ethnicum & publicanū, liga illū in terra: ſed vt iuſte liges eum vide: nā in iuſta vincula dirumpit iuſticia.

i *Iterum dico vobis quòd ſi duo.* Sub intelligendum eſt ſi petierint pie, perſeueranter, & pro ſe.

p *Domine quoties.* ſubditur.

q *Vſque ſep. ſep.* id eſt quadringentis nonaginta vicibus, vel vt dicit Aug. omnino quotieſcunque peccauerit, ignoſcas.

s *Ideo aſſimilatum eſt regnum cælorum.* i. Chriſto qui eſt rex regum. *Qui vo. ra. po. cum ſer. ſuis.* Huius enī regis ſerui ſunt oēs homines, & cum eis rationem ponit: nam omnium actus diligenter diſcutit.



Oblatus eſt

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Et vn.* Eum nõ ſolum populum, ſed E ēt p̄latos & ſubditos ſimul cũ tota familia vel ſubſtãtia eorũ pro magnitudine delictorũ tradidit exteris nationibus: vt quod noluerũt voto, ſoluãt tormento. Iuſſit pro cupiditate & operibus, quia vxore & filijs pœnas ſoluere.
b *Miſertus au.* Miſericors Dñs non ſolum captiuitatem Iudaicam abſoluit, ſed etiam peccatorum omnium veniam in aduentu Chriſti ſe dare promiſit, ſi perſiſterent in incępto.
c *Dimiſit ei.* i. põdere carnalium obſeruationum abſoluit, et debitum dimiſit idest priores tranſgreſſiones.
d *Inuenit vnum.* Gẽtilem populũ, quã ſibi debitorẽ fatigabat: gratiã Chriſti nõ eſſe eis ad ſalutem dicens, carnales obſeruantias ab eis non modo perſuaſionibus ſed ẽt tormentis expectabat.
e *Serue ne.* Sæpe debita dimiſi tibi, qñ in anguſtijs rogaſti: ſed liberatus cõpaſſionẽ nõ habuiſti, quin potius prophetas & apoſtolos perſequeris & ingratus, & de iuſticia præſumens ſpernis gentes, indignas tua ſocietate in Chriſto iudicans. † mutuam
f *Sic & pa. me.* Si nõ dimiſeritis ex corde qđ in vos delinquit, & hoc qđ p pęnitentiã dimiſſum erat a vobis exigit. Repetet: vel de mala voluntate dãnando, a qua omne malũ, vel de inobediẽtia, quæ eſt origo totius mali: Quoties enim quis peccat, inobediens efficit. Incipit narrare, q̃ Dñs in Iudæa fecit, & docuit, & paſſus eſt: primo trans Iordanem ad orientẽ, poſt & citra Iordanẽ, quãdo venit a Iericho in Ieruſalẽ.
g *Sermones:* Quos in Galilęa poſt tributum de humilitate & innocentia, & correctione, & venia habuit.
F h *Venit in fi. Iu.* Omnis Iudæorũ prouincia ad diſtinctionem aliarum Gentiũ Iudæa dr̃, ſed ſpecialiter meridiana plaga ad differentiam Samariæ, Galilęæ, Decapolis, & cæterarum regionum eiuſdem prouinciæ.
i *Et ſecutæ ſunt.* Galilæos maluit curare in Iudæa, vt Gentes in eam veniam, quæ Iudææ parabatur, admitteret.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Oblatus eſt ei vnus qui debe. ei decem mi. talenta *ideſt obligatus ad magnam pœnam propter multa peccata.* † De cõſe. diſtin. 4. c. quõ in fin.
c Cum au. non ha. vn. red. *quia peccator non habet vnde ſatisfaciat Deo pro peccato.*
d Iuſſit eum Dominus venundari. *quia omnia ſua ſunt pœnæ æternæ propter peccatum ſuum obligata.*
e Procidẽs au. ſer. *i. peccator per pœnitẽtiã.*
f Patientiam habe. *pœnam æternam in temporalem commutando.*
g Et om. red. tibi: *opera meritoria faciẽdo.*
h Miſertus autem Dominus. *quia Dominus paratus eſt miſereri & parcere vere pęnitentibus.*
i Egreſſus autem ſeruus ille a fa. domi. *ſ. licet per recidiuum peccati.* † Mat. 12. d
k Inuenit vnum de conſer. *ideſt de hominibus, qui ſunt ſerui Dei cum ipſo.*
l Qui debet ei cen. dena. *i. modicum eum offenderat, quia offenſa in hominem modica eſt reſpectu offenſę commiſſæ in Deum:* * delictorum
m Et tenens ſuffocabat eum. *id eſt ſtrangulabat. Et dicitur a ſub & faucis, dicens:*
n Redde quod de. *In quo oſtenditur auſteritas in repetendo vindictam a proximo.*
o Et procidens conſer. *per pęnitentiam.*
p Rogabat eum di. Patiẽ. *q. d. paratus ſum ſecundum poſſibilitatem meam ſatiſfacere.*
q Ille autem noluit, *In quo notatur crudelitas in modo repetendi vindictam.*

Videntes

nere cum ſeruis ſuis. Et cum cœpiſ-
ſet rationem ponere, oblatus eſt ei a
a ¶ Populus Iudaicus, qui decalogo conſtrictus multarum tranſgreſſionum reus erat.
vnũs qui debebat ei decem milia ta- b
a ¶ Viribus ſuis hoc explere non poſſet.
lenta. Cum autem non haberet vn- c
a ¶ Permiſit iuſto iudicio, malignorum ſpirituum ſeruum fieri.
de redderet, iuſſit eũ Dominus uę- d
a nundari, & vxorem eius, & filios,
& omnia quæ habebat, & † reddi.
¶ Cum ſponte nollet malus, coactus populus ille pœnitet.
Procidens autem ſeruus ille roga- e
¶ Parce peccatis.
bat eum, dicens*: Patientiam habe f
a ¶ Credendo in te, qui es finis legis.
b in me, & omnia rẽddã tibi. Miſer- g h
c tus aũt Dominus ſerui illius, dimi-
a ¶ In libertatem fidei vel de captiuitate liberatus.
ſit eum, & † debitũ dimiſit ei. Egrẽſ- i
d ſus autẽ ſeruus ille, inuenit vnum k
a q. i. recognoſcebat ab eo ſalutem præſtitam ſibi.
de conſeruis ſuis, qui dẽbebat ei cẽ- l
a ¶ Non ſinebat eum reddere rationem.
tum denarios, & tenens ſuffocãbat m
a ¶ Obſerua carnalẽs obſeruantias.
eum, dicens: Rẽdde quod debes. n
Et procidens conſeruus eius * roga- o p
a ¶ Parce peccatis.
bat eum, dicens: Patiẽntiam habe
a ¶ Quicquid lex præcipit ſpiritualiter implendo.
in me, & omnia rẽddã tibi. Ille au- q
a ¶ Spiritualia.
b ¶ A ſpirituali intellectu receſſit.
tem nõluit, ſed ãbijt & miſit eum
a ¶ Arctam tribulationem.
b ¶ Hoc intendens, vt legem carnaliter impleret quod videbatur debere.
in cãrcerem, donec rẽdderet debi-
a ¶ Angeli qui referunt Deo geſta hominum, vel prædicatores euangelij
tum. Videntes autem cõnſerui e- r
a ¶ Propter afflictionem Chriſtiani populi.
ius quæ fiebant, cõntriſtati ſunt val
a ¶ Pro ſalute credentium contra dolum perſequutorum Dominum implorant.
de, & venerunt, & narrãuerunt Do- s
mino ſuo omnia quæ facta fuerãt.
Tũc vocauit eum Dominus ſuus, t
e & ait illi. † Serue nequam, omne u
¶ Omnes præuaricationes.
debitum dimiſi tibi, quoniam ro-
gaſti me. Nonne ergo oportuit & x
a ¶ Dignas miſericordia gentes reputare, quoniam omnes peccauerunt & egent gratia Dei.
te miſerẽri conſerui tui, ſicut & ego
a ¶ Iuſta animaduerſione.
tui miſertus ſum? Et irãtus Domi- y
a ¶ In manus Romanorum, vel tartareis miniſtris
nus eius, tradidit eum tõrtoribus,
¶ In perpetuum.
quoadusque redderet vniuerſum z
f debitum. † Sic & pater meus cęle- a
a ¶ Repetet a vobis dimiſſa.
ſtis faciẽt vobis, ſi non remiſeritis
¶ Non ficta pace.
vnuſquiſq; fratri ſuo de cordibus
veſtris *. Et factum eſt, cũ conſum- b
g maſſet Ieſus ſermones iſtos, migra-
h uit a Galilęa, & venit in fines Iudęę c
a ¶ De Galilea. ¶ In pietate vt doceantur, & infirmi ſanentur.
i trans Iordanem, & ſequutæ ſunt d
¶ In Iudea.
cũ turbæ multæ, & curauit eos ibi. e

G r Videntes autem conſer. eius. *Iſti ſunt qui videntes crudelitatem hominum erga proximos contriſtantur, quia ad eandem virtutem pertinet gaudere de bono, & triſtari de oppoſito malo.*
s Et ve. & nar. Domino, *quia in oratione petunt a Domino talia vindicari ad declarationem iuſtitię, non ex liuore vindictæ.*
t Tunc vo. illum Dominus ſuus. *Iſta autem vocatio fit in morte: vbi oportet de omnibus rationem reddere ſtrictè.*
v Serue nequam omne debi. *id eſt offenſam magnam in me commiſſam.* † ſolutionem ſieri
x Nonue ergo opor. *paruam remittendo.*
y Et iratus Dominus &c. tor. *id eſt dæmonibus, qui in hoc ſunt executores diuinæ iuſticiæ.*
z Quoadusque. *id eſt æternaliter, quia in inferno ſemp eſt redditio abſq; quietatione: cum pœna ſp remaneat æterna a parte finis.* * domine
a Sic & pa. meus cæleſtis. *Hic inducitur applicatio parabolæ ad propoſitum eodem modo quo dictum eſt.*
b Et factum eſt cum con. *Hic ponitur confirmatio doctrinæ præcedentis per operationem miraculorum, cum dicit:* Et factum cum conſummaſſet Ieſus. Sequitur.
c Et venit in fines Iudæę trans Iorda. *vbi erat poſſeſſio duarũ tribuũ & dimidiæ, ſ. Ruben & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe.*
d Et ſecutæ ſunt eum tur. mul. *Ex quo patet deuotio populi ad eum, quia multi ſequebantur: Aliqui cauſa prædicationis audiendæ, aliqui cauſa curationis impetrandæ.* * ad pedes eius obſecrabat
e Et curauit eos ibi. *Et ſic patet, q Euangeliſta in vno verbo multa miracula ſanitatum includit: quia propter multitudinem miraculorum non poterant omnia in particulari deſcribi, vt dicitur Ioh. vlti.*

## MORALITER.

H * a *Oblatus eſt ei vnus.* i. quilibet peccator, quia præſentialiter ſibi aſſiſtit.
b *Qui debebat ei de. mi.* i. debitum valde magnum, quia tanta eſt offenſa, quantus ille eſt qui offenditur.
c *Cum au. non ha. vnde red.* quia peccator *non habet vnde* poſſet ſatisfacere Deo.
d *Iuſſit eum Domi. eius ve.* per hoc ſignificatur determinatio eius ad pęnam debitam. Per vxorẽ aũt eius ſignificatur delectatio praua: & per filios, actus mali procedentes inde: pro quibus eſt puniendus.
e *Proci. au.* vt ſibi daret ſpacium vitæ, in quo poſſet per pœnitentiam ſatisfacere.
f *Miſertus autem Dominus,* plus enim dat Dominus quàm rogetur.
g *Egreſſus autem ſer. il.* Egreditur autem a Domino peccatum reiterando.
h *Inuenit vnum de con. ſuis.* id eſt de peccatoribus, qui ei tenebatur in modico reſpectiue: crudeliter cogebat eum reddere.
r *Videntes au.* per quos omnes Chriſtiani & angeli ſancti intelliguntur: vnde Apoc. xxij. b. dixit angelus beato Iohanni. Cõſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum. Et coram Deo repręſentant facta hominum.
v *Serue nequam &c. nonne oportuit & te mi. conſerui tui.* q. di. ſic. Remigius, Seruus iſte nullum legitur reſponſum Domino dediſſe, in quo demonſtratur, q in die iudicij & ſtatim poſt hanc uitam ceſſabit omnis excuſatio peccati. In Math.
y *Et iratus dominus &c. tort.* id eſt dæmonibus.
z *Quoadusque red.* i. uſque in perpetuum, nam in inferno nulla eſt redemptio. *Et factum eſt.* Sequitur.
c *Et venit.* Origen. Sanauit Dominus turbas trans Iordanem, ubi dabatur baptiſmus. Vere enim a ſpiritualibus infirmitatibus curantur & ſaluantur homines in baptiſmo. In Math.



A In eo. cap. xviij. vbi dicitur in Poſtil. Sicut digiti manus æqualiter creſcunt.

### ADDITIO I.

*Hæc ratio nullam propriam pręeminentiam attribuit humilitati inter cęteras virtutes. De qualibet enim alia virtute vere poſſet dici, q illa creſcente, cæteræ creſcunt proportionabiliter propter connexionem virtutum, vt Poſtil. allegat. Sed verba Chriſti dicentis: Diſcite a me, quia mi. ſum & hu. cor. denotant quandam excellentiæ ſingularitatem in ipſa humilitate exiſtere, quam doctrinam communiter doctores ſequũtur. Aug. enim de vera religione dicit, q tota vita Chriſti in terris diſciplina morum fuit ad imitandum præcipue humilitatem ſuam. Similiter Greg. in paſtorali dicit, q in argumentum redemptionis noſtræ inuenta eſt humilitas Chriſti. ex quibus patet, q humilitas commendanda eſt ex aliquo ſingulari ſibi inter cæteras virtutes proprie pertinẽti. Et ideo dicendum ſecundũ Tho. in ſecunda ſecundæ. q. clxi. art. v. in reſponſione ad. iij. argumentũ, q humilitas cõmendatur ex hoc q per illã maximè remouetur impedimẽtum humanę ſalutis, quæ conſiſtit in hoc quòd homo ad cæleſtia tendit, a quibus impeditur, dum in terrenis magnificari ſtudet. Et ſic humilitas eſt quædam propria diſpoſitio ad liberum acceſſum hominis in ſpiritualia & diuina bona.* Mat. 11. d; c. 16. prope. ſi. tom. 1.

In eo. ca. vbi dicitur in poſtil. Venit enim filius hominis &c.

### ADDITIO II.

*Melius videtur continuari hoc dictum Chriſti cum præcedẽtibus ſic. ſ. vt per aliã rationem fortiorem oſtendatur, q non ſunt puſilli cõtemnendi: quod ſic patet. Nã poſſet quis dicere, q ille proximus nõ eſt cõtemnendus, qui ſ. eſt iuſtus, ſeu de quo rationabiliter præſumi dẽt, q eſt in ſtatu gratiæ: ſed prauus ſeu peccator videretur debere cõtemni, cum ſit a Deo remotus. Ad quod remouendum Saluator inducit exemplum de ſeipſo, qui venit ſaluare quod perierat. Ad quod etiam inducit exemplum de centum ouibus, vt patet in litera. Et hæc videtur eſſe ſententia Chriſoſt. qui in hoc loco ſic dicit: Rurſus aliam rationem ponit, quare puſilli non ſunt contemnendi priori maiorem dicens: Venit enim filius hominis ſaluare quod perierat. q. d. ſecundum Remigium non contemnat puſillos. ſcilicet peccatores, quia ego pro hominibus homo fieri dignatus ſum.* Hom. 60. in Mat. c. 18. tom 2.

In eo. cap. vbi dicitur in poſtil. Si duo ex &c.

### ADDITIO III.

*Licet verum ſit, q oratio nõ eſt accepta corã Deo illius q tenet odiũ contra fratrẽ in animo, nõ tamen ex hoc ſeqtur, q oratio ſemper ſit accepta corã Deo illius q nõ tenet tale odiũ cõtrã fratrẽ. Põt enim in alijs ſic deficere, vt non audiatur. Sed Chriſtus dixit: Si duo ex vobis conſenſerint de omni re quã petierint, fiet illis. Ex qbus ſeqtur, q oratio conſentientiũ ſemper audiatur vnde aliter videtur dicendum. Ad cuius intellectum* B *ſciendum, q huiuſmodi conſenſus qui facit orationẽ efficacẽ ſecundum doctores, non ſolũ extẽdit ſe ad excludendum odiũ fraternum, ſed ẽt ad includendũ omnia quæ ad petitionẽ (quæ eſt digna exaudiri) requirũtur. ſ. vt orans ſibiipſi conſentiat. Vnde Hiero. dicit: Vbi ſpiritus & anima corpusque cõſenſerint, & non intra ſe bellum diuerſarum habuerint volũtatum nulli dubiũ, quin bonarum rerum poſtulatio ſit vbi corpus vult habere ea q̃ vult ſpiritus. Hæc Hier. Similiter in hoc conſenſu ẽt includitur, q orantes ſibiipſis conſentiant in omnibus his, quæ ad veram doctrinam & bonæ vitæ conuerſationẽ pertinẽt. Vnde Orige. in hoc loco: Iſta eſt cauſa propter quã nõ exaudiuntur orantes, quia non cõſentimus nobis per omnia ſuper terram nec dogmate nec conuerſatione. Sicut enim in muſicis, niſi fuerit conueniẽtia vocũ, non delectant audientẽ, ſic in eccleſia niſi conſenſum habuerint orantes, nec delectatur Deus, nec audit voces eorum. Hæc ille. Vbi igitur conſenſus prædictis modis eſt, neceſſe eſt impetrare quod petitur. Includitur enim hic tam idoneitas petitionis quã petentium. Et ideo ſequitur in litera: Vbi enim duo ſunt vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Vbi notandum, q ſententia horum verborum, eſt redditiua rationis pręcedentium. Non enim dixit: iterum dico vobis. i. vbi enim ſunt duo vel tres &c. ſicut immediate præcedenti concluſione vbi denotatur diſtinctio illius dicti a præcedentibus: ſed dixit: Vbi enim ſunt, quaſi redditiuum rationis de huiuſmodi petitionis efficacia, vt intelligatur ſic. Ratio quare talis conſenſus eſt efficax, talis eſt, quia tales cõgregati ſunt in nomine meo. Vbi enim talis conſenſus eſt, tales congregantur in nomine Chriſti qui eſt uera pax, & vera concordia: & per conſequens eſt in medio eorum. quia vt ait Origen. Mox enim vt aliqui conſenſerint, Chriſtus inuenitur in eis.* C; Commen. in Matt. c. 18. tom. 9.

### REPLICA.

In ca. xviij. vbi Poſtillator commendat humilitatẽ cum debito moderamine. Burg. vult humilitatem habere ſingularem excellẽtiã inter cęteras virtutes: patet hoc ex dicto beati Aug. de vera religione dicentis, q tota vita Chriſti in terris diſciplina moris fuit ad imitãdum præcipue humilitatem ſuam. Sed per hoc nõ poteſt Burg. aliqua inferre humilitatis prærogatiuã, quia beatus Aug. vult per hoc oſtẽdere imitationem humilitatis faciliorem. Vita enim Chriſti in multis exiſtit potius admirabilis quàm imitabilis: quo ad humilitatem tamen faciliter imitabilis. Ideo idem beatus Aug. in ſer. cõi de martyribus dicit: Chriſtus dominus nõ dixit: Diſcite a me mortuos ſuſcitare, ſuper aquas ſiccis pedibus ambulare: non hoc dixit: Sed quid ait? Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde, Et ad eundem ſenſum pertinet quod Burgen. de beato. Greg. Poſtillatore allegat. Nec concludit ſuum propoſitum per dictum. S. Tho. ex ſecunda ſecũdæ. q. clxj. Nam cum dixiſſet, quòd humilitas eſt quædam propria diſpoſitio ad liberum acceſſum hominis ad ſpiritualia & diuina bona, ſubit idem ſanctus Tho. ibidem Igitur ſicut perfectio potior eſt diſpoſitione, ita & charitas. Et ille virtutes quibus homo directe mouetur in Deum, ſunt potiores humilitate, & ita dictum ſancti Tho. potius eſt cum Poſtilla, quàm cum Burg. qui hic & alibi eſt truncator autoritatum &c. cap. 16. iux. fi. tom. 1.; 3. Serm. de Sanc. 47. in ordine t. 10; D

## GLOS. ORD. CAP. XIX.

a Et acceſſe. Q. complexione capiatur Si diceret: Dimittẽda eſt quacunq; ex cauſa, & ducenda alia: pudicitiæ prædicator contra ſe facit. Si dicit non eſt dimittenda, contra doctrinam Moyſi & Dei facit. Ideo reſpõſum temperat naturalẽ legẽ, primamq; Dei ſententiã ſecundò opponens quę non voluntate Dei, ſed peccantium neceſſitate conceſſa eſt.

¶ Et fœminam.

## CAP. XIX.

a Et acceſſerunt ad
¶ Ex liuore vt decipiant.
eum Phariſæi tẽ- b
tantes eum, & c d
dicentes: † Si licet homini di-
a ¶ Earum cauſarum quæ ſcribebantur in libro repudij.
mittere uxorem ſuam quãcunq;
a ¶ Non ſua reſpondit, ſed hiſtoriæ veteris & mandatorum Dei recordatur.
ex cauſa? Quĩ reſpondens, ait illis: e

## NIC. DE LYRA. CAP. XIX.

Et acceſſe. *Hic conſequenter Saluator docet virtutes contemplatiuorum ſeu religioſorum. Et diuiditur in tres partes, quia primo docet cõtinentiã. Secundo obedientiam, ibi: Tunc oblati ſunt ei paruuli. Tertio paupertatem voluntariam, ibi: Et ecce vnus. In iſtis autem tribus conſiſtit perfectio religioſorum. Prima diuiditur in duas partes: quia primo docet Chriſtus illud quod eſt neceſſitatis in continentia, videlicet cõtinentiam cõiugalem. Secundo illud quod eſt perfectionis. ſ. cõtinentiam ab omni actu venereo ibi: Dicunt ei diſcipuli. Prima in duas: quia primo circa hoc ponitur Phariſæorum doloſa interrogatio. Et ſecundo ponitur ipſius Chriſti uera reſponſio, ibi: Qui reſpondens, Dicit ergo:* Diuiſio
a Et acceſſerunt ad eum. *ideſt ad Ieſum.*
b Phari. *Qui in populo Iudæorum præ alijs videbantur religioſi, ut dictum eſt ſupra, & dicetur inferius.* Ioſ. 21. c
c Tentantes eum. *Capere. ſcilicet in verbis.*
d Et di. Si li. ho. di. *i. ex leui cauſa, ut propter aliquam fęditatem ſeu turpitudinem corporalem. Hanc quæſtionem propoſuerunt Chriſto ad capiendum eum: quia reſponſio ad utranque portem erat calumniabilis: quia ſi diceret q licet, uidebatur laxare fręna concupiſcentiæ carnalis: dicendo quòd homo pro libito uoluntatis ſuæ poſſit uxorem dimittere & aliam ducere, & etiam contra dictamen legis naturæ, quia inſeparabilitas eſt de ratione matrimonij ut dicetur poſt. Si autem diceret, quòd non licet*

## NICOLAVS DE LYRA.

*non licet, uidebatur contra Moyſen dicere dicentem, Si acceperit homo uxorem, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem, ſcribet libellum repudij &c.* Deut. 24. a
e Qui re. *Hic ponitur Chriſti reſponſio. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur reſpõſio. ſecũdo remouetur quædam ſibi facta obiectio, ibi: Dicũt illi. Ad euidentiã primi, aduertẽdum, q indiuiſibilitas eſt de ratione matrimonij: propter quod ponitur in diffinitione eius tanquã formale, cũ dicitur: Matrimonium eſt cõiunctio maris & fœminę inter legitimas perſonas indiuiduam vitę cõſuetudinẽ retinẽs. i. indiuiſibilitatem ſecũdum totam vitam alterius cõiugum. Ratio autem huius eſt, quia matrimonium eſt cõiũctio maris & fęminæ ad educationem prolis ad cultũ diuinum multiplicãdum. Ad hoc autem, q proles ſit apta ad cultum diuinum, & poſſit ſibi ſufficere poſt emancipationem a parentibus requiritur magnus temporis tractus: quia oportet filium generari educari & doceri, & ſibi de neceſſarijs uitæ a parẽtibus prouideri. Quia ſecũdum quod dicit Apoſto. Parentes debent theſaurizare filijs, & non filij parentibus. Antequã aũt homo poſſit generare de cõi curſu, eſt. xviij. annorũ vel xx. Antequã vero filius genitus ſit educatus & edoctus a patre ſciẽs & potẽs ſe & familiam regere, oportet, q ſit. xx. an. vel circiter. Et ſic patet, q licet vir non generaret niſi vnum filium in vxore, tamẽ antequã filius eſſet diſpoſitus ad recedẽdum a patre, iã pater eſſet. xl. annorũ vel circiter: nunc autẽ ita eſt q maſculus & fœmina debent ſimul cohabitare indiuiſibiliter quãdiu intendunt generationi & educationi prolis, ſicut videmus in brutis animalibus & auibus, q determinatus mas, determinatę femina inſeparabiliter* Diuiſio; † 26. diſ. de inde. 28. q. 1. nunq. d. De cõſan. & affi. c. 4.; 2. Cor. 12.

## MORALITER.

* a *Et neceſ.* Orige. Tentato autem Domino, nullus diſcipulorũ eius qui poſitus eſt ad docendum grauiter ferat, ſi tentatus fuerit a quibuſdam: ſed tentantibus reſpondeat dogmata pietati.

 * Propter hoc

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Et fœminam.* Non ait fœminas, ut vnum coniugium ſit non plura, quod ex repudio priorum quærebatur

b *Adhærebit vxo.* Si malis moribus, ſi luxurioſa, ſeu quidlibet huiuſmodi ſit vxor, velimus nolimus ſuſtinẽda eſt. Cũ enim liberi eſſemus, volentes nos ſubiecimus ſeruituti. Si ancilla libero, vel ſeruus liberæ ſupponitur, nõ reputatur coniugium poſtquam detectum fuerit: ſic & de conſanguineis.

*Nuptiarum præmium quod eſt.* c *Et erunt duo in car.* Præmium nuptiarum eſt ex duobus vna caro: Caſtitas coniuncta ſpiritui vnus ſpiritus efficitur. Salubri conſilio Dei factum eſt, ut portionem ſui corporis vir amplecteretur in fœmina, ne a ſe putaret diuerſũ eſſe, quod de ſe cognoſceret fabricatũ.

† in carnẽ unam.

d *Homo non ſe.* Hõ ſeparat, qñ pro deſiderio ſecundę primam dimittit. Deus ſeparat (qui & cõiungit) qñ ex conſenſu propter cultum Dei eo ꝙ tempus in arto ſit, ſic habemus vxores quaſi non habentes.

† Deuter. 24 a. Matt. 5. c. Mar. 10. a

e *Quoniam Moy.* Seruus conſtitutus in infirmitate permiſit, ego autem magiſter & Dominus præcipio. Moyſes rudibus in quibus lex naturalis hebetata erat, indulget. Non enim indulgeret, niſi haberet poſt ea perfectos quos argueret: de rudibus enim paulatim boni eſſe cœperunt. Cõſilium fuit hominis, non Dei imperium: qui maluit indulgere diuortium, quàm deſiderio ſecundarum nuptiarum fieri homicidium vel per durare odium.

*De adul. cõiug. lib. 1. quaſi per totum com. 6.*

f *Niſi ob fornicationem:* Aug. Vxor vt dimittatur, vna carnalis cauſa, fornicatio vna ſpiritualis, timor Domini: vt viua ea, alia ducat, nulla cã in lege Dei eſt.

g *Et aliam duxe.* Quia poterat accidere, vt aliquis calumniam faceret innocenti, & ob ſecundam crimen impingeret primæ vxori: ſic priorẽ dimittere iubet vt ea viuente ſecundã nõ habeat. Et ne vxor idẽ faciat viro eadem cauteia præcipitur, ne ſecundũ habeat virum. Et quia adultera non timet opprobrium, viro dicitur, quòd ſi talem ducit ſub adulterij crimine ſit. dicit ſcript. Qui adulterã tenet, ſtultus & impius eſt. *Pro. 18. b*

*Non expe-*

† Non legiſtis, quia qui fecit † hominem ab initio, maſculum & fœminam fecit eos? Et dixit: † Propter hoc dimittet homo patrem & ma-

a ¶Non vxoribus.

trem, & adhærebit vxori ſuæ, & e-

a ¶Non tres. b ¶In carnali copula.

runt duo † in carne vna. Itaque iam

¶Quia vnum facit carnalis coniunctio.

non ſunt duo, ſed vna caro. Quod

a ¶Faciendo vnam carnem. b ¶Sed Deus.

ergo Deus coniunxit, homo non ſe

a ¶Ecce aperiunt calumniam. b ¶Quandoquidem Deus ſic ordinauit, quare Moyſes ſuperordinauit.

paret: Dicunt illi: † Quid ergo Moyſes mãdauit dari libellum repudij, & dimittere? Et ait illis: Quoniam

¶Non Deus.

Moyſes ad duriciam cordis veſtri

¶Non imperauit.

permiſit vobis dimittere vxores ve

a ¶Non ſic habuit lex naturalis. ¶Doctrina Chriſti concordat legi naturali, quia iam eſt tempus perfectionis.

ſtras, ab initio autem non fuit ſic. † Dico autem vobis: quia quicunque dimiſerit vxorem ſuam, ni-

a ¶Quæ vnam carnem diuidit in alteram & ſeparat.

ſi ob fornicationem, & aliam du-

¶Id eſt mœchiam facit.

xerit, mœchatur. Et qui dimiſ-

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ biliter coniungitur tẽpore quo intendunt generationi & educationi filiorum. Veruntamẽ, quia in alijs animalibus & auibus filij nati in modico tempore ſunt ſufficientes victum ſibi quærere, ideo maſculus & fœmina non coniunguntur inſeparabiliter per totam vitam: ſed tantum tẽpore educationis filiorum. Cũ ergo natura humana debeat magis eſſe ordinata quã natura brutorũ, ideo de dictamine naturali eſt, ꝙ vir & vxor inſeparabiliter coniungantur, quãdiu ſtat neceſſaria educatio & doctrina filiorum: & hoc eſt ſecundum totam vitam coniugatorum: quia ſicut viſum eſt, homo hẽt quadraginta annos antequàm primus filius eius ſit ſufficienter educatus, & ſic ſola occaſione primi filij dictat natura, ꝙ tãtum debeat cum vxore inſeparabiliter habitare. Et quia interim anteq̃ primus ſit ſufficienter educatus, naſcuntur filij alij vel ſaltẽ poſſunt naſci: quibus conſimiliter oportet per parentes prouideri, ad quod requiritur vlterior tractus temporis magnus. Ideo ſicut natura dictat in alijs animalibus, ꝙ maſculus & fœmina inſeparabiliter cohabitent tẽpore determinato a natura in generatione & educatione filiorũ: ita dictat in natura humana, vt vir & vxor inſeparabiliter cohabitẽt per totam vitã, & ſic patet, ꝙ indiuiſibilitas matrimonij non ſolum eſt de iure diuino, ſed etiam de iure naturali: Hanc autem veritatem declarat Saluator per ſcripturam veteris Teſtamenti, dicens.

*Maris & fœminæ cõiunctio quare inſeparabilis.*

a Non legiſtis quia qui fecit hominem ab in. *ſcilicet quando ſolum currebat lex naturæ ante datam legem per Moyſen.* *Gen. 1. d*

b Maſculum & fœminam fecit eos. *In hoc tangitur materia ipſius matrimonij ſcilicet maſculus & fœmina, quia matrimonium ordinatur ad generationem & educationem prolis: Ad hoc autem requiritur determinatum actiuũ & paſſiuum: & hoc in animalibus perfectis, quia nõ generantur ex putrefactione. In maſculo autem eſt virtus actiua, & in fœmina virtus paſſiua. Homo autem eſt perfectiſſimum animalium, & propter hoc ad perfectionem eius requiritur diſtinctio ſexuum, videlicet maris & fœminæ. Sequitur.*

c Et dixit: propter hoc dimittet homo patrem &c. *In quo tangitur debita conditio materiæ prædictæ: quia matrimonium debet eſſe inter perſonas legitimas ad contrahendum. Tangitur autem hic legitimas per hoc ꝙ excluduntur perſonæ illegitimæ, quæ ſunt pater & mater. Iſtæ enim perſonæ ſunt excludendæ ſecundum dictamen legis naturæ. Cuius ratio eſt, quia vir & vxor in actu matrimoniali ad paria iudicantur: & ideo contra reuerentiam naturalem eſt, ꝙ filia coniungatur patri, & filius matri. Vnde & aliquando animalia magis appropinquantia ad induſtriam humanam, talem coniunctionem tanquàm abominabilem refugiunt, ſicut narratur de elephante: qui adductus a magiſtro ipſum cuſtodiente ad impregnandum matrem propriam renuit, propter quod magiſter vultum eius operuit, & cum ſic ignorãter matrem cognouiſſet & diſcooperto vultu hoc videret, inſiliit præ dolore in ductorem ſuum & interfecit eum. & hoc eſt quod dicitur in litera:* Propter hoc. *id eſt propter opus generationis.*

*Elephãti caſtitas naturalis*

d Dimittet homo patrem & matrem. *Homo tamen eſt communis generis, & ideo ſignificat maſculum & fœminam. Eſt ergo ſenſus quòd filius nullo modo debet copulari matri, neq; filia patri. Conſequenter ponitur id quod eſt formale in matrimonio, ſcilicet coniunctio indiuidua per totam vitam, cum dicit.* *† Gen. 1. † Ibid. 2. Eph. 5. 1. Cor. 6.*

e Et adhærebit uxori ſuæ. *per coniunctionem animorum ex amore & fidelitate.*

f Et erunt duo in carne vna. *quantum ad corporalem cohabitationem, & ad vnam carnem prolis ex ambobus producendam. Aduertendum tamen, quòd iſta verba dicuntur hic verba Domini: & tamen Gen. ij. dicuntur verba ipſius Adę: non tamen hic eſt contradictio, quia illa verba protulit Adam ex diuina reuelatione, quia in extaſi factus viderat mulierem, de coſta ſua formatam: & ideo illa verba fuerunt Dei principaliter tanquàm reuelantis, & ipſius Adę inſtrumentaliter & ſicut proferentis. Concludit ergo Saluator:* *Gen. 2. d*

g Quod ergo Deus con. *i. virum & vxorẽ inſeparabiliter, quantum ad totam vitam.* *† Mar. 10. b Luc. 16.*

h Homo non ſeparet. *dimittendo propria voluntate vxorem: autoritate tamen diuina aliquando ſeparantur, quantum ad cohabitationem & debiti redditionem, non tamen quantum ad vinculum: & hoc contingit quãdo ſeparantur ſic propter diuinum cultum altero religionem intrante.*

i Dicunt il. *Hic remouetur quædam obiectio quam fecerunt ei Phariſæi de autoritate Moyſi ſupra allegata.*

k Quid ergo mandauit Moyſes. *q. d. Manifeſte dicis contra legem Moyſi Deut. xxiiij.* *Deut. 24*

l Ait illis quoniam Moyſes. *quaſi diceret: non dico contra Moyſen, quia Moyſes non ſcripſit hoc tanquam licitum & bonum, ſed permiſit propter maius malum vitandum, ne ſcilicet vxores eis ingratas occiderent, quia minus erat dimittere quàm occidere. ſicut Deut. xv. conceſſit dare ad vſuram extraneis ne fratres grauarent. Sicut ergo qui non dat ad vſuram nec extraneo nec propinquo, facit magis ſecundum intentionem Moyſi, ita ille qui docet vxorem non dimittendam, non dicit contra eius intentionem: ſed magis ſupplet & perficit iſtius legis datæ imperfectionem: ſicut ſupra dictum eſt, v. cap.*

m Ab initio autem non fuit ſic. *id eſt in ſtatu naturæ inſtitutæ, ſed in hominibus lapſis per peccatum permiſſum eſt, propter maius malum euitandum: non tanquam licitum, ſed ſicut minus malum: & hoc eſt quod ſubdit:*

n Dico autem uobis, quia quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem. *ſupplendum eſt peccat, & facit contra legem matrimonij. Tunc enim dimittenda eſt, ſi in peccato perſeueret, ne vir videatur eſſe fauor maliciæ eius. Et hoc intelligendum eſt quantum ad cohabitationem & debiti redditionem, non tamen quantum ad vinculum, quod non ſoluitur niſi per mortem. Et propter hoc ſubditur:*

o Et aliam dixerit. *hoc eſt dictu: ſi dimiſſa vxore propter fornicationem aliam duxerit.*

p Mœchatur. *quia remanet adhuc vinculum matrimonij cum prima: & ſic patet quòd litera huius verſus prædicti defectiua eſt, & ſunt ea quæ prædicta ſunt interponenda ad habendum ſenſum perfectum, ſicut contingit in pluribus locis ſacræ ſcripturæ.*

q Et qui di. *a viro primo propter fornicationem.*

¶ Duxerit

## MORALITER.

✱ c *Propter hoc dimittet homo patrem & matrem & adhærebit vxori ſuæ & erunt duo in carne vna.* Remigius. Myſterium hoc dixit eſſe Apoſtolus in Chriſto & eccleſia, Dominus enim Ieſus Chriſtus, quaſi patrem deſeruit, cum de cælis ad terram deſcendit, & matrem ideſt ſynagogam deſeruit propter eius infidelitatem, & hæſit vxori ſuæ, ſcilicet eccleſiæ. Et ſunt duo in carne vna, id eſt Chriſtus & eccleſia in vno corpore, qui dixit ad illos: *In Matth.*

✱ *Non omnes*



a *Non expedit.* Videbant graue pondus vxorum, quòd iracundæ ebrioſæ & huiuſmodi, quæ quidem ſunt ſuſtinendæ: quia cum eſſemus liberi ſubiecimus nos ſeruituti. *Hierony.*

b *Non omnes.* Quaſi conſentit. ꝙ non expedit: ſed infirmitatem videns, dicit *Non omnes ca.* Non dicit, nõ poſſunt capere, ſed, non omnes volunt capere. *Non omnes ca.* i. nõ omnes implere poſſunt præceptum continentiæ: quia nõ omnibus datum eſt à Deo, nec etiam omnibus prodeſt ad præmium continere: & hoc exponit. *Ci. in Mat. lib. 3. c. 19. tom. 9.*

c *Sunt enim.* Tria ſunt genera Eunuchorum, duo carnalia, eorum qui ſic naſcuntur: & qui captiuitate & delitijs dominarum abſciſi ſunt. Tertium ſpirituale, qui cum poſſent eſſe viri propter Chriſtum continent. *Eunuchorũ genera quot ſint.*

d *Qui facti ſunt.* Inter hos computantur etiam hi, qui ſpecie religionis ſimulant caſtitatem.

e *Qui poteſt.* Vox eſt hortantis non iubentis, quaſi vnuſquiſque vires ſuas conſideret, an queat virginitatis & pudicitiæ implere præcepta.

f *Sinite paruulos.* Si ſancti ſunt futuri, cur vetatis venire ad patrem? Si mali, cur ſententiam profertis ante culpam.

g *Talium.* Nam quales ſunt mõ, meũ quidem eſt, quod honorate: quales poſt futuri ſunt, ipſorum eſt, quod miſeremini. Non ait iſtorum ſed talium: vt oſtendat non ætatem regnare ſed mores: & his qui ſimilem habent innocentiam & ſimplicitatem, præmium promittit.

h *Et cum impo.* Imponit manus paruulis, quando humilibus auxilium gratiæ tribuit.

i *Et ecce unus, Beda.* Audierat ille ſimiles paruulo cõdignos eſſe regno, vultque cæteris non per parabolas ſed aperte exponi, quibus meritis vitam poſſit conſequi Hiero. Iſte adoleſcens & diues & ſuperbus erat. Et ſecundum alium euangeliſtam eum non uoto diſcentis ſed tentantis interrogat. *In Matthe. euang. li. 3. ca. 19. to. 5. Vbi ſup. Luc. 10. d*

k *Quid me interrogas de bono.* Quia bonum dixit magiſtrum, & non Deum vel Dei filiũ cõfeſſus ẽ: dicit quẽlibet ſanctũ hoĩem cõparatione Dei nõ eſſe bonũ. Chriſtus aũt non renuit teſtimonium bonitatis, ſed magiſtri abſq; Deo excludit errorem. Nõ ſe magiſtrũ bonũ ẽe negat, ſed magrũ abſq; deo, nullũ bonum eſſe *† dicis bonum?*

ſam duxerit, mœchatur. Dicunt ei

a ¶Vt nullo modo ſit dimittenda, niſi pro fornicatione.

diſcipuli eius. Si ita eſt cauſa homi-

a ¶i. bonum eſt continere.

nis cum uxore, non expedit † nube-

re. Qui dixit illis: Non omnes ca-

a ¶Quia non valemus niſi ex gratia Dei.

piunt uerbum iſtud, ſed quibus da-

a ¶Continentes.

tum eſt. Sunt enim eunuchi, qui de

a ¶Sine inſtrumentis vel frigidæ naturæ. b ¶Quorum neuter præmium habet, quia neceſſitate abſtinet non voluntate.

matris utero ſic nati ſunt: & ſunt eu-

nuchi, qui facti ſunt ab hominibus:

a ¶Qui voluntate ſe deuouerunt caſtitati.

& ſunt eunuchi, qui ſeipſos caſtra-

uerunt propter regnum cælorum.

a ¶Cum de caſtitate eſſet ſermo.

Qui poteſt capere, capiat. † Tunc

a ¶Vt eis manu & voce benediceret. ¶Quaſi laudaret caſtos neceſſitate, non virtute continentiæ.

oblati ſũt ei paruuli, & ut manus eis

a ¶Infirmi fide.

imponeret, & oraret. Diſcipuli au-

a ¶Timentes Deum importunitate offerentium laſſari.

tem increpabant eos. Ieſus uero ait

a ¶Non enim perſonarum acceptor eſt Deus.

illis: Sinite paruulos, & nolite eos

prohibere ad me uenire: talium eſt

enim regnum cælorum. Et cum im

a ¶Vt humiles ſua benedictione dignos ſignificet.

poſuiſſet eis manus, abiit inde. Et

ecce unus accedens, ait illi: † Magi-

ſter bone, quid boni faciã, vt habeã

a ¶Quid me vocas bonum magiſtrum quaſi aliquem hominem.

uitam æternam? Qui dixerit ei: Quid

me † interrogas de bono? † Vnus eſt

a ¶Viam quæ ducit ad vitam.

bonus Deus. Si autẽ uis ad uitam in

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Duxerit. *accipiens eam in matrimonium.*

b Mœchatur. *Quia remanet adhuc vinculum illius dimiſſæ cum viro priori. & ex hoc verbo patet intellectus literæ immediatè præcedentis, quæ defectiua eſt: quia eadem ratione qua vxor dimiſſa propter fornicationem non poteſt duci ab altero viro, ſic nec vir eam dimittens poteſt ducere alteram: quia æqualiter manet vinculum matrimonij ex vtraque parte.*

c Dicunt ei diſcipuli. *Poſito eo quod eſt neceſſitatis in virtute continentiæ, conſequenter ponitur id, quod eſt ſupererogationis & conſilij, videlicet continentia ab omni actu venereo: diſcipuli enim audientes quòd vinculum matrimonij eſt indiſſolubile, dixerunt.*

d Si ita eſt cauſa hominis cum uxo. *quòd non poſſit eam dimittere niſi modo prædicto.*

e Non expedit nubere. *Ac ſi dicant Melius eſt ſimpliciter continere: & hoc duplici de cauſa. Primò quia ex tali indiuiſibilitate matrimonij poſſunt multa grauia ſequi: quia ſi vxor incurrat lepram, vel aliquam infirmitatem horribilem, oportet tamen illi debitum reddere. Secunda cauſa eſt, quia maius meritum eſt continere ſimpliciter quàm coniugalis continentia. vnde ſupradictum eſt quòd continentia virginalis habet fructum centeſimum, vidualis ſexageſimum, & coniugalis triceſimum. Et ad iſtum intellectum reſpondet Saluator conſequenter.* *Continentia præferenda eſt matrimonio. Supra c. 13.*

f Non omnes capi. uer. *quia altus eſt ſtatus, ad quem infirmi non poſſunt aſcendere.*

g Sed quibus da. eſt. *ſ. à Deo ex ſpeciali munere: quia ſecundum quod ſcribitur. Nemo poteſt eſſe continens niſi Deus det: ſed quia non omnis continentia eſt laudabilis, ideo conſequenter oſtendit quæ ſit laudabilis, & quæ non, dicens:* *Sap. 8. d*

h Sunt e. eunuchi. *Quia continentia quæ eſt ex naturali frigiditate contracta à parentibus, vel priuatione membrorum genitalium, non eſt laudabilis, niſi inquãtum per volũtatem acceptatur: nec illa quæ eſt per violentiam, ſicut in illis quibus ſecantur genitalia. & hoc eſt quod dicit:*

i Et ſunt eunuchi *Sed illa cõtinẽtia quæ eſt per volũtatẽ reprimẽtẽ cõcupiſcẽtiã ab actu venereo, illa ꝓpriè eſt laudabilis. & hoc eſt qđ dicit:* Et ſunt eunu. *non per membrorum abſciſionem, ſed per concupiſcentiæ repreſſionem.*

k Propter re. *vt liberius continentes vacẽt contemplationi diuinæ: quia ſicut ſcribitur. Qui autem ſine vxore eſt, ſollicitus eſt quæ domini ſunt, & cogitat quõ placeat Deo: qui autem cum vxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt: ſed quia talis ſtatus eſt altus, nec poſſunt omnes ad hoc attingere, ſed ſolum perfecti: & ideo ſubdit:* *1. Cor. 7. † ducere vxorem. † capaces ſunt huius dicti.*

l Qui poteſt capere capiat. *q. d. tantum bonum non eſt neceſſitatis, ſed ſupererogationis.*

m Tunc ob. ſunt. *Hic conſequenter docet humilitatis obedientiam per hoc quòd paruulos ſibi oblatos dulciter ſuſcepit, manus illis imponendo, & pro eis orando: vere autẽ obedientes illi ſunt vere paruuli: & hoc eſt quod dicit:* Nunc obla. ſunt ei. *ex deuotione. ſ. offerentium.*

n Vt manus eis impo. *ſ. benedicendo & orando pro eis.* *† Mar. 10. c Luc. 18. c*

o Diſcipuli autem. *timentes ne importunitas offerentium offenderet magiſtrum.*

p Ieſus uero ait *ſuis diſcipulis.*

q Sinite paruulos. *quia iſti ſunt figura vere humilium & obedientium, quorum familiaritatem ego volo. Sequitur:*

r Talium eſt enim regnum cælo. *ſicut eſt dictum ca. præcedenti, nullus poteſt intrare regnum cælorum niſi fuerit paruulus & humilis.*

t Et ecce unus accedens. *Hic conſequenter docet paupertatem voluntariam: Et diuiditur in duas partes: qa primo docet id qđ eſt neceſſitatis. ſecundo id quod eſt ſupererogationis, ibi: Dixit ei adoleſcẽs: In prima ergo parte ponitur cuiuſdã volentis aſcendere ad ſtatum perfectionis interrogatio dicentis:* *Diuiſio. † Mar. 10. c Luc. 18. d*

v Magiſter bone quid boni faci. *Ieſus aũt reſpõdit ei, primò q̃tum ad eius cogitationẽ: qa ille cogitabat Ieſum eſſe purum hominẽ, licet crederet eum eſſe bonum & ſanctum doctorem: & ideo quaſi reſpondens Ieſus cogitationi, dicit ei,* *† nullus eſt bonus niſi vnus Deus*

x Quid me inter. de bo. *q. d. ex quo credis me purum hominem, non debes me vocare bonum, cuius cauſa ſubditur,*

y Vnus eſt bonus Deus. *Hoc eſt dictum, Deus eſt ſolus bonus per eſſentiam, & nullus alius. Cõſequẽter reſpõdit eius interrogationi dicens,*

z Si au. uis ad u. *q. d. hoc ſufficit ad ſalutẽ, qđ amplius eſt nõ eſt neceſſitatis. ſed*

## MORALITER.

✱ f *Non omnes capiunt uerbum iſtud.* Sapi. viij. d. Cognoui quia non poſſum eſſe continens, niſi Deus dederit:

i *Et ſunt eunuchi qui ſeipſos caſtra.* per obſeruantiam caſtitatis.

l *Qui poteſt capere capiat.* cum adiutorio Dei. Hiero. Hortantis Dei vox eſt milites ſuos ad pudicitiæ præmium concitantis: q. d. qui poteſt pugnare pugnet, ac ſuperet & triumphet. *Vbi ſupra*

m *Tunc oblati ſunt ei paruuli.* Sequitur:

o *Diſcipuli autem eius.* In hoc per ipſos ſignificantur illi qui iuuenes impediunt à religionis ingreſſu, quos dominus reprobat dicens:

q *Sinite paruulos & no. eos pro. à me. Chryſ.* Nam ſi ſancti futuri ſunt quid vetatis filios venire ad patrem? Si autem peccatores, vt quid ſententiam condemnationis profertis antequam culpam videatis? *Sup. Matt. homi. 63. ex c. 19. to. 2.*

s *Et cum impoſuiſſet eis manus abijt inde.* Remigius. Manibus impoſitis pueris benedixit, ſignificans quod humiles ſpiritu digni ſunt eius gratia & benedictione. *In euangel. Matth.*

t *Et ecce unus accedens ait illi.* ſequitur:

x *Quid me interrogas de bono? Hiero.* Saluator noſter non renuit bonitatis teſtimonium, ſed à magiſtris abſq; Deo excluſit errorem. Quę autem vtilitas, vt ita reſpõderet reducit eum paulatim & erudit liberari ab omni adulatione, & ab his, quæ ſunt ſuper terram ab ducens, Deo adhærere ſuadet, & futura quærere, & noſſe eum qui uere bonus eſt, & radix & fons omnium bonorum. *Vbi ſupra*

z *Si autem uis ad uitam ingredi, ſer. man. &c.* Remigius. Demonſtratur his verbis, quòd lex ſuis impletoribus non ſolum bona temporalia dabat, ſed etiam vitã ęternã, ſuo tamen tempore cõſequendã. *Vbi ſupra*



✱ *Si uis perfe-*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E bonum eſſe negat, ſed magiſtrum abſque Deo nullum bonum eſſe dicit.

*a Ser.m.* Iſte quæſierat, quid faciam? contra non ait, diſce: quia Deus eum docuerat factor rationalis creaturæ: oſtendens qa ille non eſt bonus qui quærit de bono, ſed qui facit quod bonum eſt. *Be.* Ecce actiua vita quæ ad legē pertinet. Nota ꝙ iuſticia legis ſuo tempore obſeruata non ſolum bona terræ, ſed vitam ęternam dabat.

*In Matth. euang. li. 3. ca. 19. to. 5.*

*b Dicit ei adoleſ. Bed.* Non putandus iſte (vt quidam aiunt) vel dominum tentaſſe, vel de ſua vita mentitus eſſe, ſed ſimpliciter vt vixit confeſſus eſt: alioquin (vt alius Euangeliſta ait) non intuitus arcana cordis eius diligere eum diceretur Ieſus: Diligit enim eos, qui mandata legis cuſtodiunt, ſed qđ ibi minus eſt his q pfecti volūt eſſe, adiūgit, vnde ſequitur: Si vis perfectus eſſe.

*Vbi ſupra Legis veteris obſeruatio quo æternam vitam præſtitit Marc. 10. c*

*c Oīa hæc* Hiero. Mentitur. Si enim diligeret proximum ſuum ſicut ſeipſum opere compleſſet: non eſſet triſtis cum ſua pauperibus dare iuberetur.

*Cō. in Mat. li. 3. c. 19. to. 9.*

*d Diues diffi.* Diuites non manentes, ſed qui eſſe deſierunt intrabunt. De omnibus tutius eſt, nec habere nec amare diuitias.

*e Facilius.* Myſtice Facilius eſt Chriſtū pro dilectoribus ſeculi pati, quam dilectores ſeculi ad Chriſtum cōuerti. Camelus dicitur Chriſtus, quia ſpōte humiliatus infirmitatis noſtræ onera ſuſtulit. Acus eſt punctio per quam anguſtias paſſionis ſignificat, qua paſſione velut acu noſtræ naturæ quaſi ſciſſa veſtimenta reſarcire dignatus eſt. i. reparare poſt lapſum. Aliter: Facilius eſt Gentilem populum gibbo peccatorum deformem per anguſtæ viæ vitā ingredi, quam Iudęum de meritis ſuis gloriantem, & ad ſubeundum leue onus Chriſti ſe humiliare nolentem.

† triſtitia affectus

F

*f Quam di. Iſido.* Nullus diues intrabit. i. confidens in diuitijs, vt Ieſus ſecundum Marcum exponit.

†Mar. 10. c Luc. 18. e

*Mirabantur*

¶Tentando quaſi non legerit, vel dominus poſſet iubere contraria Deo.

gredi, ſerua mandata. Dicit illi:

a ¶Hæc eſt puerilis innocentia & caſtitas.

Quæ? Ieſus autem dixit: Non hōmicidium facies. Non adulterabis. Non facies furtum. Non falſum teſtimonium dices. Honora patrem

¶Non quod facit, ſed quod factus eſt. ¶Non vitium tuum vel ſuum.

tuum, & matrem, & diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dicit illi adoleſcens: Omnia hæc cuſtodiui à iuuentute mea: quid adhuc mihi

a ¶Quia ex voluntate eſt. ¶In dilectione Dei.

deeſt? Ait illi Ieſus: Si uis perfectus

a ¶Non partem.

eſſe, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis

¶Sic dando.

a ¶Retributionem. b ¶Ecce contemplatiua, quæ ad euangelium pertinet.
c ¶Non ſufficit relinquere mala, niſi ſequatur dominum i. imitetur.

theſaurum in cælo, & ueni ſequere me. Cum audiſſet autē adoleſcens

¶Quare? ¶Cum amore.

uerbū, abijt † triſtis: erat enim habēs

a ¶Quæ ſemen Dei ſuffocauerunt.

multas poſſeſſiones. Ieſus autem dixit diſcipulis ſuis: Amen dico

a ¶Amator diuitiarum. b ¶Non impoſſibile eſt, ſed rarum, quia difficulter contemnuntur diuitiæ.

uobis, quia diues difficile intrabit in regnum cęlorum. Et iterum dico

a ¶Ingentibus membris enormem.

uobis: † Facilius eſt camelum per foramē acus tranſire, quam diuitē in-

G

*batur per hoc quod dicitur Mar. x. c. Ieſus autē intuitus eum dixit: Quod non eſſet verum ſi veniſſet fictus. Quod autem arguit Hiero. contrarium ex hoc quod ſequitur* Abijt triſtis. *non eſt contra iſta, quia aliquis potens eſt ſtatum inferiorem ſeruare, qui tamen non eſt potens ſtatum altiorem aſcendere.*

m Ait illi Ieſus. Si uis perfectus eſſe. *i. aſcēdere ad ſtatum perfectionis ſupra communem ſtatum ſaluti neceſſarium.*

o Vade. *contemnendo omnia temporalia.*

p Et uen. quæ. *propter Deum: quia abijcere temporalia propter oſtentationem non eſt meritorium, ſicut aliqui philoſophi fecerunt.*

q Et habebis the. *Hoc nō dicitur, quia paupertas ſit maior virtus quam continētia vel obedientia, ſed dicitur per quandam correſpondentiam: quia theſaurus cæleſtis ſic reſpondet voluntariæ paupertati, ſicut exaltatio humiliationi, ſicut dictum eſt ca. præce. Sequitur:*

r Et ueni ſeque. me. *quia in ſequela Chriſti per opera charitatis conſiſtit perfectio principaliter. in paupertate autem voluntaria conſiſtit inchoatiuè per modum remouentis prohibentis & diſponentis: quia per hoc aufertur cura temporalium, quæ impedit animum à dilectione Dei, & diſponitur animus ad liberè Deo vocandum.* -omnia

s Cum audiſſet autem. *Hic conſequenter oſtendit quid ſit huius perfectionis impedimentum, videlicet nimia dilectio terrenarum poſſeſſionum: & hoc eſt quod ſubditur:* Cum audiſſet autem adoleſ. uer. *ſcilicet Chriſti de perfectione paupertatis voluntariæ.*

t Abijt triſtis. *quia nimis amabat poſſeſſiones terrenas: & ideo non poterat ad perfectionem voluntariæ paupertatis aſcendere. Conſequenter oſtendit quomodo diuitiæ faciunt difficultatem in attingendo perfectionem, dicens:*

H

u Amen dico uobis quia duces. *Non dixit impoſſibile, ſed difficile, quia difficile eſt diuitias poſſidere, & non teneri nimis amore earum: quia ſecundum quod dicit Auguſt. in epiſtola ad Paulinum: Bona terrena diliguntur artius adepta quam concupita. Aliud enim eſt nolle incorporare quæ deſunt, aliud iam incorporata diuellere. Illa enim velut extranea iam repudiantur. iſta velut membra præſcinduntur &c. Et Chriſo. ſuper Matth. Appoſitio diuitiarum maiorem apponit flammam, & vehementior fit cupido. Et quia cupiditas eſt venenum charitatis, ideo poſſeſſio diuitiarum reddit hominem difficilem ad perfectionem acquirendam, non tamen facit impoſſibilem: quia Abraham fuit valde diues, ut habetur Ge. xiij. b. & tamen fuit perfectus, vt habetur Ge. xvij. ideo dicitur. Beatus uir diues qui inuentus eſt ſine macula &c. Sequitur. Quis eſt hic, & laudabimus eum? quaſi dicat. Vix & cum difficultate inuenitur. Conſequenter oſtendit qualiter diuitiæ faciunt impoſſibilitatem ad perfectionem & ad regnum cælorum conſequendum, quando ſcilicet homo conſtituit finem in diuitijs. Et hoc eſt quod dicit:*

Bonorū terrenorum cupido quō augeatur

Hom. 63. in c. 19. to. 9.

Eccl. 31. a

x Facilius eſt camelum intrare in reg. cæ. *Primum eſt impoſſibile, vt patet manifeſte: ergo & ſecūdum. Qđ aūt loquatur de diuite cōſtituēte finē ī diuitijs, patet ꝑ illud qđ habetur Mar. x. c. ubi dicitur: Quā difficile ē cōfidētes ī pecunijs regnū Dei ītroire &c. & ſeqtur ibidē:* Facili⁹ eſt ca. &c. *Ex quo patet, ꝙ illud, qđ dicit diuitē īmpoſſibile ītrare in regnū* ¶ *Dei, intelligitur*

## NIC. DE LYRA.

¶ *tatis, ſed ſupererogationis.*

a Dicit illi. *ſ. adoleſcens.*

b Quæ? *ſ. ſunt illa mandata, quorū obſeruātia eſt neceſſaria ad ſalutē.*

c Ieſus autem di. non homi. *hoc eſt præceptum decalogi per quod prohibetur nocumentum proximi in perſona propria.*

d Non adult. *ꝑ hoc prohibetur nocumētū ꝓximi ī ꝑſona ſibi cōiūcta.*

e Non fac. *Per hoc prohibetur nocumentum proximi in re poſſeſſa.*

f Non fal. teſt. di. *per hoc prohibetur nocumentum proximi in fama.*

g Hono. patrem tuum & matrem. *per hoc præceptum affirmatiuum intelligitur omne beneficium proximo reddendum: quia nomine patris & matris intelligitur omnis proximus. & hoc eſt quod ſubditur:*

h Diliges proximum tuum ſicut teipſum. *quia obſeruātia mādatorum nō eſt meritoria vitæ æternæ, niſi fiat ex charitate. Aduertendum, ꝙ licet ponantur hic ſolummodo præcepta ſecundæ tabulæ, quæ ordināt hominem ad proximum, intelligūtur tamen cum hoc præcepta primæ tabulæ ordinantia hominem ad Deum: quia homo magis tenetur Deo quàm proximo: & ideo ſi obſeruantia mandatorum ſecundæ tabulæ neceſſaria eſt ad ſalutem, multo fortius obſeruantia mandatorum primæ tabulæ. Per prædicta etiam oſtendit Saluator, quòd obſeruantia præceptorum ceremonialium & iudicialium non erat amplius neceſſaria ad ſalutem.*

Præcepta primæ tabulæ neceſſario in ſecundis præceptis intelliguntur

i Dicit illi ado. *Hic conſequenter oſtenditur quid ſit ſupererogationis. ſ. abiectio omnium temporalium per paupertatem voluntariam. Et diuiditur in duas partes: quia primò docet paupertatis voluntariæ meritum. ſecundo vt eam alliciat oſtendit eius præmium, ibi: Tunc reſpondēs Petrus. Prima in duas, quia primo docet paupertatis voluntariæ meritum. Secundo quid ſit huius perfectionis retardatiuum, ibi: Cum audiſſet autem adoleſcens. Circa primum aduertendum quòd adoleſcens iſte volebat ad ſtatum perfectionis aſcendere ideo dixit:*

Diuiſio

k Omnia hæc cu. *mandata implendo.*

l Quid adhuc mi. deeſt, *ad perfectionem vitæ. Hiero. autem dicit, ꝙ iſte iuuenis mendaciter & ficte loquebatur: Quod probat per hoc quod ſubditur poſtea: Cum audiſſet verbum, abijt triſtis, quod non feciſſet, ſi ad Chriſtum ex deuotione acceſſiſſet. Sed Bed. & aliqui alij expoſitores dicunt contrarium, videlicet quòd ſimplici animo venit ad Chriſtum petēs de ſalute æterna: & ꝙ verum dixit ſe obſeruaſſe mandata: quod probatur per*

Vbi ſup.

Vbi ſup.

## MORALITER.

✠ *Si uis perfectus eſſe uade & u.* Genadius de eccleſiaſticis dogmatibus: Bonum eſt facultates cum diſpenſatione erogare, ſed melius eſt intentione ſequendi Chriſtum totum ſimul donare & abſolutum à ſolicitudine cum Chriſto egere. Orige. Non tamen ſic intelligendum eſt, quòd in ipſo tempore, quo bona ſua tradidit pauperibus, fiat omnino perfectus, ſed ex illa die incipiat ſpeculatio Dei, adducens eum ad omnes virtutes: ideo ſubditur:

*r Et ve. ſe. me.* Hiero. Sequitur enim dominum qui imitator eſt eius, & per illius veſtigia graditur. — *Vbi ſup.*

*b Cum audiſſet autem ado. uer. abijt tri. Chryſo.* Non enim ſimiliter detinentur qui pauca habent & qui multis abundant: quoniam adiectio diuitiarum maiorem accendit flammam & violentior eſt cupido, ideo ſequitur: — *Vbi ſup.*

*u Amē dico uobis quia di. diffi. intra in re.* Chryſ. Quod quidem dixit non pecunijs detrahens, ſed eis qui detinentur ab ipſis, & diſcipulos pauperes exiſtentes non debere uerecundari pp inopiam: — *Vbi ſup.*

✠ Apud



A *a Mirabantur.* Quia in numero diuitum deputabantur omnes qui amant diuitias: & ſi non habeant. Aliter enim cum ſit maior turba pauperum, nō dicerent. Quis poterit ſaluus eſſe?

*b Deum.* Qui ab amore terrenorum ad charitatem æternorum conuertit: Non quod cupidi & ſuperbi intrent.

*c In regeneratione.* Duæ ſunt regenerationes. prima ex aqua & ſpirituſancto, ſecunda in reſurrectione. Ita duæ adoptiones & duæ reſurrectiones.

*d Filius hominis.* id eſt cum ſerui forma quæ iudicata eſt, iudiciariam exercuerit poteſtatem, eritis & vos mecum iudices.

*e Super ſedes duodecim.* Per duodecim ſedes, vniuerſitas iudicātium Per duodecim tribus, vniuerſitas iudicandorū intelligitur Qui reliquerunt omnia, & ſequuti ſunt dominum, hi iudices erunt, qui licita habentes recte vſi ſunt: Iudicabuntur, quibus dicetur: Venite benedicti patris mei. Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare. Duo enim ſunt ordines bonorum.

*Infra. 25. c*

*f Centuplum.* i. qui carnalia pro domino dimiſerit, ſpiritualia accipiet quæ comparatione & merito ſui ita erunt, quaſi paruo numero centenarius comparetur. Marcus ait Centies tantum nunc in tempore hoc cum perſequutionibus fratres & ſorores, & in futuro vitam æternam. i. in hac vita perſequutionibus plena gaudium regni deguſtant, & omnium electorum ſincera dilectione fruūtur. Sed quia multi tepeſcunt vel retrocedunt ſubdit: *Multi autem erunt primi &c.*

*Marc. 10. d*

trare in regnum cælorum. Auditis autem his, diſcipuli mirabantur ualde, dicentes: Quis ergo poterit

a ¶Suo aſpectu attentos facit.

ſaluus eſſe? Aſpiciēns autem Ieſus dixit illis: Apud homines hoc im-

a ¶Vt per ſe a cupiditatibus ſuis conuentantur.

poſſibile eſt, apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt. Tunc reſpondens Petrus, dixit ei: Ecce nos reli-

a ¶i. uoluntatem habendi. b ¶i. etiam. c ¶Quod eſt perfectio.

quimus omnia, et ſequuti ſumus

a ¶Præmij.

te: quid ergo erit nobis? Ieſus autem dixit illis: Amen dico uobis, quòd

a ¶Non qui reliquiſtis tantum, quod & Socrates fecit.
b ¶Quando mortui reſurgent incorrupti.

uos qui ſequuti eſtis me in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & uos

¶Quia vobis credentibus credere noluerunt.

ſuper ſedes duodecim iudicantes

a ¶Non tantum vos.

duodecim tribus Iſrael. † Et omnis

a ¶Omnes affectus charitati ſuppoſuerit.

qui reliquerit domum, uel fratres, aut ſorores, aut patrē, aut matrem, aut uxorē, aut filios, aut agros propter nomen meum, cētuplum accipiet, & uitam æternam poſſidebit.

a ¶Multi prius feruentes poſtea torpent, multi ſubito inardeſcunt.

† Multi autem erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi.

¶Vt Iudas. ¶Vt latro.

C

n Sede. & uos. *Aduertendum ꝙ iudicare accipitur tripliciter. Vno modo principaliter, ſicut iudex qui profert ſententiam: & hoc modo ſolus Chriſtus iudicabit: alio modo proſedere in loco eminenti iuxta iudicem, ſicut aſſeſſores iudicis: & hoc modo apoſtoli & alij perfecti cum Chriſto iudicabunt. tertio modo largè accipitur ſ. pro ſententiam iudicis approbare, & hoc modo omnes electi iudicabunt, quia ſententiam iudicis approbabunt. Conſiderandum etiam quòd licet iudiciaria poteſtas quæ competit alicui, per modum aſſeſſoris conueniat apoſtolis & viris perfectis ratione ſuæ perfectionis ſupra alios eminentis, tamen magis attribuitur voluntariæ paupertati quàm alijs virtutib. & hoc ꝑ quādā correſpōdētiā, ſicut ſu. dictū eſt: quia ſicut exaltatio correſpondet humilitati, ſic iudiciaria poteſtas paupertati: qa pauperes in hoc mundo conculcantur & peruerſè iudicātur: quia etiam eorum bona in malum interpretantur, ideo econtrario eminentia ſedis iudiciariæ competit eis in generatione.*

Sancti aliter & aliter iudicabunt in iudicio finali

p Et omnis qui re. do. *Non eſt ſic intelligendum: vt aliqui dixerūt, quòd poſt aliquā reuolutionem temporum poſt iudicium centuplum omnium quæ hic dimittuntur propter Deum reddantur in eadem ſpecie, vt cētum agri pro vno agro dimiſſo: ſed eſt ſenſus ꝙ qui corporalia pro Chriſto dimiſerit, ſpiritualia bona recipiet hic in præſenti, quę ita excedunt bona temporalia ſicut centenarius numerus vnitatem.*

r Et uitam æternam. *in futuro. ſ. propter quod concluditur in fine.*

s Multi autem. *Quia illi qui ſunt hic primi in honore alios iudicantes iniuſte, tunc erunt nouiſſimi & inferiores & iudicio aliorum ſubiecti: & econtrario voluntariè pauperes qui ſunt hic nouiſſimi, in iudicio futuro erunt primi: quia ſicut dictum eſt, erunt iudicis aſſeſſores.*

† 28. q. 1. §. 1.

## NICOL. DE LYRA.

¶ *Dei intelligitur non de quocunque diuite: ſed de diuite confidente in diuitijs, & in ipſis finem conſtituente. & hoc debet hic ſubintelligi.*

B a Auditis autem. *Quia talem perfectionem paupertatis voluntariæ & aliarum virtutum nullus docuerat Ante Chriſtum. ſequitur:* Quis ergo pote. ſal. eſſe? *Ad quod reſpondens:*

b Ie. di. il. &c. *Quia homo non poteſt ad hoc attingere ex virtute propria, ſed ſolum ex diuina gratia, quòd habetur ad Ro. vi. d. Gratia Dei uita æterna: & per hoc excluditur error Pelagij, qui poſuit hominem ex ſola libertate arbitrij, poſſe mereri. Et quia licet meritum vitæ æternæ non poſſit eſſe virtute naturæ, poteſt tamen eſſe virtute gratiæ diuinæ. ideo ſequitur.*

c Apud Deum autem omnia poſ. *Aliter autem exponitur ab aliquibus illud Facilius eſt camelum &c. dicentibus quòd quædam porta erat in Ieruſalem quæ vocabatur porta acus, per quam non poterat camelus tranſire niſi prius depoſito onere: Sic nec diues in regnum cælorum niſi depoſita ſarcina terrenorum: ſed quia hoc de ſcriptura non habet autoritatem, ideo eadem facilitate contemnitur qua probatur. Non enim inuenitur ſcriptum in aliqua ſcriptura autentica quòd in Ieruſalem fuerit aliqua porta ſic nominata: & ideo prior expoſitio melior videtur.*

Expoſitio de porta acus in Ieruſalem abijcitur

d Tunc reſpondens Petrus. *Hic conſequenter oſtenditur voluntariæ paupertatis præmium: & præmittitur interrogatio Petri.*

e Ecce nos reli. *Licet autem Petrus eſſet pauper, tamen aſſerit confidenter ſe reliquiſſe omnia: quia licet eſſet pauper in actu, tamen habebat multa in potentia. Et quia per paupertatem voluntariam non ſolum modo relinquuntur poſſeſſa in actu, ſed etiam poſſibilitas acquirendi & poſſidendi: & iſta poſſibilitas aliquo modo ſe extendit ad omnia, ideo conuenienter Petrus dixit ſe reliquiſſe omnia.*

f Quid ergo erit nobis. *in præmio retributionis pro tali voluntaria paupertate. Conſequenter ponitur reſponſio Chriſti.*

g Amen. *i. fideliter.*

h Dico uobis. *quia vos qui ſequuti eſtis me, dimiſſis omnibus terrenis.*

k In regeneratione. *id eſt in iudicio tempore reſurrectionis mortuorum: quæ quidem reſurrectio dicitur regeneratio, qui terminatur ad eſſe ſecundariò acceptum.*

l Cum ſederit filius hominis. *Quia ſicut in forma hominis fuit iudicatus coram Pilato, ita in forma humana iudicabit, ſicut dicitur Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet ad iudicium: ſcilicet quia ſicut in humanitate aſcendit, ita in humanitate deſcendet ad iudicium: quia tamen apparebit in forma humanitatis glorioſa, ideo ſubditur:*

Act. 1. b

m In ſede maieſtatis ſuæ. *In primo enim aduentu ſedit in ſede humilitatis.*

Sede. &

## MORALITER.

✠ *c Apud Deum omnia poſſi. ſunt. Remigius.* Hoc non eſt ſic intelligendum, quòd poſſibile ſit apud Deū, vt diues cupidus auarus & ſuperbus intret in regnū cælorum, ſed vt conuertantur, & ſic intret.

D

*In Matthe. † Mar. 10. f Luce 13. f*

*e Ecce nos re. o.* Grego. homel. xxx. Multum dimiſit qui cum re poſſeſſa etiam cōcupiſcentijs renunciauit: Tanta ergo à ſequentibus dimiſſa ſunt quanta à non ſequentibus concupiſci potuerunt.

*i Vos qui ſequuti eſtis me: Hieron.* Non dicit qui reliquiſtis omnia Hoc enim & Socrates philoſophus fecit, & multi alij diuitias contempſerunt, ſed qui ſequuti eſtis me, quod proprie apoſtolorum eſt atque credentium.

*Commen. in Mat. lib. 3. c. 19. to. 9.*

*k In regeneratione.* Sequitur:

*n Sedebitis & uos ſuper ſedes duodecim. Chryſo.* Quod fuit ex tunc, quo gentes credere cœperunt in Chriſto † regenerante. Ex tunc. n. apoſtoli ſederunt ſuper duodecim thronos. i. in omnibus Chriſtianis. Omnis enim, qui recipit verbum Petri, fit thronus Petri: & idē de alijs apoſtolis eſt dicendum.

*Sup. Mat. hom. 63. ex c. 19. to. 2. † regnante*

*o Iudic. du. t. Iſ. Hiero.* i. condemnantes: nam apoſtolis credentibus, Iudæi communiter credere noluerunt. *Et omn. qui re. do.* ſequitur:

*Vbi ſupra.*

*q Centup. accipie.* Orig. etiam in hoc ſeculo: quia pro fratribus carnalibus multos inuenit ſecundum fidem: Similiter patres. ſ. epōs & ſacerdotes. & filios. ſ. iuniores credentes: & ſorores. ſ. omnes qui ſe Chriſto exhibuerunt virgines caſtas & agros: quia de agris multorū fidelium paſcitur ſufficienter, & hoc modo Aug. xx. de ciui. Dei: exponit illud Apſi tāquam nihil hn̄tes, & omnia poſſidentes.

*c. 7. cir. me. tom. 5. 2. ad Cor. c. 6. b*

*s Multi autem erunt primi &.* Orige. Per hoc exhortatur eos qui nuper venerunt ad verbum, vt feſtinent ad perfectum aſcendere prę multis, qui videntur ſenuiſſe in fide.

In ca. xix. vbi dicitur in poſtilla. Et ſic patet, quòd indiuiſibilitas matrimonij non ſolum eſt de iure diuino, ſed etiam naturali.

## ADDITIO I.

*Mirum videtur, quòd aſtruere nititur Poſtillator, videlicet, quòd de iure naturæ matrimonium eſt indiuiſibile inducens ad probationem huius concluſionis inſtinctum animalium, vt patet in litera poſtillæ, quod tamen non videtur veritate fulciri. Ad quod probandum primò eſt euacuanda ratio eius. ſecundo ſunt aliqua præſupponenda ad veritatem materiæ clarius lucidanda. tertio ſunt aliqua concluſiones formandæ. Circa primum dicendum eſt quòd ratio Poſtillatoris non probat intentum ſuum, nec eget alia ſolutione niſi interemptione: negatur enim animalia bruta ita ſimul adhærere, vt coniunctio ſua in aliquo indiuiſibilitatem ſapiat: quinimmo omnia fere animalia vel*



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

E *pro maiori parte abinuicem poſt copulam diſcedunt, & vnus maſculus ſufficit pluribus fœminis, vt aries, qui ſufficit centum ouibus, & vnus equus multis equabus, & vnus taurus qui ſufficit multis vaccis: & ſic de ſimilibus: ideo non poteſt ſumi ad indiuiſibilitatem matrimonij efficax argumentum ab animalibus brutis: & ſic ratio huius ceſſat. Circa ſecundum primò præſupponendum eſt, quòd ius naturale dicitur multis modis. Interdum enim ius naturale ponitur pro diuino: interdum pro illo iure, quod eſt commune omnibus hominibus, quod ius gentium appellatur: ſed propriè ſumpto vocabulo. Ius naturale primæuum eſt, quod conuenit omni animali. Hinc eſt quòd ſolet dici: Ius naturale eſt quod natura omnia animalia docuit: & ideo licet promiſcuè vtamur illo verbo, ius naturale, propriè tamen loquendo ius naturale ſolummodo dicitur illud quod conuenit omni animali. Ad loquendum igitur propriè in hac materia, ne incertitudo vocabulorum aliquam ambiguitatem vel errorem pariat, cum dixerimus ius naturale, intelligimus de iure naturali primæuo congruenti omni animali, & de hoc videtur intellexiſſe Poſtillator. Secundò eſt præſupponendum, quòd ex hoc iure eſt maris & fœminæ coniunctio, liberorum procreatio & educatio, & proprij corporis defenſio, & ſimilia: quæ pertinent ad conſeruationem indiuidui & ſpeciei: quod manifeſtè dicunt iura, cum de iure naturali loquuntur. Tertiò eſt præſupponendum, quòd eſt aliud ius, quod dicitur Gentium, & ex hoc deſcendit conſenſus, & fuerunt inducti contractus, dominia diſtincta, introducta bella, ſeruitutes, & cætera huiuſmodi. Quartò eſt præſupponendum, quòd eſt aliud ius, quod dicitur ciuile ſeu humanum: & ex hoc iure fuit data forma contractibus & æquitas naturalis, quæ erat in confuſo, fuit reducta ad certas formas: vt patet in diuerſis caſibus determinatis per legumlatores. Quintò præſupponitur, quòd eſt ius diuinum, ſcilicet quod in vtroque teſtamento continetur: & quantum ad præſentem materiam pertinet, non eſt conſtituenda ſpecies in iure canonico, quia adhæret iuri diuino. Sextò præſupponendum eſt, quod homo eſt alligatus omnibus iuribus iſtis, diuerſis tamen reſpectibus. Iuri primæuo naturali alligatur inquantum eſt animal. Iuri vero Gentium inquantum eſt animal rationale: Iuri autem ciuili inquantum eſt animal ciuile. Nam vt Ariſtoteles ait, à natura eſt ciuile animal homo & omnium aggregabilius: iuri vero diuino vtriuſque teſtamenti inquantum eſt animal catholicum & fidele. His ergo præſuppoſitis, circa tertium ponendæ ſunt aliquæ concluſiones: Quarum prima eſt, quod de iure naturali primæuo non eſt indiuiſibilitas matrimonij: Quod patet, quia de hoc iure non eſt matrimonium, ergo nec eius indiſſolubilitas. Antecedens probatur autoritate principalium gloſſatorum vtriuſque iuris. Iohannes enim Teutonicus gloſſator decreti, in ca. Ius naturale, diſt. i. cum textus loquens de iure naturali diceret: Ex hoc iure eſt maris & fœmi-*
F *næ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus, exponens dicit coniunctio, ſcilicet corporum non animorum, quaſi dicat coitus eſt à iure naturæ, ſed matrimonium non. Hoc idem notat Accurſius §. iii. inſti. de iure naturali. Patet etiam hoc manifeſtè per rationem. nam ſi verum eſſet, quòd matrimonium eſſet de iure naturæ, ſequeretur quod concubinatus eſſet matrimonium: quia ius naturale primæuum quod competit homini vt animali, non facit inter illa differentiam. Nec obſtat, quòd aliqui dicunt rationem naturalem inducere matrimonium, ex eo quòd ratio dictat quod certi ſint parentes propter educationem liberorum. Nam fateor hoc: ſed aliud eſt ratio naturalis, aliud inſtinctus naturalis. Inſtinctus enim naturalis eſt communis omni animali: & iſte eſt à iure naturæ. Ratio naturalis eſt propria hominis, & iſta eſt à iure Gentium alias enim ſequeretur, quòd animalia bruta haberent rationem naturalem: cum ius naturale eſt (vt dictum eſt) quod natura omnia animalia docuit. Coitus ergo eſt ab inſtinctu naturali, qui deſcendit à iure naturæ communi omni animali. Matrimonium vero, quod eſt quædam qualitas inſtificatiua coitus, deſcendit à conſenſu: qui prouenit à iure Gentium. Forma enim eſſentialis matrimonij prout eſt de iure Gentium, conſenſus eſt, vnde Legiſtæ ſolent dicere: Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit. Sequitur ergo ꝙ à iure naturali primæuo nõ eſt indiuiſibilitas matrimonij, cum de tali iure non eſt matrimonium vt fuit aſſumptum. Secunda concluſio eſt, quòd de iure Gentium eſt matrimonium: ſed non indiuiſibilitas matrimonij. Prima pars concluſionis patet ex ſupradictis. Cum enim matrimonium formetur conſenſu, & conſenſus ſit à iure Gentium: ergo & matrimonium. Secunda pars probatur per rationem eiuſdem iuris. Fundamentum enim in iure Gentium eſt vt quidquid homines conſentiunt de agendis, per eos ſeruetur: vnde & legiſlator dicit, ꝙ nihil tam congruum naturali æquitati eſt, ſicut ea quæ placita ſunt inter homines ſeruare. Hinc ergo eſt, quòd matrimonium deſcendit ex hoc iure ut conſenſus ſeruetur: ſed in diuortio eſt conſenſus utriuſque coniugis ad diſcedendum, ergo ſeruandus eſt. Facit ad hoc regula iuris ciuilis quæ dicit, quòd nihil eſt naturale, quòd illa quæ uno genere ligantur, eodem genere ſoluantur. Cum ergo ius Gentium dumtaxat reſpiciat naturalem rationem, ſequitur quod matrimonium quod ex hoc iure conſenſu firmatur contrario conſenſu tollatur. & ſic patet quod attento hoc iure matrimonium non eſt indiuiſibile. Tertia concluſio eſt, quòd de iure ciuili non eſt matrimonium originaliter: ſed eſt data forma accidentalis matrimonio, & additæ ſolennitates & ritus: ſed tamen ex hoc iure non eſt indiuiſibilitas matrimonij: Quæ concluſio pro vtraque parte patet ex prædictis: & etiam quia iuriſtæ ciuiles tractant de ritu nuptiarum & de diuortijs & de repudijs & de alijs materijs tãgentibus matrimonia. Quarta concluſio eſt, quòd de iure diuino conſiſtenti in veteri Teſtamento matrimonium non eſt indiuiſibile, cum ex* G
*iure hoc permittatur diuortium, prout manifeſtè patet Deutero. xxiiij.* Deut.24.a
*Quinta concluſio eſt, quòd de iure diuino conſiſtente in lege euangelica, & de iure canonico quod eius veſtigia ſequitur, matrimonium eſt indiuiſibile: vnde veritas ait: vt patet in eodem ca. ſ. Mat. xix. Quod Deus coniunxit homo non ſeparet &c. Ex omnibus his concluſionibus elicitur vna concluſio, videlicet quòd nec de iure naturæ nec Gentium: nec de ciuili nec diuino, prout eſt in veteri Teſtamento, eſt indiuiſibilitas matrimonij: ſed de lege euangelica, quam lex canonica ſequitur. Ad diffinitionem matrimonij quam inducit Poſtil. pro fundanda ſua opinione, dicendum quòd illa diffinitio datur ſecundum legem euangelicam ſeu canonicam quæ eam ſequitur. Poſſet etiam dici, quòd cum in illa diffinitione ponitur, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens, intelligitur durante matrimonio, non autem poſt ſeparationem legitimam, quæ ſecundum iura prædicta ſeparationem permittentia fieri poſſet, vt ex prædictis patet: & ſic prædicta diffinitio competit matrimonio etiam ſecundum iura ciuilia & huiuſmodi. Ratio autem huius differentiæ inter vetus Teſtamentum & nouum circa indiuiſibilitatem matrimonij poteſt eſſe duplex. Vna generalis ſumpta ex imperfectione ve. le. quæ nihil ad perfectum adduxit, vt ad Heb. vij. vnde matrimonium ve. le. tanquam* Hebr.7.c
*imperfectum erat diſſolubile: nouæ vero legis quia perfectum, indiſſolubile. Alia verò ratio magis ſpecialis, prout in prima ſecundæ. q. cij. ar. v. in reſponſione. iij. argumenti. Matrimonium fuit in ve. le. prout erat officium naturæ, non autem prout eſt ſacramentum coniunctionis Chriſti & eccleſiæ, quæ nondum erat facta. vnde in ve. le. dabatur libellus repudij, quod eſt contra ſacramenti rationem. non autem in no. le. Quam quidem rationem idem ſanctus doctor amplius videtur declarare ſuper. iiij. diſt. xxxiij. in prin. q. vbi dicit quòd tria bona matrimonij. ſ. proles fides & ſacramentum competunt homini ſecundum triplicem rationem. Nam bonum prolis competit homini ſecundum naturam ſui generis: vnde procreatio & educatio prolis communis eſt animalibus, vt in. viij. Ethi. Bonum autem fidei quod requiritur ad congruam communicationem operum quæ ſunt neceſſaria in vita humana competit homini ſecũdum naturam ſuæ ſpeciæ. ſ. inquantum homo. Bonum autem ſacramenti competit homini inquantum eſt catholicus: & hoc quantum apud fideles, quia ſignificat coniunctionem Chriſti & eccleſiæ. Ex quibus concludit, quòd pluralitas vxorum nec tollit nec impedit primum finem: cũ vnus vir ſufficiat pluribus vxoribus fœcundandis, etiam educandis filijs ex eis natis: ſed ſecundum finem qui eſt fides, & ſi non totaliter tollit multum tamen impedit, eo quòd non facile poteſt eſſe pax in familia, vbi vni viro plures vxores iunguntur, vt ibidem declarat. Tertium autem finem ſ. ſacramentum pluralitas vxorum totaliter tollit, eo quòd ſicut Chriſtus eſt vnus, ita vna eccleſia. Ex quibus patet ſatis, quod diſſo-* H
*lubilitas matrimonij non eſt contra legem naturæ, niſi inquantum matrimonium eſt ſacramentum: quod ſolum eſt apud fideles catholicos. De hac materia plenius habetur ſupra Deutero. xxiiij. in additione. ij. vide ibi.*

In eo. cap. vbi dicitur in poſtilla. Et ſic patet quòd litera huius verſus prædicti defectiua &c.

## *ADDITIO II.*

*Litera huius verſus præſuppoſito vero intellectu eorum quæ traduntur circa libellum repudij ſupra Deutero. xxiiij. in additionibus ibi poſitis, non eſt defectiua, ſed plane ſonat veritatem. Ad quod ſciendum eſt prout ibidem fuit dictum, quod nullo modo licebat in ve. Te. repudiare vxorem, niſi propter turpitudinem fornicationis, prout veritas literæ ibidem teſtatur: tamen ſecundum phariſaicam doctrinam, qui ſæpe mandata Dei irritabat propter ſuas falſas traditiones vt ſupra cap. xv. ex multis alijs cauſis licere repudium aſſerebant, etiam pro ſolo libito voluntatis viri. Cuius doctrinæ falſitatem Chriſtus oſtendit in hoc loco di. Dico autem vobis ꝙ quicumq; dimiſerit vxorem ſuam niſi ob fornicationem & aliam duxerit, mœchatur. Ex quo manifeſtè habetur à contrario ſenſu, ꝙ qui dimiſerit vxorem ſuam ob fornicationem etiamſi aliam duxerit, non mœchatur: quod eſt uerum, eo ꝙ libellus repudij ex cauſa legitima in lege determinata. ſ. fornicatione, licitus erat. vt patet ſupra in additionibus ſupradictis. Quod autem ſubditur: Et qui dimiſſam duxerit, mœchatur, intelligitur planè de illa de qua immediate ante loquitur. ſ. de dimiſſa non ob fornicationem: talis enim dimiſſio nulla eſt, quia contra formam in lege datam, & ſic manet vinculum vxoris ſic dimiſſæ cum viro priori & per conſequens ſecundus eam ducens mœchatur. vnde præſuppoſita veritate non oportet ſupplere nec interponere aliqua niſi ſolum illa quæ ex litera plano ſenſu accepta intelligenda ſunt. Illud etiam quod Poſtil. dicit ꝙ eadem ratione vxor dimiſſa ab altero viro non poteſt duci, ſicut nec vir eam dimittens poteſt ducere alteram: quia æqualiter manet vinculum matrimonij ex vtraq; parte vt dicit, manifeſtum eſt veritatem non obtinere ſecundum legem veterem ſecundum quam pluralitas vxorum fuit licita ſeu permiſſa: nunquam autem pluralitas virorum.*

## REPLICA.

In cap. xix. vbi Poſtillator dicit de indiuiſibilitate matrimonij Burgen. hoc ſicut Deuteronom. xxiiij. grandem facit contra Poſtillatorem commotionem, ad quam ſedandam clariori modo redigam factum Bur. hic & Deuter. xxiiij. inter cætera dicta. Primum dictum eius, quod in ve. le. non fuit licitum dimittere vxorem, niſi propter



A niſi propter fornicationem. Hoc dictum habetur in ſua digreſſione. Deuter. xxiiij Secundum dictum eſt: Indiſſolubilitas matrimonij ſolum pertinet ad legem euangelij. Tertium dictum, dare libellum repudij in ve. le. non ſolum fuit licitum ſed etiam fuit diuinũ præceptum. Quartum dictum eius, ꝙ ius naturæ, in quo diſponitur de indiuiſibilitate matrimonij, ſolũ intelligitur de iure expreſſo in euangelio et iure canonico ipſum ſequente. Quintum dictum eius eſt tale, aliquod eſt ius naturale quod eſt commune omni animali, & hoc dicitur propriè ius naturale. Sic quoq; dicit poſtillatorẽ accepiſſe ius naturale quando dicit indiuiſibilitatem coniugum eſſe de iure naturæ: quod tamen non videtur verum, vt dicit Burg. Ex quibus dictis elicit certas concluſiones, quæ, quia prolixæ ſunt, habeantur pro inſertis quia etiam tangentur in pertractatione iſtius digreſſionis. Quantum ad iſtam materiam primò videndum de veritate & connexione dictorum Bur. Secundò, reſpondebitur ad rationes eiuſdem factas contra poſtillatorem. Quo ad primum dictum Burg. videtur falſum, quia dare libellum repudij fuit permiſſum in ve. le. non ſolum propter fornicationem ſed etiam propter quamcunq; fœditatem. patet hoc Deut. xxiiij. vbi dicitur: Si acceperit homo vxorem & non inuenerit gratiam ante oculos eius per aliquam fœditatem, ſcribet libellum repudij &c. Probatur etiam per canonem priuilegia. di. iiij. vbi dicitur ꝙ quędam permittuntur vt licita vt petere prçmium: quędam autem permittuntur vt illicita, ſicut dare libellum repudij ne fiant grauiora. Videamus inſuper quomodo illud primum dictum cum tertiò concordet, Nam primum dictum vult traditionem libelli fore illicitam præterquã in caſu fornicationis. In tertio autem dicto dicit ipſam non ſolum ſimpliciter licitam, ſed expreſſè à Deo mandatam: quod tamen nullibi legitur, immo rotunda litera hic contradicit: quia dicitur hic propter duriciam cordis veſtri permiſit vobis Moyſes &c. Et idem tanquam minus malum permittitur ex canone priuilegia, ſupra allegato. Nullum autem malum in lege generaliter præcipitur: Et dico
Gen.22.a Oſee 1.a generaliter propter præceptum factum Abrahæ de occiſione filij, quod non erat regulare, nec generale ſed ad tentandum ſingulare. Similiter & præceptũ datum Oſee prout patet in locis ſuis. Similiter & ſecundum dictum Burg. falſum eſt & contra literã euangelij præſentem, in qua Chriſtus indiſſolubilitatem matrimonij ſub euangelio probat per indiſſolubilitatem eiuſdem ſub lege naturæ, quæ fuit per Adam inſpirante Deo promulgata. Dicit. n. tentantibus Phariſæis: Quia qui fecit hominem ab initio, maſculum & fœminam fecit eos: & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna itaq;
B iam non ſunt duo ſed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet. Quid planius, niſi ꝙ matrimonij inſeparabilitas ſub lege euangelica & canonica ortum habet ex inſeparabilitate ſub lege naturæ per Chriſtum hic allegata. Vnde patet etiam quartum dictum Burg. eſſe falſum: quia in ea re (de qua ſermo) lex euangelica & canonica ſe fundant ſuper legem naturæ & matrimonij inſtitutionem primariam. Sic & tertium dictum falſum eſt & repugnãs primo, vt ſupra oſtenſum eſt. Quintum autem dictum de iure naturæ primæuo communi omni animali eſt confictum, quia nullum tale ius reperitur in ſcripturis ſacris neq; canonibus. Nam ius ſumptum in ſua maxima generalitate ſolum ad vocalia extendi probat Gratianus autoritate B. Iſi. ij. etym. dicentis: Ius generale nomẽ eſt. lex aũt iuris eſt ſpẽs. Ius ãt dictũ, quia iuſtũ eſt. Omne aũt ius legib. & moribus conſtat. Nunc autẽ iuſtum & iuſticia ad ſola rationabilia pertinent. Hoc autem ius generaliſſimè acceptum vbi ſupra, diſtinguitur in ius naturale, gentium & ciuile. Ius naturale dicitur communi omni nationi: ſola autẽ rationabilia per nationes diſtinguuntur: & ideo commune, quia vbiq; ex inſtinctu naturæ eſt, non conſtitutione aliqua, vt maris & fœminę, coniunctio, liberorum ſucceſſio, puerorum educatio, communis omnium poſſeſſio, et omnium vna libertas: acquiſitio eorum, quæ cœlo, terra mariq; capiuntur, depoſiti vel commodati reſtitutio, violentiæ per vim repulſio, & hoc & ſi quid ſimile huic eſt, nunquam iniuſtum ſed naturale æquumq; habetur. Hæc inquam omnia iuris naturalis portiones, ſolis rationabilibus cõueniunt. Coniunctio autem maris & fœminę in irrationabilius non eſt ſecundum ius naturale, ſed ſecundum inſtinctum naturæ. Aliud eſt. n. dicere de iure naturali & de inſtinctu naturali, quia ſe habent ſicut inferius & ſuperius: Nam omne ius naturale eſt inſtinctus naturalis, ſed non econuerſo: quia alias extenderetur ius naturale non ſolum ad irrationabilia ſed ẽt ad inſenſibilia, quia inſtinctus naturalis ab appetitu naturali non videtur diſtingui. Ius igitur naturale ſic diſtinctum ab alijs primatum obtinet & tempore & dignitate. Cępit. n. ab exordio naturæ rationabilis, nec tempore variatur, ſed immutabile permanet, vt dicitur. v. di. ca. j. Fingit igitur Burg. tale ius naturale primæuum, immo impropriiſſimè diceretur ius iuxta prædicta: idcirco falſum imponit poſtillatori ꝙ ita acceperit ius in propoſito. Et quia fundamẽtum Burg. falſum eſt, nimirum falſæ ſunt cõcluſiones ſuæ in eo fundatæ. Prima namq; concluſio fundatur ſuper ſuo ficto iure naturali, & ſecunda concluſio. ſ. ꝙ matrimonium eſt de iure gentium, ſed non indiuiſibilitas. Nam ex litera euangelij matrimonium eſt à prima inſtitutione naturæ rationalis, quæ ius gentium longe præcelſit. Sed nec tertia concluſio eſt vera, quo ad hoc ꝙ ex iure ciuili nõ C
eſt matrimonium indiuiſibile. Nec quarta concluſio: quæ duæ innituntur eidem medio, videlicet quia in iure ciuili tractatur de diuortijs & repudijs, & in vete. Teſta. ſimiliter: quæ media non probant bene illas concluſiones: nam & ſi diuortium in lege permiſſum eſt propter maius malum vitandum, ex hoc arguere igitur matrimonium eſt diuiſibile, conſequentia non valet: nec formaliter nec legaliter. Non formaliter, quia arguitur à ſecundum quid ad ſimpliciter: Sicut ſi argueretur: Antichriſtus eſt permiſſiuè ens, igitur eſt ens, ſicut in propoſito. Nec legaliter valet conſequentia. Nõ. n. ſequitur: Lex apud legiſlatorem non eſt neceſſaria: igitur nõ eſt neceſſaria. Sicut lex quæcunq; non ligat Deum quin poſſit vel mutare vel diſpenſare, ſtat tamen legem eſſe ſolidam in ſe. Sicut neceſſario ignis calidus eſt & calefactiuus materia debita approximata: non tñ ſequitur: in fornace triũ puerorũ nõ fuit calefactiuus, igitur nõ fuit calefactiuus. Ita eſt de matrimonio, quod ex cauſis in litera expreſſis, Deut. xxiiij. fuerat ſeparabile. non tamen ſequitur, igitur non eſt indiuiſibile. Iura autem quæ dicunt de diuortijs & repudijs, &c. non probant matrimonij diuiſibilitatem, quia pertinent ad illegitimè contractum matrimonium, quod non meretur dici matrimonium: quod de ſua formali ratione eſt coniunctio legitimarum perſonarũ. & ſi qua iura aliter de repudijs & diuortijs ſentirẽt, eſſent abolenda tanquã naturali non cõſona. quod hic in litera per Chriſtum allegatur. Quinta autem concluſio quamuis in ſe vera, tamen non ad intentionem Burg. ꝙ videlicet originaliter & primo matrimonium ex euangelio habeat ſuam indiuiſibilitatem: nam ſicut ſupra dictum eſt euangelium & canones quo ad id ſe referunt ad legem naturalem per Chriſtum hic allegatam. Et his patet falſitas concluſionis per Burg. collectæ ex illis quinq; ineptis concluſionibus, vt patet. Nec valet reſponſio Bur. ad argumentum poſtil. cũ dicit diffinitionem allegatam in poſtill. tamen intelligi debere de coniunctis in lege euangelica tantum. Huius reſponſionis falſitas oſtenſa eſt ſupra: immò debet intelligi in omni lege iuſta & conſona legi naturali & primeuæ à Deo inſtitutæ in exordio rationalis creaturæ. Diuortium autem & repudium intelligenda ſunt permiſſiuè, ex quibus non ſequitur diuiſibilitas niſi per accidens, vt prædictum eſt & ſm quid. Et ad hoc tendere videtur ſecunda reſponſio, quam dat Bur. ad idem argumentum: quia dicit ꝙ illa diffinitio tenet durante matrimonio: ſed diuortio facto ſecundum permiſſionem iurium non tenet: vnde patet ꝙ inſtantia Burg. ad diffinitionem matrimonij eſt ſecundum quid. Nec valet differentia legis no. & vete. quam aſſignat Bur. quo ad hoc, quia quamuis vetus D
lex fuit imperfecta, tamen in ea fuerat verum matrimonium de ſui natura & inſtitutione inſolubili quamuis propter maliciam eorum qui erant ſub lege, non autem propter ipſius legis imperfectionem diuortium permittebatur ſecundum modum prius dictum. Nec ex hoc debet dici matrimonium ſolubile, niſi ſecundum quid. ſ. ſolutione permiſſa. Nec valet quod Burg. de ſancto Tho. adducit ꝙ videlicet in ve. lege. ideo repudium erat licitum, quia matrimoniũ protunc fuit in officium: non autem erat ſacramentum ſignificatiuum coniunctionis Chriſti & eccleſiæ quæ nondum erant. falſum eſt. n. in veteri lege eccleſiã (quæ incipit ab Abel iuſto ſecundũ beatum Greg.) Deo non fuiſſe coniunctam: quia vetus Teſtamen. Homil. in euangel. 19. in prin. to. 2
frequenter oſtendit ſynagogam Deo deſponſatam, quæ deſponſatio eſt in vna ſponſa vſq; ad nouiſſimum iuſtum. Cui eccleſiæ totali Chriſtus vt ſponſus ſecundum deitatem ab initio cõiunctus eſt cuiuſq; coniunctio indiſſolubilis eſt vſq; ad conſummationem ſeculi Matth. vlti. Et ita oportet ſanctum Tho. & Bur. ſentire, niſi velint erroneè dicere cum Helyndio Chriſtum ante Mariam nõ fuiſſe. Matt. vlt. d
Chriſtus. n. & ſi ex tempore eſt factus homo, æternaliter tamen fuit Chriſtus: quia à patre vnctus, non vnctione vt dicit prouectionẽ, ſed vt ſignificat vngendi per generationẽ communicationem. Eſt. n. Deus vngens ſicut eſt lumen, & ſicut filius eſt lumen de lumine, ita eſt vngens ab vngente: ſententia eſt Hila. xj de trinitate prope medium. Item ſecundum ſanctum doctorem & magiſtrum in. iiij. matrimonium fuit ſacramentum ante peccatum: igitur alicuius ſacræ rei ſignum, & non niſi cõiunctionis Dei ad aĩam iuſtã, quæ eſt eccleſia uel in eccleſia fuit ab eo exordio rõnalis creaturæ ſponſus & ſponſa myſtica, & eorũ coniunctio. quando igitur inſtitutum fuit matrimonium, non deficit eius ſacrum ſignum prout ſanctus Tho. dixit & Burg. Sic igitur patet dicta Burg. non habere cõnexionem nec veritatẽ. Quãtũ ad ſm articulũ reſtat reſpõdere argumẽtis Bur. factis cõtra poſtillatorẽ. ſed pnotãdũ ꝙ factũ Burg. fundatur ſup falſa imaginatione: Imaginatur. n. ꝙ qa Deus pcepit dari libellũ repudij, ꝙ ergo pcepiſſet diuortiũ. Sed hoc falſum eſt: nã libellũ pcepit dare, nõ ſimpliciter ſed ex ſuppoſitione, vt ſuppoſito ꝙ qs habeat odiũ cõtra vxorẽ, & uoluerit eam repudiare, det illi libellũ. Nõ igitur in hoc cõditionato pcepto datur modus dimittẽdi vxorem ſed datur modus tẽperãdi furorẽ: & ita Xp̃s in hoc reſpõdet Phariſæis proponẽtibus fallaciã ſcdm plures interrogationes, vt vnam dicẽtibus. Quid ergo mãdauit Moyſes dare libellum & dimittere? Sed Dñs Ieſus hãc multiplicẽ quęſtionẽ diſtinxit tacitè cõcedẽs: ꝙ Moyſes bene mandauit dare libellum, ſed negauit ꝙ Moyſes mandauit dimittere vxorem: vnde dixit ad illam partem quęſtionis Moyſes, ad cor-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E ad cordis veſtri duritiam pmiſit dimittere vxorē: ab initio autē ſic nō fuit. Gl. interli. ſimiliter & in arg. & eſt B. Hier. Moyſes permiſit non Deus, quia contra legem naturalem Hæc in glo. ſparſim, & magiſtro lib. iiij. circa hanc materiam. Sic interpretatur reſponſio Xpi: Et hoc eſt ꝙ B. Aug. de ſermone Domini in monte vult. Nō inquit qui præcepit dare libellum præcepit vt vxor dimittatur, ſed qui dimiſerit, inquit, det libellum, vt iracundiam temerariam proijciendi vxorem libelli coactio temperaret. Per hoc ad argumenta. Et primò ad glo. Iohannis Teutonici & Accurſij dico, ꝙ vbi glo. directè vadit contra textum ſequēda eſt litera, & glo. ſpernēda, niſi haberet euidentē probationē qualiter non eſt hic. Qđ aūt glo. corrūpat literā patet: quia vt dicit Bur. lr̃a habet ꝙ de iure naturali eſt cōiūctio maris & feminę, quā matrimoniū appellamus. Glo. coniūctio corporum, non animorum: vt allegat Burg. Talis autem gloſ. deſtruit textum, quia coniunctio corporum ſine coniunctione animorum non eſt matrimonium, quia ſtat uerum matrimonium ſine coniunctione corporū: Stat ēt cōiunctionē corporū eſſe ſine mr̃imonio, quia in ſtupro, adulterio &c. Malè igitur gloſſatur cōiunctio matrimonialis, dicēdo eā coniunctionē corporum tm̃. Alij volētes ſaluare gloſſas dicūt, ꝙ loquunt̃ non de iure ſed inſtinctu naturali: ſed nec ſic ē cōiūctio illa ſacrum & matrimoniū ſicut textus accipit: q̃a talis cōiunctio ſe extēdit ad irrōnabilia & adulteria &c. pc̄tā, de quibus vadit argm̄ Bur. qđ valde pōderat, q̃uis modicū valeat. In declaratione āt huius inualidi argumēti Bur. ponit tria inopinabilia: primū, ꝙ inſtinctus naturalis eſt à iure naturæ. ſcḋm qđ rō naturalis ē à iure gētiū. tertiū, ꝙ matrimoniū eſt qualitas iuſtificatiua coitus, & hoc à iure gētium pp cōſenſum. Primum āt vr̃ irrationabile. Nā ius naturale ſequit̃ inſtinctum naturæ, nō cuiuſcunq;, ſed rōnabilis naturæ, non igitur inſtinctus ille eſt à iure naturali. Sſcḋm falſum videtur, quia ius gentium eſt à naturali rōne, & eius recto dictamine: Nō igitur naturalis rō eſt à iure gentium: quia dictamen rectæ rōnis præceſſit & gentes & ius gentium. Sic & tertium dictum nō videtur verum. Quamuis. n. coitus ſit ex inſtinctu naturæ, tñ nō ex lege naturę gn̄aliter, quia ſic oīs eſſet iuſtus & ordinatus, & tunc nō eſſent adulteria &c. mala. Qui igitur generationem præcepit q̃ ſine coitu p naturā fieri non pōt, hic rōnalē dedit ordinē p inſtōnē matrimonij, quā inſtōnē hic Xp̄s allegauit. Si igit̃ coitus cadit ſub Dei præcepto præcipientis gn̄ationem, nō fuit de ſe malus, ſic nec hodie eſt malus. Iuſtificatio igitur matrimonij non reſpicit directè coitum, ſed eius vſum: vſus autem irrationabilium non poteſt eſſe deordinatus, quia illa agunt ſcḋm impetum naturæ. Natura autem non ponit laudem nec vituperium. Rationabilia autem agunt

F ſecundum prohæreſim & electionem quæ poſſunt deordinari. Illi autem conuenienter datur ordo per matrimonium, non ad iuſtificandum coitum qui ex inſtinctu naturæ bonus eſt, & per Deum mandatus: ſed ad prohibendum abuſum qui factus fuiſſet et fieret, niſi lex matrimonialis interueniret. Ad primum argumentum qđ Burg. facit circa Deuter. xxiiij. dico ꝙ lex naturæ ſatis exprimit matrimonij indiſſolubilitatem prout hic à Chriſto allegatur: non igitur oportuit in lege moſaica de huiuſmodi ſingulare mandatum dare. Ad ſecundum dico, ꝙ Deus præcipiendo dationem libelli, non dat modum repudiandi, ſed dat modum temperandi pertinax odium: per conſequens dat magis modum impediendi dimiſſionem. Ad tertium dico, ꝙ quantuncunq; fiat repudium ſemper manet vinculum: ſed ꝙ in veteri lege poſt repudium permittebatur vterque nubere alteri, hoc fuit ad vitandum maius malum. Repudium. n. permittebatur ad vitandum vxoricidium. Alteri nubere pmittebatur ne remaneret odium & vitaretur incontinentia. De iuſticia. n. legis naturæ & euangelij quamuis videatur vinculum rumpi, non tamen rumpitur etiam facto diuortio in caſu fornicationis: nam permiſſio de nubendo per euangelium correcta eſt: permiſſio autem de diuortio manet in caſu fornicationis: ſed illa non tollit vinculum, quia ſeparatione legitima facta neuter nubere poteſt ſine mœchia, vt dicitur in litera hic: & ita fuit in veteri lege de iuſticia, ſecus fuit de permiſſione ex cauſis ſæpe dictis. Ad quartum aſſumptum negatur, videlicet, ꝙ repudium ſit de expreſſo mandato Dei. Probatio autem non valet, quia non ſequitur: Deus præcepit dare libellum, ergo præcepit repudium: ſicut patet ex dictis. Et cum poſtillator reſpondet rationibus alterius opinionis, Bur. replicat, ſed nihil concludit. Cum. n. arguitur, ꝙ ſicut pluralitas uxorum non fuit in veteri lege illicita, ſic neq; repudium. Reſpondet poſtillator ꝙ non eſt ſimile, quia pluralitas vxorum non fuit prohibita, nec vnitas vxorum eſt de lege naturæ ſicut inſeparabilitas: & ideo propter maius bonum pluralitas fuit licita & ſancta patribus ſanctis: Secus eſt de repudio, quod conceſſum eſt propter maius malum vitandum: hoc tamen minus malum, non facit fore licitum. Ibi replicat Bur. per illud Apoſtoli: Non ſunt facienda mala, vt eueniant bona: quaſi habere plures vxores propter maius bonum, deberet eſſe malum, qđ falſum eſt. Sed adhuc replicans Burg. arguit ſic. Pluralitas virorum eſt mala, quia contra legem naturæ, igitur pluralitas vxorum, conſequētiam iſtam negat Scotus circa. iiij. diſt. xxxij. in q. de bigamia. Sed quod incidentaliter dicit Burg. ꝙ in repudio non permittitur aliquod malum, hoc redarguit hic plana litera, vide eam bene. Sed & Burg. hic calumniatur exemplum poſtil. quod ponit de animalibus brutis, quorum coniunctio in parte & ſi non in toto manuducit ad videndum inſeparabilitatem matrimonij. Quod exemplum & ſi non ſit in toto ſimile, non igitur calūniari debet, quia exempla & ſimilitudines non ſemper currūt quatuor pedibus, prout patet ſupra Oſee. j. & infra. Matthæ. xx. in additione Burg. & patet totum. In eo. ca. vbi dicitur, Quicunq; dimiſerit vxorem &c. poſtillator dicit verſum illum ſupplendum, quia oratio defectiua eſt. Bur. dicit eum plane eſſe intelligendum. Suppoſito ꝙ verum ſit totum, quod ipſe per ſuas digreſſiones hic & Deut. xxiiij. diſſeruit, ſed ſuppoſitum non concedit igitur nec reliquum. Sed ꝙ obijcit contra poſtillatorem de pari iure uiri & uxoris quo ad poſſe nubere alteri, allegās cauſam diuerſitatis, quia pluralitas uxorum fuit in ueteri Teſtamento licita, non autem uirorū, non ualet pp ſuperius dicta & uide ibi Scotū in loco ſupra alleg.

Marginal notes: Lib. 1. circ. med. ſo. 4. — Burgēſis ponit hic tria inopinabilia — G — †Mar. 10. Luc. 18. — Roma. 3. b — H

## GLOS. ORD. CAP. XX.

Simile eſt re. Oſtēdit per parabolam: quia primi erūt nouiſſimi. & nouiſſimi primi. Pater iſte familias conditor noſter eſt, qui habet vineam, vniuerſalē eccleſiā, quæ ab Abel vſq; ad vltimum electum q in fine naſciturus eſt quotquot ſāctos protulit, tot palmites miſit. Hic pater exiit ad excolēdam vineam mane hora tertia: ſexta: nona: vndecima operarios conduxit a mundi huius initio uſque ad finem: ad erudiēdam fidelium plebem prędicatores mittere non deſiſtit. *Simile eſt re.* Non homini ſolum, ſed toti negocio ab homine geſto, & in ſimilibus ſimiliter.

*b Primo ma.* Manifeſte cępit a primo iuſto æterna mercede prędicatores ad plantandum eccleſiam inuitare.

Marginal notes: *enim. — † ipſo ſtatim diluculo.

## CAP. XX.

¶Exponit per ſimile. ¶Præſens eccleſia. ¶Vita iuſtorum. ¶Paterfamilias conditori, qui poſſidet electos in mundo, vt Dominus ſubditos in domo.

a Simile † eſt regnum a cęlorū homini pa- b trifamilias, qui ex- c b ijt † primo mane conducere opera- a rios in vineam ſuam. Conuentio- a b ne autem facta cum operarijs ex de-

¶Prima hora ab Adam vſque ad Noe.

nario † diurno, miſit eos in vineam

¶A Noe vſque ad Abraham.

ſuam. Et egreſſus circa horam ter- b

a ¶Quaſi venales, ſi quis digne emere vellet bono tamen opere ceſſantes.

tiam, vidit alios ſtantes in forò ocioſos, & dixit illis: Ite & vos in vineam meam, & quod † iuſtum fuerit dabo uobis. Illi autem abierunt. Iterū c

a ¶Ab Abraham vſque ad Moyſen. b ¶A Moyſe vſque ad aduentum Domini.

autem exijt circa ſextā & nōnam

a ¶Ab aduentu Domini vſque ad finem mundi.

horam, & fecit ſimiliter. Circa unde d

a ¶Per ſeipſum apparuit, qui prius per patres innotuit. b ¶Gentilem populum a bono opere torpentem.

cimam verò * exijt, & inuenit alios ſtantes *, & dixit illis: Quid hic ſta- e

a ¶Omni tempore pro ſalute laborare negligitis.

tis tota die ocioſi? Dicunt ei: Quia f

a ¶Viam vitæ nemo nobis prædicauit.

nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite g

¶Cum finis mundi vel cuiuslibet veniſſet.

& vos in uineam meam. * Cùm ſero h autem factum eſſet, dicit Dominus i

¶Pater. a ¶Filio cui omnia dedit in manus. b ¶Statue ante tribunal tuum.

uineæ procuratori ſuo: Voca ope- k l

a ¶Vnicuique ſecundum opera ſua prout geſſit.

rarios, & redde illis mercedem: inci- m piens à nouiſſimis vſque ad pri-

a ¶Gentiles, vel qui decrepiti ſunt vocati.

mos. Cùm ueniſſent ergo qui circa n vndecimam horam venerant, acce- o

a ¶Eandem æternitatem cum his qui ab initio mundi vocati ſunt.

perunt † ſingulos denarios. Venien- p

¶i. Iudæi.

tes autem & primi, arbitrati ſunt, q

a ¶Digniorem locum in regno, qui prius in tabernaculo.

quòd plus eſſent accepturi: accepe- r

a ¶Conformitatem claritatis corporis Chriſti.

runt autē & ipſi † ſingulos denarios. Et accipientes murmurabant aduer ſ ſus patrēfamilias, dicētes: Hi nouiſſimi vna hora fecerunt, & pares illos

a ¶i. qui diu ſub onere legis ſudauimus, & longiora carnis tentamenta ſuſtinuimus.

nobis feciſti, qui portauimus pōdus

Marginal notes: † In diem. — *horam. — *ocioſos. — † ſinguli denarium. — † ſinguli denarium — † quodcunque. — * & quodcunq; fuerit iuſtum accipietis.

## NIC DE LYRA. CAP. XX.

Simile eſt regnum cœlorum. *Hic conſequenter Saluator docet virtutes prælatorum. In prælatis autem præ cęteris virtutibus debent eſſe quatuor. ſ. feruor ad continuè laborandum in agro dominico. vigor ad ſe martyrio exponendum pro grege ſibi commiſſo. humilitatis tenor etiam in ſtatu alto. pietatis dulcor continuè ſubditis bene faciendo. primum tangitur in prima parte ca. ſecundum ibi: Et aſcendens Ieſus. tertium: Tunc acceſſit ad eum. quartum: Et egredientibus illis. primum oſtenditur in parabola illorum qui vocati ſunt ad operandum in uinea à mane uſq; ad ueſperam. Ex quo patet ꝙ prælati debent continuè laborare per doctrinam in eccleſia. debent etiam operari ibidem ſine inuidia & mutua æmulatione: quod patet per hoc, quia laborantes murmurantes hic reprehenduntur. propter quod Num. xi. dicitur ꝙ cum Ioſue diceret Moyſi, ut prohiberet Heldad & Medad prophetantes in caſtris, Moyſes redarguit ipſum dicens: Quid ęmularis pro me? Quis tribuat ut omnis populus prophetet, & det Dominus eis ſpiritum ſuum? Igitur circa hoc duo tanguntur. Primum eſt uocatio ad laboris exercitium. Secundum ad recipiendum prœmium ibi, Cum ſero factum eſſet, Circa primum ergo dicitur,* Simile eſt regnum cœlorum. *i. ſtatus eccleſiæ militantis.*

b Homini patri. *Iſte eſt Deus pater, qui ita gubernat totum mundum ſicut paterfamilias ſubditos in domo.*

c Qui exijt primo mane conducere operarios in vineam &c. *Iſte exitus non eſt per loci mutationem, ſed per ſuæ bonitatis diffuſionem in creatura ſubiecta. Vinea iſta eſt uniuerſalis eccleſia. quæ à primò iuſto colligitur vſque ad ultimum, qui in fine* ¶ *mundi na-*

Marginal note: In prælatis debent eſſe quatuor

## MORALITER.

* a *Simile eſt regnum cęlorum homini &c.* Parabolam iſtam de laborantibus in vinea patrisfamilias, alias expoſui literaliter & moraliter, prout competit communitati fidelium. Nunc autem eam exponam prout conſpicit communitatem religioſorum: quia religio vinea ſpiritualis eſt domini, ad quam veniunt aliqui in pueritia quaſi in mane, aliqui in iuuentute quaſi hora tertia, & aliqui in ætate virili tanquam hora ſexta, & aliqui in ſenectute tanquam hora nona, & aliqui ſenio tanquam hora vndecima. Dominus autem vineæ Chriſtus eſt, procurator autem eius præſidens illi religioni: qui aliquando tantum vel plus honoris vel recreationis facit vltimo venientibus propter compaſſionem vel perſonarum reuerentiam ſeu aliam rationabilem cauſam, quātum primò venientibus. Et aliquando cōtingit, ꝙ primò veniētes accipiūt inde occaſionem * murmurandi,

*Conuentione*



A a *Conuentione autem facta.* i. confirmata promiſſione ꝙ ad imaginem Dei reformandi eſſent, ſi eccleſiam ædificando mandatis decalogi inſiſterent.

b *Ex denario diurno, mi. eos. Hier.* Denarius habet imaginem regis, qui olim pro decem numis computabatur. Quantò plus aliquis in cultu eccleſiæ laborat decalogi mandatis inſiſtendo, tanto plus informatur in imaginem regis Dei. Prædicatores ſunt operarij, etiā vnuſquiſq; dum fide recta in bono opere pſiſtit. Mane hora tertia, ſexta & nona antiquus & Hebraicus populus, qui fide recta Deum coluit in electis, ad vndecimam gentiles vocantur. Poſſunt ēt diuerſitates horarum in vnoquoq; notari per momenta ætatum. Mane quippe intellectus noſtri puericia eſt, hora tertia adoleſcentia, quia iam ſol in altum proficit. Sexta, iuuentus cum plenitudo roboris ſolidatur. Nona, ſenectus, quando ſol. i. calor ętatis deſcēdit. Vndecima, decrepita ætas. In omnibus his aliqui ad bonam vitam perducuntur. Qui ſibi viuit vt ocioſus: redarguitur. Qui & vſq; ad vltimam ætatem differt, rectè ei dicitur. *Quid hic ſtatis tota die ocio.* id eſt vel in vltimis reſipiſcite.

c *A nouiſſimis.* Quia qui in aduentu domini vocati ſunt ad regnum, ſine aliqua tarditate perueniunt, æquales his qui ab initio mundi cęperunt: omnes quidem idem cęlum, ſed ſtella differt à ſtella in claritate. A nouiſſimis incępit, dum prius latronem quàm Petrū in paradiſum introduxit. Quia prius aliquando remunerantur ſero venientes, qa prius de corpore exeunt, quàm qui in pueritia vocati ſunt.

d *Et accipientes.* Quia antiqui patres in infernum deſcendentes a gloria dilati

B ſunt, quaſi ergo poſt murmurationem denarium accipiunt, qui poſt longa inferni tempora ad gaudia peruenerūt. *Et accipientes.* Hi ſunt qui in initio naſcentis eccleſię vocatis ex gentibus ſe præponebāt, quaſi populus Dei ab initio mundi: & illi canes, qui pondus obſeruationum portabant. Sed qui non venit ſuperbos vocare iuſtos, ſed humiles pęnitentes, cui magis placet humilis confeſſio malorum quàm ſuperba gloriatio bonorum, ſubdit: Amice non facio tibi iniuriam. Non dolent quaſi fraudati ſua mercede, ſed (ritu inuidorum) ꝙ illi plus quàm merentur, accipiunt, & non tam ipſi plus accipere quā alios nihil vel minus accipere deſiderant, quaſi alterius conſortio ſibi præmium minuatur.

e *Murmurabant &c.* Quæritur, quomodo accipientes murmuraſſe dicantur, cum in illa beatitudine omnis inuidia & murmuratio protſus remo-

Marginal notes: Hom. in Mat. li. 2. c. 15. m. 9. — Hominis ætates diuerſis horis ſignificantur — 1. Cor. 15. e Luc. 23. f

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *mundi naſciturus eſt, vt dicit Grego. Operarij autem ſunt doctores & prælati à Deo miſſi ad culturam huius vineæ per prædicationem & doctrinam. Primo ergo mane Deus pater operarios conduxit, quia à principio mundi vſq; ad Noe aliquos ſanctos patres ad eruditionem hominum miſit, videlicet Adam ſed & Enoch & alios iuſtos.*

a Conuentione autem facta. *Conuentio iſta eſt promiſſio vitæ æternæ pro labore. Quæ quidem vita æterna dicitur denarius diurnus, qui eſt æqualis omnibus, quia vita æterna erit æqualis omnibus à parte finis.*

b Et egreſſus circa ho. ter. &c. *Hora tertia intelligitur mundi diſcurſus à tempore Noe vſq; ad Abraham, in quo aliqui ſancti ad eruditionem aliorum miſſi ſunt à Deo, vt Noe, Sem, Heber, Thare & Abraham & conſimiles.*

c Iterum autem exijt cir. ſex. ho. & no. *Hora ſexta fuit ab Abraham vſq; ad Moyſen, in qua miſſi ſunt Abrahā, Iſaac & Iacob, & xij. Patriarchæ. Hora nona à Moyſe vſq; ad Chriſtum, videlicet tempore legis, in quo ad eruditionem populi miſſi ſunt Moyſes & Aaron Ioſue iudices reges prophetæ & ſacerdotes.*

d Circa vnde. verò exijt. *Vndecima hora intelligitur à tempore Chriſti vſq; ad finem mundi, in quo gentiles vocati ſunt per prædicationem apoſtolorum & aliorum eccleſiæ doctorum: & propter hoc dicitur hic:*

C e Quid hic ſta. &c. *quia qui à principio mundi vſq; tunc laborare in bonis moribus neglexerant, quaſi tota die ocioſi ſtabant.*

f Dicunt ei: quia ne. nos conduxit. *i. nullus doctor, nullus propheta ad nos inſtruendum venit: quia lex & prophetæ filijs Iſrael dati fuerant vt illi ſpeciali ſanctitate fulgerent, ex quibus Chriſtus ſecundum carnem erat naſciturus.*

g Ite & vos in uineam me. *Interponitur hæc coniunctio copulatiua, quia gentiles Iudæis adiuncti ſunt vt vna eccleſia ex ambobus fieret.*

h Cum ſe. autem fa. eſſet. *Hic deſcribitur vocatio ad recipiendum præmium. Sero autem ab aliquibus hic dicitur finis mundi, in quo vocabuntur iuſti ad receptionem præmij, vt habetur, infra xxv. Venite benedicti patris mei &c. Sed illud quod ſequitur videtur contradicere, ꝙ aliqui accipientes pręmium murmurabant aduerſus patremfamilias, quia nullus in fine mundi præmium æternum recepturus murmurabit contra Deum, ſed erit ſuo præmio contentus. Ad quod reſpondet Beatus Greg. ꝙ iſta murmuratio nō eſt aliud quàm dilatio præmij quam ſuſtinuerunt patres ſancti in limbo vſq; ad paſſionem Chriſti, ſed hæc reſponſio non videtur conueniens, quia murmuratores hic dicuntur nequam, quod non poteſt dici de ſanctis patribus in limbo exiſtentibus: & in fine parabolæ concluditur: Multi ſunt vocati, pauci verò electi. Ex quo patet, ꝙ iſta parabola non ſolum extendit ſe ad electos, cuiuſmodi ſunt illi qui in fine mundi recipient præmiū. Et ideo dicendum, ꝙ ſero hic accipitur pro tēpore gratię, quod incępit à Chriſto. vnde dicitur: Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt: & ideo cum dicitur:* Cum ſe. autē fa. eſſet, *ideſt cum tempus gratię aduenisſet.*

i Dicit Do. vi. *id eſt Deus pater.*

D k Procuratori ſuo. *i. homini Chriſto. qui miſſus eſt ad procurationem ſalutis humanæ.*

l Voca ope. &c. *Illa merces bene intelligitur gratia, quia eſt quædam inchoatio glorię cum gloria non ſit aliud quàm gratia conſummata.*

m Incipiens. *quia in primitiua eccleſia gratia Chriſti data eſt gentilibus qui vltimò venerant ad fidem, Iudæis pro maiori parte in infidelitate remanentibus.*

n Cum ven. *id eſt gentiles.*

o Accepe. ſin. *i. donum gratiæ quæ eſt quædam inchoatio & arra gloriæ.*

p Venientes au. & pr. *i. Iudæi, qui à principio legis datę Deo ſeruierant.*

q Arbitrati ſunt &c. *quia in primitiua eccleſia credebant ꝙ plus deberent habere de Chriſti gratia: vnde reputabant gentiles indignos gratia Dei, ſecūdum quòd dicitur Act. x. vbi Petrus vidit lintheum ſubmiſſum de cælo, in quo erant animalia quadrupedia & ſerpentia & volatilia immunda ſecundum legem. Et dictum eſt Petro: Occide & manduca: in quo ſignabatur incorporatio gentilium intra eccleſiam per fidem & gratiam, ſicut patet ex litera conſequenti: quia à Deo miſſus eſt Petrus ad prædicandum Cornelio Centurioni & alijs gentilibus. propter quod Petro abbominationem habente de manducatione immundorum ſecundum legem, in quo ſignabatur (vt dictum eſt) vocatio gentilium ad fidem: dictum eſt ſibi à Deo: Quod Deus purificauit, tu ne commune dixeris: Et infra eo. capi. dixit Petrus Cornelio & amicis ſuis: Vos ſcitis quoniam abominatio ſit viro Iudæo coniungi aut accedere ad alienigenam: ſed mihi oſtenditur Deus neminem communem aut immundum dicere hominem.*

r Acceperunt autem & ipſi ſin. dena. *Id eſt conſimilem gratiam, ſicut & gentiles & non maiorem: vnde Act. x. dicitur, quòd prædicante Petro cecidit ſpiritusſanctus ſuper omnes qui audiebant verbum, videlicet ſuper Cornelium, et amicos eius: quia, vt ibidem dicitur, Receperunt ſpiritumſanctum in ſigno viſibili & donum linguarum, ſicut receperant apoſtoli & alij diſcipuli, qui erant Iudæi in die Pentecoſtes.*

ſ Et ac. &c. Hi no. &c. *quia ad literam in primitiua eccleſia conuerſi Iudæi murmurauerunt de hoc, quòd conſimilis gratia fiebat gentibus ſicut & ipſis. vnde dicitur, quòd cum Petrus rediſſet in Ieruſalem baptizato Cornelio & amicis eius diſceptabant aduerſus illum, qui erant ex* ¶ *circumciſione*

Marginal notes: Hom. 19. in Mat. to. 2. — vbi ſup. cir. med. — Ioan. 1. b — Act. 10. c

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E ſiis remouenda ſit? Sed hic eſt mos diuinæ ſcripturæ, vt cum de multis in collectione agat, quędam tantum quibuſdam de illa collectione, & non toti collectioni tribuat: Iuxta illud ꝓphetę: Eduxit eos cum au. & ar. Et inde: Et induxit eos in mõ. cum tamen illi qui de Aegypto exierunt, oẽs præter Caleph et Ioſue propter incredulitatem ſuam in deſerto perierunt: quorum filij in mõtem ſanctificationis inducti ſunt. Ita ergo & de primis accipientibus q̃dam & non omnes murmurãt, qui tamen poſt accipiunt. Sicut ſæpe contingit quòd multi Domino per longa tempora ſeruierunt, alij autem mox in principio ſuæ conuerſionis martyrio vel aliquo modo ad denarium recipiendum tranſlati ſunt. Quod audiẽtes qui diu laborauerũt, ſcilicet quòd alij ſtatim ad præmium transferunt, ipſi autem tanto tempore in labore detinentur, de dilatione præmij quaſi murmurare videntur. Poteſt etiam dici de malis, qui in principio quidem boni fuerunt, ſed bonum quod incęperunt, ad finem non perduxerunt. Vnde, non illi, qui denarium acceperunt, ſed iſti, qui in bonitate non perſtiterunt, premio priuati murmurant: quia denario carebant, qui in principio boni, pro quo etiam principio cum primis accipientibus connumerantur, ſe promeruiſſe crediderant.

*a Aut non licet mihi &c.* Stulta quæſtio contra bonitatem Dei. Quærendum eſſet, Non ſi daret quod non deberet: ſed ſi non quod deberet.

*b An oculus tuus &c* Verè Iudæi prauam intentionem habuerunt, qui prohibuerunt apoſtolos gentibus loqui, vt ſaluæ fierent.

*c Sic erunt nouiſſimi primi.* Au. i. Iudæi de capite vertentur in caudam. & gentes de cauda in caput. Vnde Moyſes in Deu. Aduena qui tecum moratur, aſcendet ſuper te: ille erit in caput, & tu eris in caudam. Sed tamen nec omnes primi nec omnes nouiſſimi ad numerum electorum pertinent.

*d Ecce aſcendimus &c. Hier.* Hoc ſæpe eis dixerat, ſed quia multis interpoſitis poterat labi de memoria, iturus Ieruſalem & apoſtolos ſecum ducturus, ad tentationem eos parat: ne de ignominia crucis ſcandalizentur & paſſionis pęnam & reſurrectionis gloriam prædicit, vt cum morientem viderint, reſurrecturum non dubitent.

*e Ad illu. &c.* Ideo Dominus in mundo noluit proſperari ſed grauia pati, vt oſtenderet nos qui per delectationem cecidimus, cum qua amaritudine redire debeamus.

*Tunc ac-*

Marginalia: Pſ. 104.d; Pſal. 77.f; † æſtum; † An in ijs quę mea ſunt; † Luc. 16.a; † ſeorſum in uia; F; Deute. 16.b & 28.b; Vbi ſup.; Luc. 14.d

diei & † æſtus? At ille reſpondens
(¶ Carnis. ¶ Quia par erat hominibus murmurandi ratio. ¶ Primæ horæ operario.)

uni eorum dixit: Amice, non facio
(¶ Reddo quod debeo. ¶ Non enim promiſi tibi niſi conformitatem in meam.)

tibi iniuriam. Nonne ex denario
(¶ Reddo tibi ſecundum opus tuum, in te itaque iuſtus ſum.)

conuenisti mecum? Tolle quod tu-
(¶ Gratia eſt & miſericordia vt coæqualis & concorporalis tibi fiat populus gentilis.)

um eſt & vade. Volo autem & huic
(¶ Nonne eſt poteſtas iudicis, vel iuſticiam facere, vel miſericordiam cui vult impendere.)

nouiſſimo dare ſicut & tibi. † Aut
non licet mihi quod volo facere*?
(¶ Intentio qua ad primatum niteris. ¶ Inuidia plenus, cui mea non placet benignitas.)

An oculus tuus nequam eſt, quia
(¶ Sicut oſtenſum eſt. ¶ Gentiles, vel qui maioris videntur meriti, ſunt minoris, & econuerſo.)

ego bonus ſum? † Sic erunt nouiſſi-
(¶ Iudæi. ¶ Qui confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant.)

mi primi, & primi nouiſſimi. † Mul-
(¶ Ad fidem. ¶ Ad regnum.)

ti enim ſunt vocati pauci verò ele-
(¶ Secundum ſitum loci.)

cti. Et aſcendẽs Ieſus Ieſolymam aſ-
ſumpſit duodecim diſcipulos ſu-
os † ſecreto, & ait illis: Ecce aſcendi-
mus Ieroſolymã, & filius hominis
(¶ A Iuda.)

tradetur principibus ſacerdotum,
& ſcribis, & condẽnabunt eũ morte
(¶ Iudæi. ¶ Pilato & miniſtris Romanorum. ¶ Aue rex Iudæorum.)

& tradent eũ gentibus ad illudendũ
& flagellandum & crucifigendum:

*rito, augmentum tamen gratiæ cadit ſub merito: quod quidem augmentum datum eſt Iudæis credentibus in Chriſtum.* G

f Volo autem & huic nouiſſimo dare, ſicut & tibi. *id eſt gentili vocato immediate ab idolatria, ſicut Iudæo vocato a legis obſeruantia.*

g Aut non licet mihi quod volo facere. *Quaſi diceret: Sic quia Dei voluntas nullo modo poteſt eſſe diſtorta.*

h An oculus tuus nequam eſt &c. *Quia talis inuidia & iudicium procedebat ex humano defectu.*

i Quia ego bonus ſum: *per eſſentiam: & ideo non poſſum malè agere.*

k Sic erunt nouiſſimi primi &c. *quia gentiles qui à Iudæis erant quaſi viles reputati, ſunt conuerſi deuotè ad fidem Chriſti.*

l Et primi nouiſſimi. *Quia Iudæi qui fuerãt populus peculiaris ipſius Dei, propter infidelitatem ſunt ab eo deiecti. & hoc eſt quod ſubdit:*

m Multi.n. ſunt vocati: *ad fidem Chriſti per legem & prophetas.*

n Pauci verò electi. *Quia pauci de Iudæis comparatiuè crediderunt in Chriſtum: & de credentibus multi reuerſi ſunt ab eccleſia, & adhuc reuertuntur ad vomitum. Moraliter autem poteſt exponi parabola iſta de vocatis ad gratiam ſecundum diuerſas ætates. Ita ꝙ hora prima, ſignat pueritiam, hora tertia, iuuentutem, quia ſicut tunc ſol incipit aſcendere & calorem oſtendere: ſic in iuuentute calor naturalis in homine. Hora ſexta, ętatem virilem, quia tunc homo eſt in ſtatu perfecto, ſicut ſol in cęli medio. Hora nona, ſenectutẽ, in qua calor naturalis incipit, in homine refrigeſcere. Vndecima verò, ſignat ſenium quia tunc homo eſt prope mortis occaſum. Vocantur ergo operarij omnibus iſtis horis: quia aliqui vocantur ad fidem per gratiam operantem in pueritia, alij in iuuentute, & ſic de alijs ætatibus: & omnes habent denarium diurnum, quia quantumcunque homo tarde ad gratiam vocetur, dum tamen in ea perſeueret, habet gloriam æternam. Contingit etiam quandoque, quòd ille qui vocatur in ſenectute, conſequitur tantam gratiam & gloriam à Deo, ſicut ille qui in iuuentute vocatur: tum ex diuina liberalitate, tum ex ipſius vocati feruenti voluntate & operatione.*

o Et aſcendens Ieſus Ieroſoly. *Hic ſaluator oſtendit quòd in prælatis debet eſſe vigor ad tolerandũ martyrium, ſi neceſſe ſit pro grege ſibi commiſſo: & hoc docet per exemplum ſui, qui voluntarie venit in Ieruſalem ad ſuſtinendum mortem pro ſalute mundi. vnde Beatus Gregorius exponens illud Iohanis .x.b. Ego ſum paſtor bonus & animam meam pono pro ouibus meis. dicit de ſe & alijs prælatis. In hoc oſtenſa eſt nobis via quam ſequamur. Et hoc eſt quòd dicit hic:* Et aſcendens Ieſus hieroſolymam. *Quæ reſpectu totius terræ promiſſionis eſt in alto ſita: & propter hoc venientes illuc ab alijs partibus ibant aſcendendo.*

p Aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto &c. *Et hoc duplici de cauſa: Vna eſt, quia ſecreto myſterium ſuæ paſſionis futurum volebat apoſtolis communiter præ alijs reuelare, ne videntes eum poſtea mori ignominioſe ſcandalizarentur. Secunda eſt, quia ſecreta myſteria ſunt tantum maioribus reuelanda & detegenda, cuiuſmodi erant apoſtoli. ſequitur:*

q Et filius hominis tradetur principibus ſacerdotum & ſcribis. *i. legiſperitis: quia eis per Iudam fuit traditus & venditus.*

r Et condemnabunt eum morte. *Quia ipſi iudicauerunt eum eſſe reũ mortis, licet non haberent poteſtatem interficiendi: quia iudicium ſanguinis erat eis ablatum à Romanis, qui dominabantur eis. & ideo ſequitur:*

ſ Et tradent eum gentibus. *videlicet Pilato præſidi & ſuis militibus, ad perficiendum illud, quod non poterant, videlicet Chriſti mortem. & hoc eſt quod ſubditur:*

t Ad illudendum & flagellandum & crucifigendum. *Iſta n. tria inflicta ſunt Chriſto per ordinem, vt videbitur infra.*

¶ Tertia

Marginalia: † Mar. 10.c infra 22.b; † Mar. 10.e Luc. 14.d; H; Homil. in euangel. 14. tom. 2.; Vbi ſup.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *circuncisione dicentes: Quare communicaſti cum illis, qui habent præputium, manducaſti cum illis. Et ibidem dicitur: In diebus illis creſcente numero diſcipulorum factum eſt murmur Græcorum aduerſus Hebræos, eo quòd deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorum.*

a At ille re. *Per diuinam reuelationem apoſtolis factam.*

b Vni eo. di. *Sicut autem aliquando accipitur numerus indeterminatus pro determinato, ita etiam aliquando ſumitur vnitas pro numero, ſicut ſupra dictum eſt, quòd Petrus loquebatur pro omnibus apoſtolis: ita ſimiliter quod hic dicitur vni, intelligitur eſſe dictum multitudini eorum, qui de gratia data gentibus murmurabant ſeu admirabantur: & hoc factum eſt Act. xi. vbi Petrus rationem reddidit Iudæis murmurantibus de hoc, quòd baptizauerat Cornelium, dicens quòd ex diuina reuelatione fecerat, & quia viderat ſpiritumſanctum deſcendentem ſuper Gentiles, ſicut ſuper Iudæos, vt habetur ibidem. Sequitur:*

c Amice non facio tibi iniuriam. *quia iniuria non habet locum vbi eſt mera gratia: & ideo ſi det gratiam cuicunque voluerit, non facit alicui iniuriam.*

d Nonne ex denario &c. *Quia ad hoc aliquis venit ad fidem, vt habeat gratiam in præſenti, & gloriam in futuro.*

e Tolle quod tuum eſt & vade. *id eſt gratiam quam meruiſti, credendo legi & prophetis de Chriſto: quia licet prima gratia non cadat ſub merito,*

Marginalia: Ibid. 6.a; Vbi ſup.

## MORALITER.

✠ murmurandi, licet iniuſte, propter quod merito arguuntur à Domino.

*o Et Aſcendens Ieſus Ieroſolymam &c. Hiero.* Dominus crebro de paſſione ſua diſcipulis ante prædixit, ne cum veniret perſecutio & crucis ignominia, ſcandalizarentur. (Vbi ſup.)

✠ *Et tertia*



☞ *a Tunc acceſſit ad.* Audita reſurrectione putauit eum illico (immemor ſecundi aduentus) regnaturum, & auiditate fęminea preſentia cupit, immemor futurorum. A

*b Dic ut.* Bonum deſiderium ſed inconſiderata petitio. Et iõ non voluntas non propoſitum culpatur, ſed ignorantia, & ſi impetrare non debet ſimplicitas, non meretur confundi.

*c Neſcitis.* Qui ſedem gloriæ petitis vel quæritis, quam nõdum meruiſtis, delectat culmen honoris, quos nondum exercuit uia laboris.

*d Poteſtis.* Et hoc ſciebat ꝙ eius paſſionem poterant imitari. Sed hoc dicit, vt eo interrogante, & illis reſpondentibus, omnes audiamus: q̃a nemo poteſt cum Chriſto regnare, niſi paſſionem eius ſit imitatus.

*e Cali. qui.* Vt Iacobus ab Herode trũcatus et Iohannes in feruentis olei dolium miſſus, & in Pathmos relegatus, animo non defuit martyrium.

*f Non eſt meum.* Hoc eſt regnum cælorũ non eſt dantis ſed accipientis. Non .n. perſonarũ acceptio eſt apud Deũ: Sed q̃cunq̃ dignus eſt accipit, qđ nõ paratũ perſonæ eſt, ſed vitæ. Si itaque tales eſtis qui conſequamini, quod victorib. pater parauit accipietis Vel, nõ eſt meũ dare ſuperbię qđ adhuc eſtis, ſed aliis quibus paratum eſt. Ergo & vos nolite eſſe quod eſtis, ſed eſtote alii. i. humiliamini qui iam vultis exaltari, & eſt paratum uobis.

*g Et audie. de.* Vt illi carnaliter petiuerunt eſſe ſup omnes, ſic & iſti carnaliter contriſtati ſunt eſſe aliquẽ ante ſe.

*h Scitis.* Ac ſi dicat: Vos more ſecularium petitis, per prælationem venire vultis ad requiem vel regni poſſeſſionem. *Scitis quia prin. gen.* Humilis & mitis magiſter nec immodicæ cupiditatis duos arguit, nec decem indignationis & liuoris, ſed conuenienti exemplo docet eos fruſtra immoderata q̃ſiſſe, aut iſtos ſuper eorum deſiderio doluiſſe, cum ad ſumma non potentia ſed humilitate veniatur. B

*i Egredientib.* Myſtice. Chriſto de pñtis vitæ defectu ad cælos redeunte, & omnib. electis iam cælum cum eo ingrediẽtibus cœpit vterq; populus diu perfidia cæcus ſpem ſalutis et illuminationis habere viſum, et deſideranter quęrere. Niſi ab Ieruſalem deſcendiſſet in Ierico, populus vſq; hodie in tenebris ſederet. ſed ideo deſcendit, vt multos ſecum traheret.

☞ *Et ecce duo*

Marginalia: Act. 12.a; Act. 10.e; † Poculum; * aut baptiſmate quo ego baptizor, baptizari?; † Mar. 9.f Luc. 22.c; † earum; Myſtice; † erit; † vt ſibi miniſtraretur

(¶ Vt tam cito reſurrectio euacuet ſcandalum crucis.)
& tertia die reſurget. † Tunc acceſ-
ſit ad eum mater filiorum Zebedæi
cum filiis ſuis, adorans & petens
(¶ Non de ignorantia, ſed vt illa palam proferat, & ipſa ſit occaſio docendi.)

aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid
uis? Ait illi: Dic ut ſedeant hi duo
filii mei, unus ad dexteram tuam:
& unus ad ſiniſtram in regno tuo.
Reſpondens autem Ieſus, dixit:
(¶ Matre petente, filiis reſpondet quorum uoluntate illa petierat. ¶ Quid ante humilitatem paſſionis uultis exaltari.)

Neſcitis quid petatis: Poteſtis bi-
bere † calicem, quem ego † bibitu-
(¶ In expertis leuius uidetur, quod experti timuiſſent.)

rus ſum*? Dicunt ei: Poſſumus.
Ait illis: Calicem quidem meum bi
betis, ſedere autem ad dexteram
meam, uel ſiniſtram non eſt meum
(¶ Nondum humiliatis.)

dare uobis: ſed quibus paratum eſt
à patre meo. Et audientes decem
(¶ Non matri, quam ipſi miſerant ad grandia petenda, ignorantes menſuram ſuam immodica cupiditate exarſerunt.)

indignati ſunt de duobus fratribus:
Ieſus autem uocauit eos ad ſe, & ait:
† Scitis quia principes gentium do-
minantur † eorum, & qui † maio-
res ſunt, poteſtatem exercẽt in † eos.
(¶ Cum econtra ad ſummam uirtutum ueniatur, non imperando ſed miniſtrando.)

Non ita erit inter uos: † Sed qui-
cunque uoluerit inter uos maior fie
(¶ Non primatum ambiendo, ſed humiliter deuitando.)

ri, † ſit ueſter miniſter: & qui uolue
rit inter uos primus eſſe, erit ue-
(¶ Quod charitas non conditio exigit. ¶ Exemplum ponit, ut ſi uerbis non credunt, erubeſcant ad opera.)

ſter ſeruus. Sicut filius hominis
(¶ Non tantum prædicando uel miraculis admonendo, ſed animam, quam pro nobis accepit, impendendo.)

non uenit † miniſtrari, ſed mini-
ſtrare, & dare animam ſuam re-
(¶ Non omnibus, ſed prædeſtinatis. ¶ Poſt reſurrectionem gentes credunt in eum.)

demptionem pro multis. † Et egre-

f Qui dixit ei: Quid uis. *Non petit ut inſcius, ſed ut petitio ſua poſtea conuenientius oſtendatur irrationabilis.* C

g Ait illi. Dic vt &c. *i. ſint tibi collaterales et maiores in regno tuo poſt te: Quod quidem regnum credebant temporale ut dictum eſt. mirum ſi talia apoſtoli credebant & appetebant, qui adhuc carnales erant & nondum illuminati perfectè nec cõfirmati per gratiam ſpiritusſancti.*

h Reſpondens autem Ie. di. &c. *Reſpondet filijs, & non matri: quia ſciebat ipſam eſſe miſſam à filijs, & informatam de petitione facienda pro eis.*

i Poteſtis bibere ca. quem &c. *i. ſuſtinere mortem ignominioſam & crudelem quam ego paſſurus ſum: & per quam debeo venire ad regnum non temporale vt creditis, ſed æternum.*

k Dicunt ei. poſ. *Loquuntur ſicut inexperti propriæ fragilitatis: Quod patuit per effectum, quia in paſſione Chriſti fugerunt præ timore mortis.*

l Ait il. Calicem &c. *quia Iacobus propter Chriſtum ab Herode eſt occiſus, ut habetur Act. xij. & Iohannes in dolium feruentis olei propter Chriſtum miſſus eſt: & ſic patet, quòd habuit promptam uoluntatem moriẽdi propter Chriſtum. Fuit etiam miſſus in exilium propter ipſum. Exilium autem quædam mors eſt ciuilis.*

m Sede. autem &c. dare uobis. *in illo ſupple ſtatu in quo eſtis. i. nondum humiliatis & adhuc carnalibus.*

n Sed quibus pa. eſt a patre. *i. uere humilibus & ſpiritualia ſapientibus.*

o Et audien. de. *ſ. alij apoſtoli.*

p Indignati ſunt &c. *aliquid humanum paſſi, quia adhuc erant carnales ſicut & illi & ideo indignati ſunt, quòd excellentiam ſuper alios habere voluerunt.*

q Ie. au. *Hic conſequenter inſtruit diſcipulos ſuos de humilitate ex ꝓbabita occaſione, ut ambitionẽ Iacobi & Iohannis reprimeret, & indignationem aliorum ſedaret.* D

r Et ait: Scitis quia prin. gen. *q. d. maioritas in regno meo non eodem modo acquiritur, ſicut in regno terreno: quia in regno terreno acquiritur per ambitionem & ptãtẽ, ſed in regno meo cõtrario mõ acq̃ritur, uidelicet per humilitatem. propter quod dicit.*

t Quicunq; vo. &c. *i. ſe exerceat in obſequijs humilitatis: Et quia in moralibus magis mouẽt facta q̃ verba, iõ inducit ſuipſi° exẽplũ dicẽs.* Sicut filius ho. non ue. &c.

u Et egredi. *Hic conſequenter oſtendit Saluator quòd in prælatis debet eſſe pietatis dulcor ad continue benefaciendum ſubditis: quia Chriſtus non ſolum in domo & in quiete exiſtens, ſed etiam in uia ambulans non ceſſabat populum docere & infirmos curare: & hoc eſt quod dicitur hic:* Et egre. illis. *i. Chriſtus & eius diſcipulis.*

¶ Ab Iericho

Marginalia: † Mar. 10.b; † bibo.; † magni.; † eas; † 93. di. ca. diaconi ſũt. 9. q. 1. c. nullus.; Diuiſio; † Mar. 10.g Luc. 18.f

## NICOL. DE LYRA.

¶ a Tertia die reſurget. *Hoc autem ſubdit Chriſtus, ne apoſtoli eius morte audita abſorberentur præ triſticia.*

b Tunc. *Hic oſtendit tertiò, quòd in prelatis debet eſſet tenor humilitatis, quia non debent appetere præeſſe. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur huius documenti occaſio, ſecundo, ſubiungitur humilitatis inſtructio, ibi: Ieſus autem uocauit eos. Circa primum aduertẽdum, quòd Iudæi æſtimabant Chriſtum per prophetas promiſſum regnaturum temporaliter in Ieruſalem, quia ſcripturas de regno Chriſti carnaliter intelligebant: & ideo regnum ablatum eis per Romanos credebant ſibi reſtituendum per Chriſtum. propter quod apoſtoli dicebant Chriſto. Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael? & hoc modo Iacobus & Iohannes filij Zebedæi, & mater eorum audientes Chriſtum poſt mortem tertia die reſurrecturum, crediderunt ipſum immediate poſt reſurrectionem regnaturum in Ieruſalem temporaliter & ideo cupientes ei eſſe collaterales præ cæteris, quia erant eius cognati germani, informauerunt matrem ſuam de petitione ſequenti: & hoc eſt quòd dicitur hic:* Tunc. *i. audita reſurrectione Chriſti futura.*

c Acceſſit ad eum. *i. ad Chriſtum.*

d Mater filiorum Zebedei cum filijs ſuis. *conſcijs de petitione matris:*

e Adorans & petens aliquid ab eo. *Non petijt primo in ſpeciali & determinatè, ſed tantum in generali, ut conceſſione facta in generali primo, minus poſſet poſtea ſibi denegari in ſpeciali.*

Qui di-

Marginalia: Diuiſio; Act. 1.a

## MORALITER.

✠ *a Et tertia die re.* Chry. Quod quidem huius gratia dicit, vt cum viderent triſtia, reſurrectionem expectarent. (Sup. Matt. hom. 66. ex c. 20. to. 2.)

*b Tunc acceſſit ad eum &c.* Per iſtos qui per matrem petierunt à Chriſto præ ceteris diſcipulis alijs honorari, eo quòd erant eius conſanguinei, ſignificantur ambitioſi, qui habentes prælatum conſanguineum volunt per hoc in eccleſia præ cæteris promoueri: quibus bene reſpondetur: Neſcitis quid petatis. Nam honores eccleſiæ non ſunt diſpenſandi ex propinquitate ſanguinis, ſed ex idoneitate perſonarum ratione ſcientiæ & virtutis, ideo ſubditur.

*i Pote. bi.* i. ſuſtinere martyrium propter Deum.

*o Et au.* Chryſo. Sicut duo carnaliter petierunt, ita & decem carnaliter contriſtati ſunt, nam velle ſuper omnes eſſe, vituperabile eſt non ſuſtinere autem alterum ſuper ſe, minus eſt glorioſum. (Vbi ſup.)

*ſ Non ita erit &c.* Chryſo. Principes mundi ideo ſunt, vt dominentur minoribus ſuis, & eos ſubijciant ſeruituti, principes autem eccleſiæ ſunt vt ſeruiant minoribus ſuis, et miniſtrent eis quæcunque à Chriſto receperunt, & ſuas utilitates negligant, & illorum procurent, & mori modo recuſent pro ſalute inferiorum. *Et eg. &c.* Sequitur:

✠ *Et eg.*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Et ecce duo cæci.* De iſtis vnũ cõmemorat Marcus, quia fuerat in illa ciuitate famoſiſſimus, qui ex magna felicitate eiectus, notiſſimæ erat miſeriæ. Cæcus nempe & mendicus: vnde & nomen eius memorat, & nomẽ patris eius Barthimeus Thimei filius, qđ in alijs non facile occurrit, niſi in Iairo, qui & in illo loco nobilis fuit. Famoſitas aũt illuminati, magnã famã miraculo cõparauit. Veniẽs Iericho vnũ illuminat qđ Lucas ait, qa morti ꝓpinquãs lumen euangelii prædicauit Iudæis, exiens duos, quia poſt reſurrectionem, Iudæis & gentib. De quib. Marcus unum ponit, qui gentibus ſcribit.

Mar. 10. g — Luc. 18. f

b *Et ſtetit Ieſus.* Tranſiens audit, ſtans illuminat, qa p humanitatẽ miſertus, p verbi æternitatem (q̃ non mouetur) lumen reddit. Quia cęci ſeq nõ poterãt, ſtat & iubet vocari, ne turba ꝓhibeat.

†ſupra. 9. c

## NICOL. DE LYRA.

¶ a Ab Iericho. *Nomen ciuitatis eſt, quæ coram filijs Iſrael corruit, ut habetur in li. Ioſue. vi. c. ſed poſtea reædificata eſt.*

b Secuta eſt eum turb. *Deſiderantes audire doctrinam eius etiam in uia.*

c Et ecce duo cæci ſe. *Marcus dicit, ꝙ erat unus: Non eſt hic contradictio, qa licet eſſent duo ſcđm ueritatem, vt dicit hic Matthæus: tamen unus erat famoſior altero, vel importunius clamabat: & ideo de illo tantum facit Marcus mentionem. Sequitur:*

d Miſerere no. fili. Da. *Vocant eum filium Dauid, quia credebant ipſum eſſe Chriſtum ꝑ ꝓphetas promiſſum, & notum erat apud omnes Iudæos, quòd Chriſtus naſciturus erat de ſemine Dauid.*

e Tur. au. &c. ut ta. *Quia p clamorẽ ſuũ impediebant turbã ab audiendo Chriſti doctrinã.*

†viſum receperũt oculi eorũ. †Mar. 10. g

f At illi ma. cla. &c. *Timentes ne ab increpatione aliorum impediretur auditio & exauditio petitionis ipſorum.*

g Et ſte. Ie. *In hoc apparet eius clementia, quia non dedignatus eſt ſtare & alloqui perſonas uiles & pauperes.*

F

h Quid uul. &c. *Non petit, quia ignoret eorum uoluntates, ſed quia ad miraculorum operationem, vult habere ſanandorum confeſſionem: ut ex hoc magis appareat euidentia miraculi.*

i Tetigit oc. eo. &. cõ. i. ſubito. *Ex quo apparet, quòd illa illuminatio fuit miraculoſa, non naturalis: quia natura non operatur in inſtanti.*

k Et ſe. ſunt eum. *Fide ſcilicet & moribus: quia illi qui illuminati ſunt à Chriſto corporaliter, ab ipſo illuminati ſunt etiam mentaliter, quia totum hominem ſimul fecit ſaluum, ut dicitur Iob. vij. c. Totum hominem ſaluum feci in ſabbato.*

a ¶Lux, & ſignificat defectum noſtræ mortalitatis.

dientibus illis ab Ierico, ſequuta eſt a

a ¶Vterq; populus ſine Chriſto cæcus.

a eũ turba multa. † Et ecce duo cæci b

a ¶Iam voto Chriſtum cognoſcere cupientes, aduentus eius præconia audierunt.

ſedentes ſecus uiam, audierũt quia c

a ¶Magno deſiderio illuminati poſtulauerunt, confeſſi Dauid filium.

Ieſus tranſiret, & clamauerunt dicẽ

a ¶Quem Deum credimus, filium hominis factum.

tes: † Domine miſerere nr̃i fili Da- d

a ¶Carnalia deſideria uel perſequutiones obſtabant.

uid. Turba autem increpabat eos, e

a ¶Orando, pulſando inſiſtebant, donec ſtrepitum turbæ uincerent.

ut tacerẽt. At illi magis clamabant: f

a ¶Quia fides incarnationis temporalis ad æterna intelligenda nos præparat.

dicentes: Domine miſerere noſtri

a ¶Tranſeunte Ieſu cæci admoniti ſunt, vt illuminentur, & aſtante illuminati ſunt.

b fili Dauid. Et ſtetit Ieſus, & uoca- g

a ¶Non ignorat, ſed audire uult confeſſionem qui nouerat intentionem.

uit eos, & ait: Quid uultis, vt faciã h

uobis? Dicunt illi: Domine, ut aperiatur oculi noſtri. Miſertus autem

a ¶Oculos tangit, qui radijs ſuæ lucis conſcientiam illuſtrat.

eorum Ieſus, tetigit oculos eorum. i

a ¶Fide. b ¶Imitatione.

† Et confeſtim † viderunt, & ſequu- k

ti ſunt eum.

fidem & opera ſancta ſequentes In c. xx. ubi dicitur in poſtilla: Sed hæc reſponſio non videtur conueniens &c. G

## ADDITIO.

*Non videtur hæc reſponſio B. Greg. rõnabiliter excludẽda ꝑ illas diſſimilitudines quas allegat poſtil. Nã ea q̃ parabolice dicũtur, nõ ſunt totaliter applicabilia intẽtui, unde ipſemet poſtil. Luc. xvi. expreſſe dicit, ꝙ ſimilitudo ꝑabolica non currit ſemꝑ quatuor pedib. imo ſi teneret in omnib. iam non eſſet ſimilitudo, ſed magis identitas, ꝑſertim cũ ad tollẽdas ſimilitudines huius parabolæ ſufficit ſñia Chry. qui in hoc loco ſic dicit: Non oportet ea q̃ in parabolis ſunt, ſcđm totum qđ dicitur inueſtigare, ſed intẽtionem ꝑ q̃ compoſita eſt intelligere, & nihil ultra ſcrutari. Nõ enim inducit hoc, ut oſtendat aliquos inuidiæ morſus, ſed ut oſtendat hos tanto petitos eſſe honore, ꝙ ẽt inuidiã alijs poterãt generare: Hęc ille. Vnde in hoc loco murmuratores illi qui dicuntur neq̃, nõ de ſctis intelligẽdũ eſt, ſed de alijs hoib. neq̃, q in ſimili caſu conſueuerũt murmurare. Similiter & qđ dicit in fine: Multi sũt uoca. pauci vero electi: ſcđm eũdẽ Chryſ. nõ ad ſuperiores ſctos pertinet, ſed ad gentes ex ipſis gentibus, licet multi ſint uocati pauci tamen electi. Et aduertendum, ꝙ in ipſa expoſitione poſtillatoris inueniuntur maiores diſſimilitudines in principali ſeu finali parte ipſius parabolæ. Dicit .n. Quod cum ſero factum eſſet intelligitur de tempore gratiæ quod incipit à Chriſto: quod non poteſt ſtare. Primo, quia illud ſero iam nõ erat tp̃s operandi, ſed potius recipiendi mercedẽ operationis, qđ patet ex hoc ꝙ dicit Dominus uineæ. i. Deus, Procuratori ſuo. i. Chriſto. Voca operarios, & redde illis mercedẽ. Ex quo patet, ꝙ iam non erat tp̃s operandi, ſed mercedem recipiendi. Non enim dixit, voca operarios ut laborent, ſed ut mercedem recipiãt laboris præteriti: quod non competit tempore gratiæ in quo magis oportet laborare, quã in prędictis tp̃ibus qui. ſ. antiquę legis & hmõi. Vnde Apoſtolus. ij. Corĩ. vi. Exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs &c. Quorum ſimilia non leguntur dicta antiquis per modum exhortationis, licet aliquando per modum pœnæ. Secundo, quia licet gratia ſit quędam inchoatio glorię: non tamen dicitur merces, ſed potius principium merendi. Merces autem copioſa eſt in cęlis. Vnde ſententia ſanctorum ualidior eſt, ſecundum quam per illud dicitur: Cum autem ſero factum eſſet intelligitur. cum dies totius mundi ad veſperum conſummationis inclinata eſſet.*

†Mar. 10. Luc. 18. Vbi ſup. — Ibidem. — 2. Cor. 6. — Sup. 5. b

H

## REPLICA.

In c. xx. vbi dicit, ſero, qñ operij vocãt ad recipiẽdũ mercedẽ, optet accipere ꝓ tp̃e gratiæ, quod à Xp̃o icipit. Propter hoc ꝙ dicit quoſdã murmuraſſe, quod in æterna btĩtudine locum non hẽt, Burg. obijcit, quòd tp̃s gratiæ, non eſt tp̃s recipiẽdi, ſed merẽdi. Ad hoc pt̃ dici, ꝙ tp̃s gratię fuit et eſt tp̃s recipiẽdi quo ad ꝑguſtationẽ glĩę, q̃ copioſa fuit in primitiua eccleſia: Et ſicut putat Burg. ſoluere argumentum poſtillatoris, per hoc quia parabolæ non dicunt omnimodam ſimilitudinem, per idem ſoluitur argumentum eius.

## MORALITER.

✱ c *Et ec. duo ca.* Per quos myſtice ſignificantur duo populi. ſ. gẽtiles, qui erant excæcati per Idololatriam, & Iudæi per doctrinam peruerſam, mandatum Dei tranſgrediẽtes propter traditiones hominum, ſed adueniente Ieſu & eorum oculos mentales tangente, illuminati ſunt plures de Iudæis, & de gentibus pluriores, eum ꝑ fidem & fidem &

## GLOS. ORD. CAP. XXI.

ET *cum appro.* Hic prætermittit Matthæus ea q̃ facta ſunt antequam intraret Ieroſolymam, quæ alii prolixius tractant.

a *Et cum ap.* Dominus ſpũaliter Ieruſalẽ ap ꝓpinquauit, quando incarnatus, eccleſiam in qua eſt viſio pacis, viſitauit, quã per confeſſionem ſibi reconciliauit. Bethphage. n. domus buccæ dicitur.

b *Bethph.* Bethphage erat viculus ſacerdoti in mõte Oliueti, i. cuius mõtis latere ẽ ciuitas Bethania. Bethphage, domus buccę. Bethania, domꝰ obediẽtię. Has Dñs pgẽs Ierlm ſua pręſentia ſublimat, quia multos ante paſſionẽ do-

❧ cendo donis

## CAP. XXI.

¶Salute data credentibus, ingredi cupit pacis urbem, & uiſionis Dei.

a ET cum appropinquaſ- a

ſet Ieroſolymis & b

a ¶Domus buccę interpretatur.

b ueniſſent Bethpha-

*detur: Prima in duas: quia primo ponitur ueritatis adimpletio. Secundo Iudæorum contradictio, ibi: Cum intraſſet. Iterum prima in duas: quia primo oſtenditur propoſitum per duplex celebre ſignum Chriſti. Secundum ponitur, ibi: Plurima ãt turba. Circa primum aduertẽdũ, ꝙ ſignum aductus Chriſti in Ieruſalẽ ad redẽptionem populi fuerat prædictũ, & celebri fama diuulgatum, Zach. ix. videlicet ꝙ Xp̃s vẽturus erat in Ieruſalẽ in paupertate et humilitate ſedẽs ſuꝑ aſinã & pullũ eiꝰ. Et iõ legiſperiti hoc videntes in ipſo adimpletum, oſtenduntur cõtemptores ſuę maieſtatis, quia non receperũt eũ, ſed magis tãquam deceptorẽ perſecuti ſunt. Et hoc eſt quòd dicitur hic.*

Zach. 9. b

a Et cum appr. &c. *ſ. Ieſus & diſcipuli eius.*

b Et ueniſſent Bethphage. *Mons Oliueti eſt, prope Ieruſalem diſtans ab ea per vnum miliare: quia dicitur Actu. 1. quòd diſtat tantum ab ea per iter*

¶ *ſabbathi*

## NIC. DE LYRA. CAP. XXI.

ET cum appro. &c. *Poſtquam deſcripta eſt ædificatio eccleſiæ gentilium in fide & moribus, hic deſcribitur reprobatio ſynagogæ Iudæorum. Et hoc triplici ratione: quia primo fuerunt contemptores diuinę maieſtatis. Secundo, quia fuerunt contradictores diuinæ veritatis, c. ſe. Tertio, quia fuerunt quantum in ſe fuit, deprauatores ſeu damnatores diuinæ bonitatis. xxiij. cap. Prima diuiditur in tres: quia primo oſtenditur propoſitum ſigno celebri. Secundo, facto patenti, ibi: Et intrauit Ieſus Tertio, verbo rationabili, ibi: Quid autem uobis videtur*

Diuiſio

## MORALITER.

✱ a *Et cum ap. Ier. &c.* Per aſinam quæ erat oneribus aſſueta, ſignificatur Iudæa, quæ legis oneribus erat ſubiecta. De quo dicit Petrus. Quid tentatis imponere iugum ſuper ceruicem diſcipulorum, quod neq; nos, neq; patres noſtri portare potuimus? Per pullũ vero de quo dicitur, in quo nemo ſedit, ſignificatur populus gẽtilis qui non erat ſubiectus onerib. legis. Xp̃s autem ſup vtrumque ſedit, quia ex ambobus vnam eccleſiam ſibi ſubiectam fecit.

Act. 15. b — Mar. 11. b

✱ *Et impoſuerunt*



❧ cendo donis piæ confeſſionis & obedientiæ impleuit. Sitæ autem ſunt illę ciuitates in mõte Oliuarum ideſt in Chriſto Domino, a quo vnctio & lux omnibus venit. vnde: Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem poſita.

A

Sup. 5. b

a *Ad montem &c.* Ad ſublimitatẽ mię reſpiciẽs, Oleos, miſericordia interpretatur. Olei natura lucis miniſtra eſt, & laborum et dolorum ſolamẽ, & excellit cæteris liquoribus.

b *Miſit.* quia lucernam quam accepit, nõ vult ſub modio abſcondi.

c *Duos di.* Duo ꝑꝑ ſcientiam veritatis & mundiciam operis, & ſacramẽtum geminæ dilectionis prædicaturi. Quidam dĩt hos duos Petrũ & Philippũ, q primũ gentiles ad Chriſtum adduxerunt, Philippus Samariã q̃ aſinam interpretantur, Petrus Cornelium quaſi Samariæ pullum.

†pagũ, qui — Act. 8. b — Ibid. 10. a

d *Et pullum.* Pullus eſt populus gentiũ cui nullus doctorũ frænũ correctionis impoſuit, liber & laſciuus, qui & ipſe vinculis pctõrũ irretitus erat. Oẽs n. peccauerunt et egẽt gratia Dei. Alij de ſolo pullo. Mattheus qui Hebræis ſcribit, & de aſina dicit, docens non deſpari ſalutem Hebræis ſi pœniteant. Marcus dicit pullũ añ ianuã in biuio inuẽtũ: ianua Chriſtus, extra quã populus gentium ſtabat ligatus. non in vna via fidei, ſed in diuerſis erroribus.

Rom. 3. c — Mar. 11. a

e *Dicite fil. ſion.* Filia ſion, eſt Ieruſalem ſita in monte ſion. Myſtice: Eccleſia pertinens ad ſupernam Ieruſalem quæ eſt mater omnium noſtrum, cuius nõ minima pars tunc erat in populo Iſrael.

Myſtice — † mittit — * totum

f *Rex.* Ne dicatis. Non habemus regem, niſi Cæſarem.

Ioan. 19. c

g *Tibi.* ſi credis: contra te: ſi non credis.

h *Super a. & pu.* Nõ ad lr̃am ſup vtrũq; ſedit. Sed in ꝑcordijs vtriuſq; populi. Potuit Dominus ſuꝑ vtrumq; aſcẽdere, deſcendens de vno, et aſcendens ſuper alium.

i *Et adduxe.* Sic & apoſtoli mundum virtute Chriſti a poteſtate diaboli ſoluerũt, & impoſuerunt veſtimenta ſuper eũ. Sed cætera turba. i. Iudæi veſtimenta. i. legis mandata ſternunt, qui a chriſtianis erant concculcanda, in via. i. in Chriſto.

B

k *Super eos ue.* Veſtes apoſtolorum ſunt ꝑcepta diuina, & gr̃a ſpũalis. quibus turpitudo carnis noſtræ tegitur. His prius nudi populi, ſed mõ per apoſtolos ornati Chriſtum habent ſeſſorem. Minor turba non ponit veſtes ſuper aſinam, ſed in via, nec vbi offendat, quia ſancti martyres carnẽ exuentes ſimpliciorib. viam per exemplũ ſuo ſanguine parant. Moraliter. Item: Ieſus aſellum inſidens Ieruſalem tendit, nõ ſolum qñ cuiuſq; fidelis animam regens ad pacis intimę viſionem ducit, ſed etiam cum ſanctæ eccleſię vniuerſaliter præſidet, & eam in ſupernę pacis deſiderium accendit. Multi ſternunt veſtimenta ſua in via. quia corpora ſua domant. vt ei iter ad mentem parent, vel exempla bona ſequentibus prebeant.

†Mar. 11. a — Luc. 19. e — Moral. — ſuper illa

l *Ramos de &c.* Ramos uel frondes cędunt, quia verba & ſententias de libris patrum excerperunt vel exempla.

†Ioa. 12. b

m *Oſanna.* Iero. Oſi. i. ſalua, ſaluifica. Anna interiectio deprecantis. quaſi ſalua obſecro. Oſanna totum Hebraicum eſt, & ſignificat quod aduentus Chriſti ſalus mũdi ſit. vnde ſequitur. Benedictus. *Oſanna.* ideſt ſalua.

n *In ex.* quia aduentus Chriſti non tantũ hominum, ſed totius mundi ſalus eſt, terrena coniungens cæleſtibus, vt in nomine Ieſu omne genu flec. cæle. ter. et infer. *In exce.* quia & angelorum ſalus quorum numerum implet.

Phil. 2. b

o *Cum intraſſet.* Frequenter ingreſſus eſt ciuitatem Ieruſalem: ſed non cum his laudibus, non rex vocatur: Quod ſemper fugerat niſi modo cum aſcendit paſſurus.

Quod

a ¶Mons oliueti ſignificat eccleſiam uel celſitudinem dominicæ dilectionis. b ¶Quando miſericordiæ recordatus eſt.

a ge ad montem † Oliueti, tunc b

a ¶Duos prædicatorum ordines, alter in Gentes, alter in circumciſionem. ¶Quia lucernam quam accendit non vult ſub modio poni.

b c Ieſus miſit duos diſcipulos, di- a

¶Penetrate Barbara & indocta mundi latera, quaſi contrapoſiti caſtelli mœnia.

cens eis. Ite in † caſtellum quod

contra uos eſt, & ſtatim inue- b

a ¶Iudæos legis iugo domitos, ſed tamen peccatis irretitos.

d nietis aſinam alligatam, & pul

a ¶A peccatis.

¶Quæcunq; ſolueritis ſoluta erunt.

lum cum ea: ſoluite, & adducite mihi. Et ſi quis uobis ali-

a ¶Obedientiam eorum denegare uoluerit. b Non deſiſtatis prædicando. c ¶Simpliciter omnium rerum, cui ſeruire debet omnis creatura.

quid dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet: & con-

a ¶Veri Domini ſeruitio mancipandos.

feſtim † dimittet eos. Hoc au- c

tem * factum eſt, ut adimpleretur quod dictum eſt per pro

a ¶Zachariam.

¶Prædicatores.

e phetam, dicentem: † Dicite

a ¶In ſpiritu videte, non oculis.

f g filiæ Sion: Ecce rex tuus uenit d

a ¶Vt ametur, non vt per potentiam timeatur. b ¶Ecce manſuetudo.

h tibi manſuetus, ſedens ſuper e

a ¶Non in curru, vel in equo ſuperbiæ uel belli: ſed in aſina pacis, quia in humilibus & quietis requieſcit. b ¶Quia exemplo Iudęorum Gentilis populus credidit.

aſinam, & pullum filium ſub-

a ¶Chriſti uirtus, qui cor illius Domini ad dandum animal parauit.

iugalis. † Euntes autem diſci

a ¶Miniſterium apoſtolorum.

puli fecerunt ſicut præcepit il-

i lis Ieſus. Et adduxerunt aſinam & pullum, & impoſue- f

a ¶Nota fidem & mores.

k runt ſuper eos ueſtimenta ſua:

a ¶Non ad literam ſuper utrunq; ſedit, ſed in præcordiis utriuſque populi.

& eum † deſuper ſedere fece-

a ¶i. Iudæi.

runt. Plurima autem turba g

a ¶Id eſt ſimplicibus in exemplum viuendi proponunt. ¶Vt illæſo pede pullus incederet. ¶i. legis mandata ſternunt. b ¶Fidem & mores.

ſtrauerunt ueſtimenta ſua in

via. † Alii autem cædebant † ra- h

l mos de arboribus, & ſterne-

a ¶Primitiui patres, & eorum ſequaces, cum magno affectu fatebantur, quia ſalus aſcribenda eſt homini a verbo Dei aſſumpta.

bant in uia. † Turbæ autem

quæ præcedebant, & quæ ſequebantur, clamabant, dicen- i

a ¶Vel ſecundum Hierony. oſi interiectio, anna ſalua. i. o Domine ſalua. ¶Salus.

m tes: † Oſanna filio Dauid,

a Et tu a peccato immunis, qui prius in forma ſerui, tandem appariturus es in gloria Domini. b ¶Vnde & ipſe Veni in nomine patris mei.

benedictus qui uenit in no-

n mine Domini, oſanna in ex- k

a ¶Qui prius redimes ab inferis. ¶Alias in altiſſimis. b ¶Cum tanta turba.

o celſis. Et cum intraſſet Iero- l

Quod ideo factum eſt, vt amplius illorum aduerſum ſe excitaret inuidiam, quia iam tempus paſſionis inſtabat.

C

❧ *Intrauit Ieſus*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *ſabbati, quod continet mille paſſus, qui faciunt vnum miliare. Bethphaga eſt quadam villa parua in deſcenſu montis Oliueti verſus Ieruſalem, & erat uilla ſacerdotum, quia licet ſacerdotes non haberent hæreditates ad excolẽdum, habebant tamen domos ad animalia nutriendum, & ad manendum tempore, quo non uacabãt cultui diuino in Ieruſalem ex illo loco.*

Bethphage — † Oliuarũ

a Miſit duos diſci. &c. in caſtel. *i. in Ieruſalẽ quę erat clauſa triplici muro cum propugnaculis & fortalicijs ad modum caſtri, vt habetur iij. Re. & ideo dicitur caſtellum.*

b Et ſtatim in. aſi. &c. *Iſta aſina erat communis pauperibus non habentibus animalia, & q operabatur in ea, dabat ſibi pabulum: & facto opere reducebat ad locum determinatum, ut alius indigens poſſet accipere eam, & pullus eius nutriebatur cum ea pro conſimili opere.*

c Hoc au. &c. quod di. eſt per pro. *Zach. ix.* Dici. fi. Sió. &c. *hoc eſt ciuitati Ieruſalẽ, q̃ dicebatur filia Sion. quia in monte Sion erat fortalicium ciuitatis illius: & protegebatur ciuitas ab illa parte, ſicut filia à matre. Conſiderandum ẽt, quòd hic accipitur continens pro contento. ſ. ciuitas pro habitantibus in ciuitate.*

d Ecce rex &c. *i. Xp̃s; qa hæc autoritas à doctoribus Hebræis exponitur ad literam de Chriſto.*

e Sedẽs ſuper aſinam & pul. *Nõ quia ſederit ſuper vtrumq; ſimul, ſed ſucceſſiue: quia primo ſedit ſuꝑ pullum, quia tamen non erat domitus: quia adhuc non fuerat applicatus humanis uſibus, ut habetur Mar. xi. & Luc. xix. ideo poſtea ſedit ſuper aſinam. Hoc autem factum eſt in figura, quia per pullum ſignificabatur populus gẽtilis, qui non fuerat ſubiectus iugo legis. per aſinam uero populus Iudaicus qui laborauerat ſub lege. Ad hoc autem veniebat Chriſtus, vt vtrũque populum ſubiugaret ſibi per fidẽ catholicã.*

Quid per pullũ ſignificatur. — † Zach. 9. c — Iſai. 62. d — † filiæ dati uus caſus.

D

g Plurima autem tur. *Hic ponitur ſecundum ſignum quod per Zachariam fuerat dictum, ꝙ Chriſto adueniente ſuper aſinam & pullum ciuitas Ieroſolyma exultaret & lætaretur: & hoc factum fuit tunc, vt dicitur hic: & hoc patet in tribus. Primo quia dicitur hic:* Plurima autem tur. ſtra. ueſti. ſua in uia. *& hoc fuit inſignũ exultationis & honoris, & ne aſina & pullus offenderẽt ad lapides. Scđo in eo qđ dicitur:*

h Alii autem cæ. ra. de ar. &c. *Viriditas ramorum erat ſignum lætitiæ & exultationis. Tertio in eo quod dicitur.*

i Clamabant dicentes oſanna filio Dauid. *Oſanna eſt uerbum Hebraicum cõpoſitum ex oſi, qđ eſt ſalua, & anna quod eſt aduerbium optandi. & ualet vtinam. & dicitur oſanna remota ultima litera primæ dictionis: unde eſt ibi cõpoſitio ex corrupto & integro: & iõ oſanna tantum ualet quantum utinam, uel obſecro ſalua. Et de qua ſalute intelligatur, ſubditur:*

k Oſan. in ex, *quia Chriſtus ueniebat ad dandum ſalutem cæleſtem & æternam.*

† frondes

l Et cum intraſ. *Hic ponitur Iudæorum indignatio, quia principes ſacerdotum & maiores indignabantur de reuerentia Chriſto exhibita. & ideo dicitur:*

¶ Commota eſt

## MORALITER.

✱ f *Et im. ſu. e. ueſ. ſu. &c.* ſ. Apl̃i, p quorum veſtimẽta ſignificãtur eorũ doctrina, qua recepta à Iudęis & gẽtib. ſedit in eis Chriſtus.

†23. qu. 3. §. 1. — † ho ſiahna . i. ſalua obſecro

g *Plu. au. tu. &c.* Greg. Quid sũt terrena oĩa, niſi q̃dã corporis indumẽta? Veſtimẽta igit̃ in via ſternere, eſt in via vitæ pñtis bona terrena pauperib. erogare. Ramos de arborib. cædere, eſt ſctõrũ exempla accipere. Oſãna clamare, eſt ſalutem ſupnam à Dño poſtulare, nam oſanna interpretatur obſecro ſalua.

l *Et cum in. Ie. &c.* Per hoc ſignificatum fuit quòd intrante Ieſu Ieruſalem cęleſtem, angeli dicturi erant: Quis eſt iſte rex gloriæ.

✱ *Et intrauit*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E a *Intrauit Ie.&c.* Ingreſſus vrbem primo templũ adijt, dãs formã religionis, vt quoquo imus, primo domũ orõnis (ſi ibi eſt) adeamus: & p orõnes Deo cõmẽdati, ſic ad agẽda negotia ſecedemus. Appropinquante paſſionis tpe appropinquauit Ieſus loco vbi poſſet inueniri, oñdens ſe nõ inuitũ pati. Hic introitus in Ierl'm factus eſt ante dies Paſchæ, in quo paſſio cõplẽda erat: Dicit .n. Iohannes q ante ſex dies Paſchę venit Bethaniam, vbi cęna facta a ſorore Lazari oleo perũctus eſt, & in craſtino aſino inſidẽs, obuiãte turba cũ palmis venit Ieruſalem. Ecce q̃tum conuenit veteri vmbrę. Ibi dr̃ decimo die mẽnſis primi tollat vnuſqſq; agnũ.i. domi introducat, & ſeruet uſq; ad xiiij diẽ, qua immolabitur ad veſperã: Et Dominus decimo die eius menſis i ante quinq; dies Paſchę, ciuitatem in qua paſſurus erat intrauit, certam prẹſtolans horam immolationis, & xiiii. die ad veſperam comprehenſus & ligatus ſacramenta victimationis inchoauit.

*Ioan. 12. a* / *Marc. 11. a* / *Luc. 19. g* / *Ioan. 2. c*

b *Et eijcie.* Aug. Eiecerat & ante alia vice, qđ Iohannes ſolus dicit. ed de hac vltima eiectione dicunt & alii.

*De conſenſu euã geli. lib. 2. c. 67. tom. 4.*

c *Menſas numula.* Quia de omnib. partibus ad templum veniebant, vendebant ſacerdotes non habẽtib. omnia animalia, & columbas quas pauperes offerũt, ut uendita poſtea reciperẽt oblationes. Sed qa aliq nihil habebant vnde emerent, poſuerunt numularios, qui mutuo darent, & quia lex vetat vſuram, pro ea varias ſpecies.i. poma, vuas & huiuſce modi accipiebant, hos eiicit. Sic & Myſtice quotidie de eccleſia eiicit. Et habet vnius criminis reos vendentes & ementes eccleſiaſtica officia.

d *Et cathedras uendentes.* Quæ magiſtrorum ſunt, id eſt ſacerdotium eorum deſtruit, qui de impoſitione manus, per quã ſpiritusſanctus datur, precium accipiunt. Hinc eſt, quod hęreſis Simonis damnatur. Ad literam autem abſurdum eſt dicere inF ſtitores columbarum in cathedris ſedere.

*Latro* e *Latronum.* Latro eſt qui lucra ſectatur, qui & non dantes corporaliter perſequitur, & dantes necat ſpiritualiter, & dum lęſionem proximi cogitat, quaſi latro ſedet in ſpelunca.

*Myſtice* f *Et acce.* Myſtice. Simplices peccatores ad ſe per pęnitẽtiam accedentes, prius cæcos in cognitione & claudos in opera ione illuminãdo, & in viã rectitudinis dirigẽdo quotidie ſanat.

*Mirabilia*

a ¶Mirans frequentiam, neſciens ueritatem.
ſolymã, cõmmota eſt vniuerſa ci- a
a ¶A minoribus incipit confeſſio, ut ad maiores perueniat.
uitas: dicẽs: Quis eſt hic? † Pŏpuli b c
¶Sicut & Moyſes eum prophetam dixit.
autem dicebant: Hic eſt Ieſus pro d
a pheta à Nazareth Galilęę. Et intra e
¶Ardore ſpiritus concitatus.
b uit Ieſus in tẽplũ Dei, & † eiiciebat f
omnes uendẽres et emẽtes in tem
a ¶Altaria Dei. ſic uocat propter auariciam ſacerdotũ.
a plo, & mẽnſas numulariorum, & g
a ¶Gratiam ſructi ſpiritus vt ordines &c.
cathedras uendẽtium columbas
euertit, & dicit eis: Scriptũ eſt: † do i k
¶Vnde Aug. Nemo in oratorio aliquid agat, niſi ad quod factum eſt, vnde & nomen habet.
mus mea domus orõnis uocabit̃,
a uos aũt feciſtis illã ſpeluncam la- l
a ¶Calumniatoribus uirtutis potentiam oſtendit, ut in his facta corporaliter, meritis ſiant in illis ſpiritualiter.
b ¶Teſtes uocis puerorum.
f tronũ. Et acceſſerũt ad eum cę ci m
& claudi in tẽplo, & ſanauit eos. n
Videntes autem principes ſacer- o

*† Turba.* *† 1. q. 3. c. ex multis. 16. q. 7. c. & hoc dicimus.* *† Eſa. 56. Hier. 7. b Marc. 11. g Luc. 19. g* *Saluatoris maieſtas fulgorem ruit Iudæis*

NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Commota eſt uni. ciuitas. *Quia factum maiorum dicitur eſſe factum totius ciuitatis, dicens:*

b Quis eſt hic. *q.d. iſte non eſt talis ac tantus, quòd talia deberent ſibi exhiberi.*

c Populi autem. *id eſt ſimplices & vulgares, quaſi rationem de contrario reddentes.*

d Dicebant: Hic eſt Ieſus &c. *Et uocant eum prophetam, non quemcunque, ſed illum qui dictus fuerat per Moyſen prophetam, Deu. xviij. & replicatur Act. vij. Prophetã ſuſcitabit uo. Deus de fra. veſtris &c. & ideo merito debet honorari.*

*Diuiſio* e Et intrauit. *Hic ſecundo oſtenditur, quòd Iudæi fuerunt contemptores diuinæ maieſtatis in facto patenti. Et diuiditur in duas, quia primo oſtenditur Chriſti diuinitas ex duplici facto: ſecundo ſubiungitur Iudæorum impugnatio, ibi: Videntes autem principes. Prima in duas, ſecundũ duplex factum à Chriſto oſtenſum. Secundum ponitur, ibi: Et acceſſerũt ad eum. Ad euidentiam primi conſiderandum, q principes ſacerdotum, qui erant auari per aſtutias ſuas diuerſas, conabantur excoriare populum: igitur quia de longinquis partibus aliqui veniebant in Ieruſalem cauſa deuotionis: quia non erat eis licitum alibi ſacrificium offerre, & non poterant ex tam longinquo animalia adducere: & ideo ſacerdotes ſtatuerant in templo aliquos de ſua familia, qui uendebant in atrijs tẽpli illa quæ poterant in templo offerri, ne venientes à longe haberent excuſationem ceſſandi ab oblationibus. Similiter, quia aliqui veniebant ad templum, qui non habebant pecuniam, unde poſſent animalia offerenda emere: ideo ſacerdotes ſtatuerãt ibi numularios, qui ſub certa cautione pecuniã traderent: & ſic nullus excuſaretur quin poſſet ſacrificiũ offerre. Licet enim pro illa accommodatione pecuniæ non reciperent pecuniam ultra ſortem, recipiebant tamen aliqua munera uel xenia: et ſic patet quòd peccabant ex facto, quod erat illicitum. ſ. aliquid recipere ultra ſortem quantumcunque modicum. Et ex loco, quia talia exercebant in locis orationi deputatis, & ideo Chriſtus talia tanquam illicita de templo eiecit: & hoc ſe Dominum templi oſtendit. & hoc eſt quod dicitur hic:* Et intrauit Ieſus. *Templum aũt aliquando accipitur propriè p domo templi, qđ diuidebatur in duas partes. Vna pars uocabatur ſanctum, ubi erat altare thymiamatis, menſa, & candelabrum. Alia pars erat ſanctum ſanctorum, vbi erat arca teſtamẽti, & duo Cherubim. Illam partem quę dicebatur ſanctum, intrabant quotidie ſacerdotes ad offerẽdum incenſum, & nulli alij: intra ſanctumſanctorum ſolus ſummus pontifex intrabat, & ſemel in anno. Aliquando aũt accipitur templum larga quadam platea quadrata ante templum clauſa muro, & dicebatur atrium ſacerdotum, quia ſub diuo erat altare holocauſtorum, & illud intrabãt non ſolum ſacerdotes, ſed etiam Leuitæ eos adiuuantes in excoriatione hoſtiarum, & ablutione, & conſimilibus. uulgares autem homines illuc non intrabant, ſed ad oſtium illius atrij animalia viua offerebant ſacerdotibus. Iſta aũt duo loca non intrauit Chriſtus, quia non erat ſacerdos nec Leuita: ſed præter iſta duo loca, erant adhuc duo alia loca, ubi homines ſub diuo erant in oratione: & in uno orabant viri, & in alio mulieres: & iſta atria nomine templi uocabantur, ſecundum quod ſcribitur Act. iij. Petrus & Iohannes aſcendebãt in templum ad horam orationis nonam, & de hoc dicitur hic.* Et intrauit Ieſus &c. *Sed quæritur hic quomodo non reſtiterunt ei? Dicendum, quòd ex oculis eius & facie exibat fulgor terrens eos, ita quòd non audebant reſiſtere: Sicut in nocte ſua terruit eos, qui ueniebant ad capiendum eum, qui cum audiuerunt ipſum dicentem: Ego ſum: abierũt retrorſum, & ceciderunt in terram, ut habetur Ioban. xviij. In uoluntate etenim Chriſti erat oſtendere infirmitatem aſſumptam, & ſuę diuinitatis uirtutem. ſequitur:* G

i Et dixit eis Scriptum eſt. *Iſa. lvi.*

k Domus mea domus orationis uocabitur, uos autem feciſtis &c. *Quia non curabant de cultu Dei, ſed magis de excoratione populi per aſtutias ſuas exquiſitas, vt viſum eſt. Spelunca autem latronum dicitur eſſe locus, vbi ſpolia, quæ rapiunt, congregantur: & hoc fecerunt ſacerdotes de templo, vt viſum eſt.*

m Et acceſſerunt. *Hic ponitur ſecundum factum oſtenſiuum ſuæ diuinitatis in curatione infirmitatum incurabilium, quod non poteſt fieri niſi virtute diuina. & hoc eſt quod dicitur.* Et acceſſerunt ad eum cęci & claudi in templo. *A priuatione enim in habitu non fit regreſſus per naturam.* H

n Et ſanauit eos &c. *Virtute propria, quod non poterat facere uirtus creata.*

*Diuiſio* o Videntes autem prin. *Hic conſequenter ponitur contra Chriſtum Iudæorum indignatio, & diuiditur in duas partes: quia primo ex indignatione impugnant eius famam, & ſecũdo eius doctrinam, ibi: Et cum ueniſſet in templum. Prima in duas: quia primo ponitur Iudæorum impugnatio, ſecundo ponitur Chriſti reſponſio, ibi Ieſus autem dixit eis. Circa primum ſciendum, quòd ſicut frequenter dictum eſt, principes ſacerdotum conceperant rancorem, & odium contra Chriſtum, propter hoc q manifeſte reprehendebat auariciam & alia eorum vitia. Et uidentes miracula quæ fecit infirmos ſanando.*

¶ Et pueros

MORALITER.

✱ e *Et intrauit Ieſus in templum Dei.* Chriſoſtomus. Hoc erat proprium boni filij intrare domum patris. Et tu imitator Chriſti factus, cum aliquam ciuitatem fueris ingreſſus, primum ad eccleſiam curras. *Sup. Mat. hom. 63. c. 21. m.*

f *Et eiiciebat omnes vendentes, &c.* Nam mercatores eiici debent de eccleſia.

g *Et menſas numulariorum &c.* Chryſo. Sigñans, q in templo Dei non debent eſſe numi, niſi ſpirituales habentes imaginem Dei. *Vbi ſup.*

h *Et cathedras uendentium columbas euertit.* id eſt dignitates eccleſiæ obtentas ſimoniace.

k *Domus mea domus orationis uoca.* Sed nunc domus diſſolutionis poteſt vocari, & domus cupiditatis. Ideo ſubditur:

l *Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latro.* Magni latrones in ſpeluncis ſuis exiſtentes, quando ſciunt aliquos parum habẽtes tranſire, non exeunt de ſpeluncis, ſed mittunt famulos ſuos ad illos ſpoliandum: ſed quando ſciunt homines tranſire multum pecunioſos currunt illuc de primis. Sic multi canonici, quando ſciunt magnum lucrum temporale currunt ad eccleſiam, ſed quando modicum eſt lucrum remanent in domibus ſuis & recreationibus, & ad eccleſiam clericos ſuos mittunt.

m *Et acceſſerunt ad eum cæci & claudi in templo.* Moraliter cæci ſunt ignorantes, claudi vero rectitudinem iuſticiæ dimittentes. Et iſti curantur, aliquando per pauperes prædicatores, Chriſti ſectatores, per eorum bona conſilia & hortamenta, de quo tamen indignantur aliquando mali ſacerdotes. Contra quos ſubditur:

✱ Nunquam le-



A a *Mirabilia quæ.* Vt flagello vnius & vilis tot eijci, menſas ſubuerti, quo nihil mirabilius egit. Igneum & ſidereũ aliquid radiat ex eius oculis, lucet in facie maieſtas deitatis.

b *Dixit eis.* Non patet calumnię, non ait, bene faciunt vel male vel ætati parcite, ſed temperat, & ſe tacente verba puerorum teſtimonio ſcripturæ confirmat.

c *Infantium & lac.* Teſtes miraculorum Chriſti infantes dicuntur, non ætate ſed ſimplicitate. Lactentes quaſi lacte id eſt miraculorum ſuauitate delectati, quę dicuntur lac, panis vero doctrina perfecta.

d *Abijt foras.* Quia pauper, nulliq; adulatus, nullum in tãta vrbe inuenit hoſpitem: ſed apud Lazarum receptus eſt.

e *Fici arborem.* Sicut multa dixit in parabolis, ita & fecit. Cur enim in ficu fructum quæreret, cuius tempus nondum eſſe quilibet ſciret, & ob id ęternę ſterilitati damnaret, niſi quia plebem quam docebat verbo, terruit hic facto? ne quis habens folia, ideſt verba iuſticiæ ſine fructu operum mereatur excidi. *† Pſal. 8. a*

f *Folia.* traditiones Phariſæorum ſine fructu veritatis. vnde alius Euangeliſta: nondum erat tempus ſaluationis Iſrael, eò quòd populus Gentium nõdum ſubintraſſet. vel quia præterijt tempus fidei, cum ſpretus ad gentes tranſijt. *Mar. 11. b*

g *Nunquam ex.* Non facit iniuriam creator poſſidenti, ſi creatura ſua ad arbitriũ ſuum vtitur, & ad vtilitatem aliorũ.

h *Et videntes.* Paſſurus Dominus & ſcandalum crucis portaturus, diſcipulorum animos debuit ſigni anticipatione ſignare. vnde & mirabantur, quod ficus aruit, potuit eadem virtute inimicos ſiccare, niſi per patientiam eorum expectaſſet ſalutem.

i *Fidem & non haſitaueritis.* Perfectam fidem habet, qui per dilectionem operatur: hic poteſt montes transferre. Alij B de peccato veniam obtinent, ſi ipſi alijs dimittunt. Myſtice. Per prædicationem apoſtolorum Dominus qui eſt mons a Iudæis eſt ablatus, & in mare Gentium miſſus. Excluſionem ſuam de electis, amplius ſęuiendo vindicat in reprobis. *Myſtice*

k *Accipietis.* Et ſi differatur ad tempus oportunum, & ſi non his quibus petitur. tamen qui digne petunt.

*Interroga*

a dotum et ſcribę mirabilia quę fecit, & pueros in templo clamantes et dicentes: oſanna filio Da- a
a ¶Non auſi manum mittere, opere calumniabantur & teſtimonium populi.
uid: indignãti ſunt et dixerunt ei: b c
a ¶Quaſi aſcribis tibi hęc eſſe ſcripta de te.
Audis quid iſti dicunt? Ieſus au- d
a ¶Perfidis contemptoribus.
b tem dixit eis: Vtiq;: Nunquam e
c legiſtis: † quia ex ore in fantiũ et
a ¶Perfectio laudis eſt fieri ab indoctis, in quibus ſola veritas operatur, non ingenium hominis.
lactẽrium perfeciſti laudem? † Et f
a ¶Incredulis & contradicentibus.
a relictis illis abijt foras extra ciui- g
a ¶In domum obedientiæ vocationem gentium præfigurans.
b ¶Vſque ad conſummationem ſeculi.
tatem in Bethãniam, ibiq; † mãn
¶More ſtudioſi operatoris qui mane ſurgit.
ſit. Mane autem reuertẽs in ciui- h
a ¶Pro veritate carnis vel ſalutem credentium
b ¶Synagogam.
a tatem ẽſurijt, & videns fici arbo- i k
a ¶Non in via ſpiritus ſed literę.
b ¶Immobilem ſine pedibus euangelij.
rem vnam † ſecus viam venit ad l
f eam, & nihil inuenit in ea niſi fo
a ¶i. eloquia legis & prophetarum.
g liã tantum, & ait illi: † Nũquam m
¶Tali. a ¶Damnanda.
ex te fructus naſcatur in ſempi-
a ¶Folia & truncus aruit, ſola radix viuit, quæ in fine mundi pullulabit.
ternum. Et arẽfacta eſt continuo
h ficulnea. Et videntes diſcipuli n
a ¶Quando maledicta eſt.
mirati ſunt, dicentes: Quõmodo continuo aruit ✱? Reſpon- o
dens autem Ieſus, ait eis: † Amen p
a ¶Quę non frangatur aduerſis.
i dico vobis, ſi habueritis fidẽm,
a ¶Vos accepturos quod petitis.
& nõ hæſitauẽritis, non ſolũ † de q
a ¶Et ad literam quando ratio exigit, iam in multis factum eſt vel ſuperbo diabolo.
ficulnea facietis, ſed & ſi mõnti
a ¶De prædeſtinatis.
huic dixeritis † tõlle & iacta te in
a ¶In turbulentos infideles.
¶Quæ ad ſalutem pertinent.
mãre: fiet. † Et omnia quæcum r
¶Non hęſitantes.
que petieritis in oratione creden s
k tes, accipietis. Et cũ veniſſet in tẽ t
a Q. Si diceret ſe Chriſtum: arrogantem & ſuperbum & ſacrilegum inuaderent.
plum, acceſſerunt ad eum docen u
tem, principes ſacerdotum & ſeniores populi, dicentes: † In qua x

*† diuerſatus eſt* *† Nõ vltra* *Diuiſio* *✱ ficus* *† Mar. 11. c Luc. 17. b* *† tollere iactare.* *† Mar. 11. d Luc. 20. a*

NIC. DE LIRA.

¶ a Et pueros &c. *ipſum ſcilicet eſſe Chriſtum verum.*

b Indignati ſunt. *veruntamen, quia non audebant miracula manifeſte impugnare, ideo arguunt eum de applauſu populi, quem ſuſtinebat circa ſe.*

c Et dixerunt ei: audis quid. *q.d. ſi tu eſſes iuſtus & bonus, tu non ſuſtineres talem applauſum populi.* *Io. 14. b. 16. e*

d Ieſus autem dixit eis. *Hic ponitur Chriſti reſponſio: vbi Chriſtus oſtendit eos iuſte reprobandos a Deo: & primo facto, ſecundo euidenti ſigno, ibi: Mane autem reuertens. In prima ergo parte dicitur ſic:* Ieſus autem dixit. *quaſi diceret, bene ſcio, quid iſti dicunt, me Chriſtum confitendo: & quod hoc debeam ſuſtinere patet, quia hoc eſt ex diuina præordinatione, ſecundum quod ſcribitur in pſal. propter quod ſubdit:*

e Nunquam legiſtis, quia ex ore infantium. *quaſi dicat uos qui eſtis legiſperiti deberetis ſcire hanc ſcripturam, & per conſequens me non reprehendere.*

f Et relictis illis ab. *tanquam excæcatis per inuidiam.*

g Abijt foras extra ciuitatem. *& in hoc quod dimiſit eos corporaliter oſtendit facto eos eſſe dimittendos a Deo ſpiritualiter propter eorum excæcationem.*

h Mane autem reuertens. *Hic conſequenter oſtendit eos iuſte reprobandos a Deo euidenti ſigno. in hoc videlicet quod arborem fici habentem folia tantum, maledixit. & per hoc oſtendit ſacerdotes illos eſſe maledictos a Deo, in quibus non erant opera veritatis, ſed tantum exterior apparentia ſanctitatis: Sicut enim propheta non ſolum verbis ſed aliquando factis prophetabãt, ſicut Iſaias iuit diſcalceatus, in ſignum quod populus ſic duceretur captiuus, ita Chriſtus maledixit ficui, non propter maliciam arboris vel defectum eius, quia nõ erat tempus ficorum, vt dicitur Marci. xi. ſed ad ſignificandum, quod ſacerdotes qui erant ſine fructu bonorum operum, eſſent maledicti a Deo. Dicit ergo:* Mane autem. *ideſt in Ieruſalem.* C

i Eſurijt. *Iſta autem eſuries non fuit naturalis, quia in ſero præcedenti comederat, nec erat adhuc hora comedendi: ſed ſicut maledictio arboris erat figuratiua, ſic iſta eſuries ſignabat deſiderium Chriſti de ſalute populi.*

k Et uidens fi. *Per hoc autem quòd arbor iſta non erat in via ſed extra ſignificabatur quòd ſacerdotes erant extra viam iuſticiæ.*

l Venit ad. *quia Chriſtus in ſacerdotibus non inuenit fructum pietatis, ſed tantum apparentiam ſanctitatis.*

m Et ait il. *quia ſacerdotes ex maledictione Dei fuerunt reprobati, & honore fidei & deuotionis totaliter priuati.*

n Et ui. mi. *de ſubita arboris exiccatione.*

o Reſpondens Ieſus dixit e. *Ad miracula enim facienda requiritur fides, vel ſaltem ſignum fidei, quia etiam aliqui mali ad inuocationem Chriſti leguntur feciſſe miracula, ut dictum eſt ſupra. vi. cap.*

q Non ſolum de fi. &c. iac. te. in. *Hoc eſt aliquid æquale vel maius. licet enim apoſtoli & diſcipuli Chriſti non legantur tranſtuliſſe montes de loco ad locum, tamen leguntur maiora feciſſe, ſicut eſt ſuſcitare mortuos, & illuminare cæcos, & conſimilia, quæ non poſſunt fieri niſi virtute diuina. euerſio autem montiũ & præcipitatio eorum in mari aliquando fit virtute naturæ, ſicut patet in terręmotu.*

r Et omnia quæcunque. *dum tamen oratio ſit pro ſe ad ſalutem & perſeuerans.*

s Credẽtes acci. *quia omnis talis oratio ſemper exauditur, licet aliquando exauditio differatur, vt dictum eſt ſupra vij. cap.*

t Et cũ veniſ. *Poſtq̃ ſacerdotes impugnauerunt Chriſti famam & gloriã, hic impugnãt eius doctrinam. & diuiditur in duas: quia primo ponitur eorum impugnatio, ſecundo ponitur ipſius Chriſti cauta euaſio, ibi: Reſpondens Ieſus dixit: Dicit ergo:* Cum ve. in tem. *i. in atrium templi, vbi conueniebant homines ad orandum & verbum Dei audiendum ut ſupra dictum eſt.* D

v Acceſſerunt ad eum docentem. *Ex quo patet, quod non venerunt ex ignorantia, ſed ex malicia.*

x Dicentes, in qua poteſtate hæc facis. *Aliqui exponunt hoc de miraculis a Chriſto factis, quaſi dicerent: tu non facis virtute diuina, ſed arte magica. vnde ſupra dicebant. xij. b. In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia: ſed hoc non videtur verum, quia illa die non legitur aliquod miraculum*

¶ *feciſſe in*

MORALITER.

✱ e *Nunquam legiſtis &c.* quaſi dicat: ſi ſacræ ſcripturæ noticiam haberetis, non indignaremini, ſed gauderetis: & ita fit communiter, quod bene literati non indignantur ſed gaudent: quia per hoc impoſito ſibi onere ſubleuantur.

f *Et relictis illis abijt foras extra ciuitatem in Bethaniam &c.* Chryſoſtomus. vt ibi maneret corporaliter, vbi habitabant ſpiritualiter.

k *Et videns.* Per arborem iſtam fructu vacuam, ſed folia habentem ſignificatur doctor vel prædicator vanus & curioſus, quærens auditorum applauſum, & non fructum, propter quod Dei maledictionem incurrit. & per deuotionis defectum exiccatur & igne gehennę finaliter concrematur. *Sup. Matt. hom. 68. ex c. 21. m. 2.*

p *Amen dico vobis ſi habueritis.* hoc fecerunt apoſtoli myſtice quando dæmones, qui montes dici poſſunt ratione ſuperbię eijciebant ſuæ fidei, virtute.

r *Et omnia quæcunque petieritis in ora. &c.* hoc enim fit ſemper quã do oratio eſt pro ſe perſeuerans, & de pertinentibus ad ſalutem.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Interroga &c.* Poterat aperte cōfutare eos: ſed ideo interrogat, vt ſuo vel ſilentio vel ſententia damnētur, & in qua poteſtate hoc facit, cognoſcāt per ſe, ſecūdum illud Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum. (Pſal. 57.a)

b *Nec ego di. vo.* Duabus de cauſis occultatur veritas, vel quia non ſunt capaces auditores vnde: Habeo multa vobis dicere ſed nō poteſtis portare modo. Vel quia ſunt contemptores. vnde: Nolite ſanctum dare ca. (Ioan. 16.c; Sup. 7.a)

c *Homo quidam.* Facta ſacerdotibus cauta reſponſione, ſtatim infert parabolam, qua & illos impietatis arguat, & ad gentes regnum Dei transferendum doceat. Vt ſimpliciter, hæc parabola eſt non de Gentibus & de Iudæis, ſed de peccatoribus & iuſtis vt poſtea Dominus diſſerit: Amen dico vobis, quia publica. & mere. præce. vos in regno Dei. (Sup. 20.b)

d *Vade ho.* ex quo homo conditus eſt, legem habuit. Quod tibi nō vis fieri alij ne feceris. (Sup. 7.d)

e *Dicūt ei.* In quibuſdam codicibus habetur pro primus, nouiſſimus Intelligunt enim veritatē ſed tergiuerſando vel ſubterfugiendo nolunt dicere quod ſentiunt, vt de Baptiſmo Iohannis. († apud ſeſe † regnum)

f *Iohannes in via iuſticiæ.* Iohannem Iudæi contemnentes:

## NIC. DE LYRA.

¶ *feciſſe in templo. ideo intelligitur melius de actu docendi, quem exercebat actualiter, & hoc ſignatur, cum dicitur:* Acceſſe. ad &c. *& ideo fecerunt ſibi duplicem quæſtionem, ad terrendum eum & ad capiendum. prima fuit: In qua poteſtate hæc facis id eſt qua autoritate doces populum. quia autoritatem docendi in templo habebant ſacerdotes & legis doctores, ad hoc aſſignati a principibus ſacerdotum, & non alij. Chriſtus autem neutram autoritatem habebat. Secunda quæſtio eſt.* (Duplex quæſtio)

F a Quis tibi dedit hanc poteſtatem. *quia poteſtatem docendi non habebat a ſacerdotibus nec ab imperatore, cui erant ſubiecti & ſic a nullo videbatur habere, ſed magis ſibi vſurpare.*

b Reſpondens autem Ieſus &c. *Hic ponitur Chriſti cauta euaſio, quia quaſi retundens clauum clauo propoſuit eis aliam quæſtionem, per quam coacti ſunt recedere abſque Chriſti reſponſione: Quæſtio autem iſta fuit.*

c Baptiſmus Iohannis &c. è cælo. *id eſt ex diuina ordinatione.*

d An ex hominibus. *id eſt ex humana fictione.*

e At illi cogitabant inter. *viam, ſcilicet reſpondendi, ſed non habebant. propter quod ſequitur.*

f Si dixerimus è cæ. *id eſt ex diuina ordinatione.*

g Dicet nobis &c. *quare non receperant baptiſmum Iohannis, ſed magis ſpreuerant. Similiter & teſtimonium Iohannis de Chriſto, quod ipſi audierant per nuncios ad Iohannem miſſos, ut habetur Ioh. 1. a. Si autem dixerimus ex hominibus, hoc eſt ex humana fictione.*

h Timemus turbā: *ne ſcilicet lapidet nos, tanquam blaſphemos. Cuius ratio ſubditur.*

i Omnes enim habebant. *id eſt reputabant.*

k Iohannem ſicut prophetam. *ſanctum ſcilicet & verum, & per conſequens verba eius & facta ex inſpiratione diuina.*

l Et reſpondentes Ieſu dixerunt: Neſcimus: Ait illis &c. *Ex ſui enim taciturnitate compulſi ſunt a ſua petitione ceſſare. Sed quæritur hic, quare non reſpondit eis manifeſte, quia ſtatim poterat dicere, quod ipſe non haberet autoritatem docendi a ſacerdotibus vel a Ceſare: habebat tamen immediate a Deo patre, quod erat maius: Sicut & multi prophetæ leguntur immediate miſſi ad docendum populum, & non ex autoritate regum vel ſacerdotum. Dicendum, quod licet poſſet prædicto modo reſpondere, noluit tamen, duplici de cauſa. Primo, quia prædixerat ſupra. Nolite ſanctum dare canibus, nec margaritas ponere ante porcos: illi autem erant in malicia obſtinati: & ideo non erant digni, vt eis veritas mani-* († regum; Cap. 7.a)

a ¶Quaſi non Dei, ſed Beelzebub, vt ſupra. b ¶Filium Dei negant, quem non ſuis ſed alienis viribus operari putant.

poteſtate hæc facis & quis tibi dedit hanc poteſtatem? Reſpondens autem Ieſus dixit eis: Interrogabo uos & ego vnum ſermonem, quem ſi dixeritis mihi, & ego dicam vobis, in qua poteſtate hæc

¶Dicite mihi.

facio. Baptiſmus Iohānis

¶Ex ſtatuto Dei.

vnde erat: è cælo an ex ho-

¶An fictione hominum.

minibus? At illi cogitabāt † inter ſe, dicētes: Si dixerimus è cælo, dicet nobis: Quare ergo non cre-

a ¶Qui dixit: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. ¶Qui mihi teſtimonium perhibuit, & in qua poteſtate hæc facio, demonſtrauit.

didiſtis illi: Si autem dixerimus ex hominibus: ti-

a ¶Timent lapidationem, ſed magis veritatis confeſſionem.

mèmus turbā: † Omnes

a ¶Cuius Baptiſma ſuſceperant.

enim habebāt Iohannem ſicut prophetā. Et reſpondentes Ieſu dixerunt: Neſcimus: Ait illis & ipſe:

a ¶Non ego dico vobis quia non vultis fateri, quod vtique ſcitis.

Nec ego dico uobis, in qua poteſtate hæc facio. Quid autē vobis videtur.

a ¶Deus, qui paterne diligit omnes quos creauit.

Homo quidam habebat

a ¶Populos.

duos filios, & accedens ad

a ¶Gentilem quia Noe. ¶Quia prius fuit gentilis quàm Iudæus.
b ¶Non in auribus ſed dans intellectum in ſenſibus.

primum dixit: Fili: vade

a ¶In tempore huius ſæculi.
b ¶Quod tibi non vis, alij ne feceris.

hodie operare in vineam

a ¶Superbe cum bonum reliquit, & malum elegit.

meā. Ille autē reſpondens

a ¶Hic liberum arbitrium.
b ¶In aduentu Chriſti.

ait: Nolo. Poſtea autē pęnitentia motus abijt. Ac-

¶Iudæum qui ab Abraham.

cedens autē ad alterum, dixit ſimiliter. At ille re-

¶Moyſi.
a ¶Omnia quęcumque dixeris faciemus.

ſpōdens ait: † Eō Domine:

a ¶Quia filium extra vineam interfecit.

& non iuit: Quis ex duobus fecit uolūtatē patris?

a ¶Vt ſuo iudicio damnentur.

Dicūt ei: Primus. Dicit illis Ieſus: Amē dico vobis:

a ¶Vt Matthæus. ¶Vt Maria.

quia publicani & meretrices præcedent uos in † re-

a ¶In cælo, vel eccleſia.
b ¶Quare.

gnō Dei. Venit enī ad uos

¶Prædicando. Chriſto vel præcepta Dei.

Iohannes in via iuſticię &

G *tas manifeſtaretur. Secundo, quia Chriſtus voluit oſtendere facto, quod licet vti cautelis contra cautelas malorum inſidiantium bonis: Hoc modo Paulus poſuit diſſentionem inter Phariſæos & ſaduceos volentes eum occidere, vt habetur Act. xxiij. & appellauit ad Cæſarem, ne traderetur Iudæis in Ieruſalem.*

m Quid autem vobis videtur. *Hic Chriſtus oſtēdit Iudæos contemptores ſuæ maieſtatis verbo rationabili: & hoc dupliciter. Primo, quia legem a Deo receptam non ſeruauerunt. Secundo, quia legiſlatorem Chriſtum impugnauerunt, ibi: Homo erat paterfamilias. Circa primum dicit ſic:* (Act. 25.a)

n Homo quidam &c. *Homo iſte eſt ipſe Deus: Qui dicitur homo, propter hoc, quòd homo eſt ad imaginem Dei factus, & propter humanitatem aſſumptam. Iſti duo filij ſunt duo populi, gentiles & Iudæi.*

o Et accedens ad primum. *i. gentilem populum qui incepit a Noe. Iudæi autem ab Abraham vel ab ipſo Heber. vnde dicti ſunt Hebræi, qui Heber fuit longe poſterior ipſo Noe. Sequitur.*

p Dixit primo. *id eſt gentili populo.*

q Fili vade hodie operare &c. *Id eſt fac iuſticiā, quia nunquam Deus deſtitit homines incitare ad bonum per occultos inſtinctus.*

r Ille autem reſpondens. *quia gentiles per totum mundum ad idololatriam declinauerunt.*

s Poſtea autem pęnitentia motus abijt. *quia gentiles ad prædicationem Chriſti & Apoſtolorum credentes opera pęnitentiæ humiliter egerunt.*

t Accedens autem ad alterum. *hoc eſt ad Iudaicum populum.* († ſup. 14.a)

v Dixit ſimiliter. *Per Abraham & alios patriarchas & Moyſen, quod ſcilicet facerēt opera iuſticię.*

x At ille reſpondens ait: Eo Domine: *quia Iudæi obligauerunt ſe ad ſeruiendum Domino per ſuſceptionem legis, vnde dixerunt. Cuncta quæ loquutus eſt Dominus, faciemus.* (Exod. 24.d)

y Et non iuit. *quia Iudæi legem ſuſceptam non obſeruauerunt: ſed ad idololatriam & prophetarum occiſionem, & ad infinita mala declinauerunt. vt habetur libro Iudicum: & libro Regum.* (Iud. 10.b)

H

z Quis ex duobus fecit. *non enim aliter poterant reſpondere, quia minus malum eſt non promittere, quàm promiſſum non ſeruare.* (& 3. Reg. 19.e)

a Dicit illis Ieſus. *ex reſpōſione eorū cōfutans eos.*

b Amen dico vobis &c. *q. d. non ſolum gentiles, ſed peſſimi de gentibus erunt maiores meriti apud Deum, quàm vos: quia ſecundum Hiero. Simulata ſanctitas duplex eſt iniquitas. Et hoc vitium potiſſime vigebant in ſacerdotibus & leuitis. Et ad declarationem ſui dicti ſubdit:* (Mal. in hie.)

d Venit enim ad vos Iohannes in vita iuſticiæ &c. *Quia opera perfectionis faciebat, & iterū, quia Chriſtum annunciabat, qui eſt ipſa iuſticia ſempiterna, vt habetur Daniel. ix.*

e Et non credidiſtis ei. *opera eius imitando, & doctrinam eius audiendo.*

¶ Publicani autem

## MORALITER.

✱ c *Baptiſmus Iohannis &c.* per hoc oſtendit Chriſtus, quod malignantibus quales erant iſti, non ſunt Dei ſecreta reuelanda, ſicut Chriſtus dixerat, Nolite ſanctum dare canibus: ſed eorum malicia prudenter eſt declinanda. (Sup. 7.a)

n *Homo quidam habeb. &c.* per primum filium qui primo renuit patris præceptum, ſed poſtea fecit, ſignificantur peccantes, qui pœnitent poſtea viriliter operantes. per ſecundum vero filiū qui facere voluntatem patris promiſit & non fecit, ſignificantur, illi qui operari virtuoſe ſe promittunt, ſed non faciunt: de quibus ſunt multi religioſi profitentes ſeruare magna, ſcilicet euāgelica conſilia, cum tamen non obſeruēt etiam præcepta. propter quod ſeculares etiam peccatores tamen poſtea pœnitentes eis coram Domino præponuntur, cum dicitur:

c *Quia publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei &c.* Sequitur: *Homo erat paterfa. &c.* Secundum ſenſum allegoricum homo iſte Chriſtus eſt, qui plantauit eccleſiam de ſuo latere formatam.

✱ *Et ſepem*



A continentes, nec uiam iuſtitiæ comprehenderunt, nec de operibus malis pęnitentiam egerunt.

a *Vos autem.* Gregorius. Quia aperte nolebant reſpondere ſapientiæ, in parabolis capiuntur. (Iſa. 5.b)

b *Vineam.* de qua Iſa. Vinea domini ſaba. &c.

c *Fodit.* In foſſione timor notatur, quia præcepta illa legalia non amore ſed timore ſeruabant. († pęnitētia moti fuiſtis)

d *Tempus fru.* Bene tempus fructuum, non fructus: quia nullus fuit in illo contumaci populo.

e *Nouiſſime &c.* Vide patrisfamilias patientiam qui expectat ad pęnitentiam.

f *Verebuntur.* Quaſi faciam quod meum eſt. ipſi videant quod ſuum eſt.

g *Hic eſt hæres.* Patet principes ſacerdotum non per ignorantiam, ſed per inuidiam occidiſſe Ieſum cum ſcirent eum eſſe, cui dicitur: Poſtula a me, & dabo tibi gen. hære. tu. vnde & conſulentes ſibi aiebant: Si dimittimus eum ſic &c. (Pſal. 2.b; Ioan. 11.f)

h *Habebimus hære.* Hæreditas Chriſti quam reſurgens poſſedit, eccleſia eſt quam moliebantur præripere Iudæi: dum fide eius extincta, iuſticiam, quæ ex lege eſt, Gentibus perſuadere conabantur.

i *Eiecerunt extra ui.* Marcus mutat hūc ordinem, dicens: Occiderunt & eiecerunt extra uineam, quaſi uile cadauer. In quo notat pertinaciam, quia occiſo domino & reſuſcitato, a ſuis finib. eum excluſerunt, & Gētibus miſerūt. (Mar. 12.a)

k *Quid faci. agri.* Hiero. Alij videntes cōtra ſe dictum, dixerunt ſecundum Lucam, Abſit, cum etiam ſecundum Marcum dominus a ſe dixiſſet: Malos male per. & vi. ſuam lo. agri. alie. q. r. e. f. t. ſuis. Myſtice. Cui vinea locatur colenda: cum miſterium baptiſmi datur: quod operando exerceat. Mittitur ſeruus vnus & alter: cum lex, pſalmus, propheta legitur, quorum monitu bene operetur. Sed miſſus ceditur: eijcitur: cum ſermo contemnitur. vel (quod peius eſt) blaſphematur. Hæredem quātum ad ſe occidit, qui filium Dei conculcauerit, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit. Perdito malo, vinea alij datur. cum donum gratiæ quod ſuperbus perdit, humilis accipit. (Luc. 20.b; Marc. 12.a; Cō. in Mat. li. 3. ca. 21. tom. 9.; Myſtice.; † occupemus)

B

a *Lapidem*

## NIC. DE LYRA.

¶ a Publicani au. & me. cre. ei. *Ad prædicationem eius pęnitentiam agendo.*

b Vos aut videntes. *Iſtorum ſ. pœnitentiā.*

c Nec pœnitentiam ha. *ad imitationem eorum. Ex quo ſequitur aggrauatio peccati ſacerdotum & phariſæorum.*

d Aliam parabolam. *Hic conſequenter oſtēdit qualiter ipſi impugnauerunt Chriſtum legiſlatorem. Et diuiditur in duas: quia primo ad oſtendendum propoſitum proponit quandam parabolam. ſecundo confirmat ſuum propoſitum per ſcripturam, ibi: Dicit illis Ieſus, nunquàm legiſtis. Circa primum dicit ſic:* (Diuiſio)

e Homo erat. *Iſte homo, Deus eſt rationibus prædictis: Qui dicitur paterfamilias, quia ſic gubernat totam creaturam, ſicut paterfamilias gubernat ſubditos in domo.*

f Qui plantauit vineam. *ſcilicet Iſrael. ſecundum quod dicitur Iſa. 5. b. Vinea Domini exercituum domus Iſrael eſt.*

g Et ſeptem circundedit ei. *ſcilicet clauſuram legis & mandatorum.*

h Et fodit in ea torcular. *dando doctrinam prophetarū, in qua exprimitur & declaratur magis virtus legis.*

i Et ædificauit turrim. *ſcilicet templum in Ieruſalem, quod erat ædificatum ad modum turris. vnde templum dicitur turris. Michea. iiij. c. Et tu turris nebuloſa &c.*

k Et locauit eam agricolis. *videlicet ſacerdotibus & principibus, qui habent officium ſeruādi cultum diuinum & iuſticiam in hominibus.*

l Et peregre profectus eſt. *non quia mutet locum cum ſit vbique præſens, ſed quia dimittit homines agere ſecundum libertatem arbitrij, ſecundum quod dicitur. Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu conſilij ſui.* (Eccl. 15.c)

non credidiſtis ei. Publicani autē &

a ¶Viam iuſtitiæ quam prædicauit.

meretrices crediderūt ei: uos autem uidentes, nec pœnitentiam habui-

a ¶Saltem poſt completam eius prophetiam.

ſtis poſtea, ut crederetis ei. Aliam

a ¶Vbi mortem ſuam eis improperauit.
b ¶Alijs loquutus eſt.

parabolam audite. † Homo erat pa-

a ¶Dominus ſabaoth. b ¶Communitionem ſ. terram promiſſionis.

terfamilias, qui plantauit uineam

a ¶Murum urbis, uel angelorum cuſtodiam, uel belliccoſorum uirorum, ut Dauid & Machabæorum.

& ſepem circumdedit ei, & fodit in

a ¶Impoſuit ei tormenta legalia, per quæ cogeretur ad bene uiuendum. b ¶Templum.

ea torcular, & ædificauit turrim, &

a ¶Qui ſunt operarij in uinea. b ¶Non mutando locum, ſed operandi relinquent liberum arbitrium.

locauit eam agricolis, & peregre profectus eſt. Cum autem tempus fructuum appropinquaſſet, miſit

a ¶Moyſen & Aaron legiferos. b ¶Qui ſe male colebant. c ¶Vt inquirerent fructum legis.

ſeruos ſuos ad agricolas, ut acciperent fructus eius. Et agricolæ ap-

a ¶Legis cuſtodibus. b ¶Vt Ieremiam.

prehenſis ſeruis eius, alium cæcidē-

a ¶Vt Iſaiam.

runt, alium occiderunt, alium verò

a ¶Vt Zachariam quem occiderunt inter tem. & al.

lapidauerunt. Iterum miſit alios ſer-

a ¶Prophetarum choros.

uos plures prioribus, & fecerunt il-

a ¶Adhuc locum dat pœnitentię.

lis ſimiliter. Nouiſſimè autē miſit ad eos filium ſuum dicēs: Verebun-

a Non de ignorantia, ſed ſemper ambigere dicitur. Deus, vt libera voluntas homini reſeruetur.

tur forſitān filium meum. Agricolę autem uidentes filium, dixerunt intra ſe. Hic eſt hæres, venite occidamus eum, & † habebimus hæreditatem eius. Et apprehenſum eum

a ¶Quia extra portam paſſus eſt, vel prius a cordibus incredulorum repulſus, deinde crucifigitur.

eiecērunt extra uineam, & occide-

¶Iudicauit.

runt. Cum ergo uenerit dominus

a ¶Non ignorans quærit. ſed vt ſua reſponſione eos condemnet.

uineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi: Malos malè perdet, &

a ¶Eccleſiam de alijs nationibus eliget.

uineam ſuam locabit alijs agrico-

C

m Cum autem tempus fructuum appropinquaſſet. *quia poſt legem ſuſceptam debebant facere fructum bonorum operum.*

n Miſit ſeruos ſuos. *Id eſt primos prophetas.*

o Ad agricolas. *id eſt ad reges & ſacerdotes principaliter, & ad alios eis ſubiectos conſequenter.*

p Vt acciperent fructus. *per prædicationē ſuam eos ad fructū bonorū operū reducendo.*

q Et agricolæ apprehenſis ſeruis eius. *quia reges multi & ſacerdotes prophetas ſibi miſſos a Domino turpiter comprehenderunt, & incarcerauerunt, ac occiderunt. & hoc eſt quod ſubditur.*

Alium cæci. *ſicut Iſaiam qui ſerratus fuit cū ſerra ex præcepto Manaſſe regis Iuda.*

s Alium occiderunt. *ſicut Amos quem Oſias vecte per tempora transfixit.* († Mar. 12.a; Luc. 20.b)

t Alium vero lapidaue. *vt Zachariam, quē Ioas rex Iuda lapidare iuſſit inter templum & altare.*

v Iterum miſit alios ſeruos plures prioribus. *multiplicando ſcilicet prophetas ad populi correctionem.*

x Et fecerunt illis ſimi. *eos ſ. occidendo in tantum quod impleuerunt Ieruſalem ſanguine prophetarum vſque ad os, vt dicitur. iiij Regum. xxi.*

y Nouiſſime autem miſit ad eos filium ſu. *pro nobis incarnatum, dicens.*

z Verebuntur forte fi. me. *hoc non dicitur quia Deus ignoraret contemptum, quem Iudæi facturi erant Chriſto, ſed per hoc exprimitur, quis deberet fieri, ac ſi diceret:* Verebuntur fi. me. *id eſt in reuerentia deberent habere.*

a Agricolæ au. *i. ſacerdotes & legiſperiti.*

b Videntes filium. *id eſt Dominum Ieſum Chriſtum opera diuinitatis facientē, & omnia, quę prędicta erāt de ipſo adimplentem.*

c Dixerunt in ſe hic eſt hæ. *quia de ipſo veram noticiam habuerunt, vt iam dicetur:*

D

d Venite occidamus eum. *propter hoc tractauerunt de morte eius, ne occaſione Chriſti venirent Romani, & auferrent eis locum & gentem, vt habetur Ioā. xi. & ſic occiderunt eum, vt pacifice poſſiderent ciuitatem & templum: contrarium tamen accidit eis, quia per hoc in vindictam mortis Chriſti perdiderunt locum & gētem: quia per Titum & Veſpaſianū deſtructa eſt ciuitas templi, & populus occiſus & captiuatus.*

e Et ap. eum eie. ex. vi. *quia Chriſtus extra ciuitatem Ieruſalem crucifixus eſt.*

f Cum ergo ve. do. vi. quid fa. agrico. il? *Venit Dominus ad iudicandum & vindicādū illud factum, quando ex eius ordinatione venit contra eos exercitus Romanorum.*

g Aiunt illi, malos male perdet. *Lucas vero iſta uerba refert quaſi a Chriſto dicta: & ſacerdotes dixerunt contrarium: Abſit, vt habetur Lucę xx. Dicendum, quod non eſt contradictio: quia in turba illa erāt aliqui, qui conſentiebant doctrinæ Chriſti. & illi dixerunt:* Malos male perdet. *vt hic dicit Matthæus: Et hanc reſponſionem quaſi approbando tanquam veram Chriſtus repetijt, vt dicit Lucas: Et tunc conſequenter ſacerdotes videntes, quod erat dictum contra eos, dixerunt, Abſit: Malos autem Dominus perdidit, quando ciuitatem & templum per Romanos deſtruxit. Sequitur:*

h Et vineam. *quia Chriſtus eccleſiam ſuam regendam tradidit apoſtolis & alijs diſcipulis.*

¶ Qui reddant

## MORALITER.

✱ g *Et ſepem circumdedit.* id eſt doctrinam euangelicam.

b *Et fodit in ea torcular.* Id eſt martyrum patientiam, qua roborata eſt eccleſia.

i *Et ædificauit turrim.* Id eſt contemplationem confeſſorum & doctorum.

k *Et locauit eam & cæte.* Rab. Moraliter hæc vinea cuicunque locatur, cum baptiſmi myſterium ſibi datur, vt bene operando in ea excerceatur. Mittitur ſeruus vnus alter tertius cum lex



✱ pſalmus pro-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

F a *Lapidē quē.* Quod vinea alijs locabitur, affirmat prophetico exēplo. *Lapidē.i.* Chriſtū cuius fidē & iuſticiā contempſerunt.
b *Edificantes.* Qui de ſubdita plebe quaſi Deo domum ſtruere videbantur.
c *Et qui ce, &c.* Qui credit: & tñ peccat, cadit ſup illū lapidē & nō cōterit: ſed cōſtringit, qa p patiētiā ad ſalutē reſeruat, ſed cui lapis irruit.i. q negat penitus conterit, vt nec teſta remaneat. Vel cadit ſup eū qui mō cōtēnit & iniurijs afficit, necdū penitus interijt, ſed quaſſat vt nō ambulet rectus. Cadit ſuper illum lapis, quando veniens in iudicio opprimit, cum dicit: Ite in ignem æternum.
d *Et quæ.* Quaſi mētiētē interficere q̃runt in quo vera probantur, quæ dixerat: Ipſe eſt enim hæres: illi praui coloni, qui ſolo humano errore retardantur donec veniret hora eius. Myſtice. Principes, & ſcribæ q̃rūt manū mittere in Ieſū, nec audēt timore, cū q̃libet ſolo noīe frater, fidei & pacis veritatē (quā nō diligit) pp bonos cohabitātes vel erubeſcit, vel timet impugnare: qui tamē (ſicut de ſtultiſſima auium ſtruthione Dn̄s ait) cum tempus venerit in altum alas erigit, quia perſequendo eccleſiam, quaſi Deum cruci adijcere & oſtentui gaudebit habere.

† Pſal. 17.c Mar. 12.a Luc. 20.c ‖ Iob. 39.4 ‖ Myſtice ‖ Mar. 11.c & 12.a Luc. 19.g & 20.d & 22.a Ioan. 7.d & g

a Verbi vel facti, pro competentia temporis.
lis, qui reddant ei fructum tempo- a b
ribus ſuis. Dicit illis Ieſus: Nunquā c d
legiſtis in ſcripturis: † Lapidē quem a
Suas traditiones.
reprobauerunt ædificantes, hic fa- b
a Duos populos in ſe vno condens. b Non humanis viribus, ſed Dei potentia.
ctus eſt in caput anguli? A Domino e
factum eſt iſtud et eſt mirabile in o-
a Concludo ex veſtra conceſſione & prophetica autoritate.
culis noſtris. Ideo dico vobis, † quia f
a Iudæis. b Sacra ſcriptura. Vt non ſitis quod eſſe præſumebatis.
auferetur a vobis b regnū Dei, & da- g h
a Gentilibus. Opera.
bitur Genti facienti fructus eius. Et c i
qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, k
confringetur: ſuper quem vero ceci l
derit, conteret eum. † Et cum audiſ
ſent principes ſacerdotum & phari-
ſæi parabolas eius, cognouerunt,
Illas parabolas.
quòd de ipſis diceret: & quærentes d m
eum tenere, timuerunt turbas, quo n
niam ſicut prophetá eum habebát.

## NIC. DE LIRA.

¶ a Qui red. ei. *quia ad prædicationem eorum credidit multitudo gentium.*
b Dicit illis Ie. *Hic confirmat parabolam ſuam per ſacram ſcripturam.*
c Nunquam legi. *i. in pſalmis. q.d. Vos qui eſtis legiſperiti, deberetis hoc ſcire.*
d Lapidem quem. *Ad literā dicitur de ædificatione tēpli Salomonis, qui qdem lapis pluries oblatus eſt ædificatione, & quia non poterat conuenienter collocari, ideo pluries reiectus eſt quaſi reprobatus ab ædificātibus: vltimo autem poſitus eſt in conſummatione anguli, vbi coniungebantur parietes templi, & de illo ſcribitur in pſal.*
F e A do. &c. *quia illud nō fuit a caſu, ſed ex diuina præordinatione: quia lapis iſte figurabat Chriſtum, qui multotiens & multipliciter reprobatus eſt a principibus ſacerdotum, & tamen factus eſt in caput anguli, coniungens Iudæos & gentiles, quaſi duos parietes in vnā eccleſiā. Quod autē Chriſtus dicatur lapis in ſcriptura, habetur Dan. ij.g. Lapis qui percuſſerat ſtatuam, factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſam terram. Quod etiam ſit lapis angularis, habetur Iſa. xxviij.d. Ecce ego mittam in fundamentis ſion lapidem angularem probatum præcioſum &c. Et ex autoritate concluditur reprobatio Iudæorum.*
f Ideo dico vobis. *qui Chriſtum reprobatis.*
g Auferetur a vobis. *ideſt regimen eccleſiæ.*
h Et dabitur. *ideſt apoſtolis & eorum ſucceſſoribus.*
i Et qui ce. *Ille autem cadit ſuper lapidem, qui credēs peccat per lubricitatē carnis ſeu alijs peccatis, & ille confringitur, ſed nondū minuitur, quia non peccat tam grauiter, ſicut ille qui peccat peccato infidelitatis.*
k Super qu. *Super illum vero cadit lapis, in quo inuenitur peccatū infidelitatis. Et iſte cōteritur, qa ex pōdere diuini iudicij grauiſſime punitur.*
l Et cum au. prin. *Hic ponitur concluſio huius ca. vbi oſtenditur obſtinatio ſacerdotum, quia audientes doctrinam eius non fuerunt contriti, ſed magis ad occidendum eum incitati.*
m Et quærentes eum. *ſcilicet ad occidendum.*
n Timuerunt turbas, *ex quo patet, quod ſolo timore retracti fuerunt ab eius morte. Occaſione dictorum in hoc c. quæritur vtrum Iudæi cognouerunt Ieſum Nazarenum eſſe Chriſtum ſibi promiſſum. Et arguitur primo quod non. per illud quod dicitur. Si enim cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent &c. Item. dicit Petrus loquens Iudæis: Scio fratres, quod per ignorantiam feciſtis ſicut & principes veſtri. Itē. dicebat Ieſus in cruce: Pater dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt. Cōtrarium arguitur, per illud. Nunc autem viderunt, & oderunt me & patrem meum. quod autem videtur, manifeſte cognoſcitur. Item ſuper illud quod dictum eſt in præſenti ca. Agricolæ videntes filium dixerunt intra ſe: Hic eſt hæres. dicit Hiero. Manifeſte probat Dominus his verbis Iudæorum principes non per ignorantiam, ſed per inuidiam Dei filium crucifixiſſe. Reſponſio, Dicendum quod in populo Iudæorum aliqui erāt maiores ſcientes ſcripturas legis & prophetarum, aliqui autem minores, ſicut laici & vulgares, tantummodo ſcientes illud, quod eſt de neceſſitate ſalutis: vt præcepta decalogi & huiuſmodi quæ debent ſciri ab omnibus; ſed ſubtilitatem ſcripturarum & dicta prophetarum ignorantes. Item q Chriſtus erat verus homo, propheta ſanctus et Deus in vnitate ſuppoſiti. Dicunt ergo aliqui & bene quantum ad hoc, q minores populi Iudæorum non cognouerunt Ieſum eſſe Chriſtum, nec quantum ad diuinitatem, nec quantum ad humanitatem, quia licet cognoſcerent*

Queſtio. ‖ 1. Cor. 2.b ‖ Act. 3.c ‖ Luc. 23.e ‖ Ioan. 15.d ‖ Gl. in Mat. lib. 3. c. 21. tom. 9. ‖ Solutio.

G *gnoſcerent eum eſſe hominem verum, tamen non cognoſcebant illum eſſe hominem ſeu prophetam, qui erat a Deo promiſſus ſicut Chriſtus. Cuius ratio eſt, quia ignorabant ſcripturas quæ loquuntur de Chriſti diuinitate, & illas quæ loquuntur de determinatione temporis & de ſignis ſui aduentus: ſed maiores cognouerunt eum eſſe verum prophetam a Deo promiſſum & miſſum: quia ſciebant ſcripturas loquentes de tempore ſui aduentus, & de ſignis, quæ omnia videbant in eo impleri: non tamen vt iſti dicunt cognouerunt ipſum eſſe Deum: & ſecundum hoc loquitur Apoſtolus autoritate præallegata. Quod ſi cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. q.d. nunquam cognouerunt eius diuinitatem: Sed hoc non videtur conuenienter dictum, quia ſicut ſcripturæ determinate loquuntur de tempore ſui aduentus: In hebdomadibus illis abbreuiatis, & de ſignis ſui aduentus ſicut eſt tranſlatio regni, vt habetur Gen. xlix. Et modus eius adueniendi in paupertate & humilitate vt habetur Zach. ix.a. vt dictum eſt in præcedenti ca. ita expreſſe vel expreſſius loquūtur ſcripturæ prophetarum de eius diuinitate Iere. xxxiij.c. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & ſuſcitabo verbum bonum quod locutus ſum ad domum Iſrael & Iuda: in diebus illis germinare faciam Dauid germen iuſtum, & faciet iudicium & iuſticiam in terra. & hoc eſt nomen quod vocabunt eum, Dominus iuſtus noſter. In Hebraico vbi habetur hic, Dominus, ponitur nomen Domini tetragrammaton, quod nullo modo poteſt dici de aliquo niſi de Deo vero. Cum ergo iſta autoritas ſecundum omnes doctores etiā Hebraicos expoſita ſit de Chriſto, ſequitur ipſum eſſe verum Deum. Item. dicitur: Paruulus natus eſt nobis. ſequitur: Et factus eſt principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis, quæ etiam autoritas ſecundum Hebræos intelligitur de Chriſto, & in ea ſit expreſſa mentio de eius diuinitate ſicut de humanitate: & multæ aliæ autoritates conſimiles poſſunt ad hoc induci: ſed propter prolixitatem* H *omitto. & ideo dicendum, q ſicut maiores populi Iudæorum habuerunt noticiam de tempore & ſignis ſui aduentus, ita noticiam per ſcripturas habuernt, quantum ad eius diuinitatem. Conſiderandum tamen, quòd aliquid cognoſcitur in habitu, cuius tamen cognitio actualis impeditur propter aliquam paſſionem vel habitum impedientem, ſicut dicit philoſophus. vij. Ethico. q incontinens differt ab intemperato, per hoc quod habet æſtimationem veram, non ſolum in vniuerſali, quam etiam habet intemperatus, vt quod fornicari eſt malum, cum non peccet per ignorantiam: ſed etiam habet æſtimationem veram in particulari. & per hoc differt ab intemperato: & tamen adueniente paſſione corrumpitur æſtimatio vera particularis, quia paſſione vincente iudicat nunc fornicandum, ita q paſſio impedit actualem conſiderationem veram in particulari, & ſi paſſio ſemper duraret, ſemper ſic iudicaret. Eodem modo dicendum eſt, quòd Iudæi habuerunt ueram æſtimationem de Chriſto & in habitu & in actu in principio. ſed quando incepit contra eos prædicare, excitati fuerunt contra eum paſſionibus iræ rancoris, & inuidiæ: quibus paſſionibus impediebantur ab actuali conſideratione veritatis præhabitæ de Chriſto. ideo machinati ſunt in eius mortem, ſicut & incontinens propter paſſionem concupiſcibilis eligit fornicari: quod tamen alias refugeret. Conſiderandum tamen, q illa noticia quam habuerunt de Chriſto per ſcripturas prophetarum, non erat certa certitudine euidentiæ: Tum quia talis certitudo ſolum habetur per demonſtrationem vel ſenſum. Tum quia prophetiæ poſſunt aliquando varie exponi. & ideo erat magis noticia probabilis & veriſimilis coniecturæ: vel ſecundum alios erat ibi certitudo adhærentiæ, quæ tamen poteſt impediri in actu modo prædicto. Per dicta poſſunt ſolui argumenta ad vtranque partem, quia illa argumenta quæ probant q habuerūt noticiam de Chriſto, intelligēdum eſt de noticia habituali prædicto modo. Aliæ autē autoritates, quæ dicunt contrarium, loquuntur de actuali cognitione applicante ad opus, quæ fuit impedita propter paſſionem inuidiæ & rancoris, vt dictum eſt.*

Dan. 9.f ‖ † 12.q.7.c. ſi de rebus ‖ Iſai. 9.b ‖ Philoſophus

## MORALITER.

✠ Pſalmus, prophetia legitur, ſed miſſus cæditur eijcitur cum ſermo contemnitur, vel quod peius eſt, blaſphematur. Heredem vero quantum in ſe eſt occidit, qui filium Dei conculcauerit, & ſpirituali gratiæ contumeliam fecerit. Perdito malo cultore vinea alteri datur, cum donum gratiæ, quod ſuperbus ſpreuerit, humilis accipit.
*l Et cum audiſſent &c.* Chryſo. Hęc eſt differentia bonorum ho- ✠ minum

In Matth. Hom. 69. c. 21. n. 4



A ✠ minum & malorum, bonus enim comprehenſus in peccato gemit, malus autem fremit, non quia peccauit, ſed quia comprehenſus eſt in peccato.

In capitulo xxj. vbi dicitur in poſtilla: In qua poteſtate hoc facis? id eſt qua autoritate doces populum.

### ADDITIO I.

*Ad maiorem harum quæſtionum declarationem attendendum eſt, quòd autoritas docendi apud Hebræos duplex erat: quia aut ſecundum deriuationem generis, vt in ſacerdotibus. Iuxta illud: Interroga ſacerdotes legem. Aut ſecundum graduationem: Sicut cum quis accipit gradum in ſcientia ab alio graduato habente ad hoc poteſtatem. Et tales erant illi ſeptuaginta viri, qui ordinariè iudicabant populum, vt in libro Thamuldico, qui dicitur Chambebrin tractatur. Et quia principes ſacerdotum hanc quæſtionem mouentes, ſciebant Chriſtum non deſcendere per lineam maſculinam ab Aaron ſacerdote, & per conſequens non habere autoritatem docendi ſacerdotalem: Idcirco dimiſſo hoc membro circa ſecundum quærebant, ſcilicet. Quis dedit tibi hanc poteſtatem, quia talis poteſtas ab ipſiſmet ſenioribus & ſacerdotibus concedenda erat, & non ab alio. Ab imperatore enim non pertinebat talis licentia impetrari, quod patet ex hoc. Nam cum Chriſtus reſpondiſſet Phariſæis: Quæ ſunt Dei, date Deo. Ex hoc non fuerunt indignati Herodiani, qui ibi erant, ſed potius contenti de reſponſione Chriſti. Sed conſtat, quòd doctrina diuinæ legis non eſt Cæſaris, ſed Dei. Hoc etiam patet per communem doctrinam eorum ſecundum quam nullus recipiebat, nec hodie tempore captiuitatis eorum autoritatem docendi legem recipiunt ab aliquo principe, quamuis ſint ſubiecti. Et ideo ex his quæſtionibus tacite ſeipſos glorificabant, & Chriſtum vilipendebant: quaſi dicerent: Nullam poteſt habere poteſtatem docendi, niſi à nobiſmetipſis qui ſumus doctores legis: vnde Chriſtus in ſua cauta reſponſione non ſolum eis ſilentium impoſuit, ſed etiam ipſorum errorem exprobauit. Errabant enim in hoc, quòd nullam poteſtatem docendi attribuebant Deo, ſed hominibus, aut ex deriuatione generis vel graduatione perſonæ, vt dictum eſt. vnde Chriſtus oſtendit eis quod eſt alia autoritas docendi præter illas, & illis altior. ſ. ex Deo. Et ideo quærit de baptiſmo Iohannis, in quo noua doctrina fuit diuulgata, vtrum eſſet ex Deo an ex hominibus, in quo includitur, quod poſſibile eſt aliquam doctrinam eſſe ex Deo tantum, ſicut patet de baptiſmo Iohannis, & per conſequens remanebant confuſi: eo quod præſupponebant quòd omnis autoritas docendi erat ab hominibus modo prædicto.*

Agg. 2.c ‖ Luc. 20.c & inf. 22.b

In eo. cap. vbi dicitur in poſtil. Iudæi ab Abraham vel ipſo He-
B ber.

### ADDITIO II.

*Hebræi non dicuntur ab Abraham ratione proprij nominis, vt manifeſte patet per literas Hebraicas, vt ipſemet Poſtillator tradit, Gene. xiiij. Cuius ratio eſt, quia Abraham incipit ab aleph litera. Heber vero per ain. Et ideo ſi Hebræus diceretur ab Abraham inciperetur ab aleph quod non eſt verum: ſed incipit per ain. Nec etiam dicuntur Hebræi ab Heber, quia ſi ſic, Ammonitæ & Moabitæ qui de Loth deſcendunt, ſimiliter & Iſmaelitæ & Madianitæ qui deſcenderunt ab Abraham. Similiter & Edomitæ, qui deſcendunt de Iſaac, omnes dicerentur Hebræi, cum omnes prædicti deſcendunt ab Heber, vt manifeſtum eſt in litera Ge. xi. & xvi. & in alijs. Sed hæc denominatio accipitur ab Abraham, non ratione proprij nominis, ſed alia ratione. Ad cuius euidentiam attendendum, quod inter Meſopotamiam & terram promiſſionis tranſit fluuius Euphrates, qui cum ſit magnus & unus de quatuor fluminibus paradiſi, vt habetur Gen. ij. Idcirco in limitationibus terræ promiſſionis uocatur fluuius ſimpliciter, non exprimendo nomen proprium quod eſt Euphrates vt habetur Exo. xxij. d. vbi dicitur: Ponam terminos &c. à deſerto vſque ad fluuium: quod intelligitur de Euphrate qui terminabat terram promiſſionis ex parte Meſopotamię, vt patet ibidem. Et quia Abraham natus fuit in Meſopotamia, vbi Thare pater eius & alij cognati ſeruiebant idolis: & inde adductus fuit diuina directione in terram Chanaan, vbi ſegregatus ad cultum diuinum, ędificauit altaria domino inuocans nomen eius, vt habetur Gen. xij. Idcirco Abraham veniens in terram promiſſionis, Hebręus uocabatur transfluuialis. Heber enim cum ain ſcripta, Hebraicè transfluuialis ſignificat. Et ideo ſicut illi qui veniunt de partibus vltramontanis communiter vltramontani dicuntur, ſic Abraham in initio ſuę vocationis ad fidem, in terra promiſſionis exiſtens Hebræus vocabatur, hoc eſt transfluuialis. vnde Gen. xiiij. b. Venit vnus de his qui euaſerunt & nunciauit Abrahæ Hebræo, quod idem eſt dicere, vt ſi dicatur Abrahæ transfluuiali. Ex quibus patet, quòd Abraham dictus eſt Hebræus, eo quòd ex partibus transfluuialibus in terram ſanctam venit. Et quia iſta tranſportatio fuit facta in principio ſui acceſſus ad fidem vel ſalutem ſuæ publicationis, ideo inde cognominatus eſt cum ſua poſteritate, quaſi à principio ſuæ fidelitatis: Quæ quidem ratio poteſt haberi Ioſue. xxiiij. vbi ſic: Hęc dicit dominus: Trans fluuium habitauerunt patres veſtri ab initio, Thare pater Abraham & Nachor, ſeruieruntque dijs alienis. Et ſequitur: Tuli patrem veſtrum Abraham de Meſopotamia finibus, vbi in Hebræo habetur: De Heber fluuij, id eſt de transfluuio, & adduxi eum in terram Chanaan vbi. ſ. ſegregatus*

*gregatus à parentibus idololatris ſe publicauit diuino cultui mancipa-* C *tum. Ex prædictis patet, quare Hiſmaelitæ Idumitæ & huiuſmodi non dicuntur Hebræi. licet deſcendant ab Abraham. Nam illi ſoli qui ſequuntur Abraham in ſeparatione ab idololatria et cognitione Dei, Hebræi debent dici tanquam ſequentes rationem illius denominationis. Et hoc eſt quod ſequitur in præallegata autoritate. ſ. Ioſue. xxiiij. vbi loquens de tranſportatione Abrahæ à partibus transfluuialibus, ſubiungit: Multiplicauitque ſemen eius & dedit ei Iſaac, nullam faciens mentionem de Iſmaele & alijs. Conſequenter dicit de Iſaac: Illique dedi Iacob, & Eſau dedi montem Seir. Et ad excludendum Eſau ſubiungit, Eſau dedi montem Seir. Iacob vero & filij eius deſcenderunt in Aegyptum. Ex quibus patet, quòd illi tantummodo nominandi ſunt transfluuiales, qui deſcendunt ab Abraham, per Iſaac & Iacob, alijs excluſis ratione prædicta.*

In eo. c. ubi dicitur in poſtil. Lapidem quem reprobauerunt &c.

### ADDITIO III.

*Fundamentum huius expoſitionis, quam dicit literalem eſt fictitium ſeu fabuloſum nuſquam enim legitur in ſcripturis autenticis, quòd hoc contigiſſet in ædificatione templi Salomonis. ſ. quòd aliquis lapis pluries fuiſſet reprobatus in ædificio, & deinde in caput anguli collocatus, licet magiſter hiſtoriarum hoc videatur dicere. vnde Rabbi Abraham Hebræus, qui inter alios expoſitores Hebræorum magis videtur ſequi literalem ſenſum, hoc non exponit de lapide materiali, ſed de ſpirituali. Dicit enim, quòd lapis iſte eſt populus Iſraeliticus, qui reprobatus à Gentibus in captiuitate exiſtens in poſterum erit caput omnium non virtute propria, ſed à Domino factum eſt iſtud. Cuius expoſitio licet falſa ſit in hoc quod dicit, quòd populus ille qui modo captiuus eſt, erit ſublimatus prout ipſe credit tempore ſui Meſſiæ. Tamen habetur in dictis ſuis quoddam verum, ſcilicet quod hæc litera non tractat de ædificatione templi Salomonis. Similiter Rab. Sa. exponit hanc autoritatem dictam de Chriſto. vnde tenendum eſt, quòd ad literam lapis iſte eſt Chriſtus, qui dicitur lapis abſciſus ſine manibus: Dan. ij. g. Vt etiam Apoſtolus Petrus exponit Act. iiij. Non enim eſſet Chriſti argumentum efficax, ſi ex ſenſu myſtico ſumeretur, prout dicit Auguſt. contra Vincentium Donatiſtam, Et quia ipſemet Poſtil. reuocat illa quæ in hoc loco poſuit de ſenſu literali iſtius verſus Pſalmiſtæ in expoſitione ipſius pſalmi, ubi de hoc largius tractat. Ideo iſta ad præſens ſufficiant.*

In eo. cap. vbi dicitur in poſtil. Sed hoc non uidetur conuenienter dictum.

### ADDITIO IIII.

*Hanc quæſtionem diſputat ſanctus Tho. in. iij. parte. q. xlvij. ar. v. in cor. quæſtionis ſub forma prædicta, vnde in ſolutione principali tenet* D *eandem opinionem, quam hic Poſtil. conatur improbare, quæ quidem improbatio non videtur rationabilis. Ad cuius declarationem attendendum, quod licet omnia in ſacris ſcripturis credenda traduntur, ſunt à fidelibus tanquam vera certiſſime amplectenda, cum ſint à Deo reuelata, cuius teſtimonium fidele eſt: quædam tamen de his quæ ibidem etiam expreſſe traduntur, ſunt exponenda taliter: vt non credantur ſub propria verborum ſignificatione, eo quod ſi ſic acciperentur, repugnarent rationi naturali, ſeu etiam alteri auctoritati diuinæ. Verbi gratia. Licet de Deo in ſcripturis ſacris dicantur expreſſe aliqua verba, quæ in prima ſignificatione ſignant illius localem motionem ſeu altercationem vel paſſionē & huiuſmodi, vt cum dicitur in perſona Dei: Deſcendit Deus vt videret ciuitatem, Gen. xviij. c. Similiter Exo. iij. b. Deſcendi vt liberarem eum de manu Aegyptiorum. Quæ locutiones in propria ſignificatione ſignant Deum localiter moueri. Similiter & alibi ſæpe legitur Deum iratum fuiſſe vel pœnituiſſe & huiuſmodi: nullo modo tamen talia ſub propria ſignificatione ſunt credenda de Deo, cum manifeſte rationi naturali repugnent, quæ Deum penitus immobilem atque immutabilem demonſtrant. Similiter & contra autoritatem ſacræ ſcripturæ dicentem. Ego Dominus, & non mutor: Vnde oportet hæc & ſimilia de Deo intelligi non in propria verborum ſignificatione, ſed tranſlatiue ſeu metaphorice, prout Auguſtinus declarat in. v. libro de trinitate. Similiter contingit ſecundum opinionem Hebræorum circa ea quæ in ſcripturis ſacris veteris Teſtamenti traduntur denotantia deitatem Chriſti. Dicunt enim omnia talia non in propria ſignificatione eſſe intelligenda, ſed ſimilitudinarie ſeu metaphorice: quorum motiuum eſt, quia credunt quòd Deum incarnari implicet compoſitionem ſeu naturarum confuſionē in Deo, quæ manifeſte ſunt impoſſibilia, cum ſint contra ſimplicitatem diuinam. Et hoc contingit eis non ſolum antiquis ſed modernis, eo quod non poſſunt capere ſeu intelligere habitudinem naturæ aſſumptæ ad verbum ſecundum veram catholicam traditionem. Nec de hoc videtur eſſe multum mirandum, cum hæretici qui non ſolum autoritates veteris Teſtamenti recipiunt, ſed etiam noui, in quo expreſſius myſterium deitatis Chriſti traditur quàm in antiquo: vt cum dicit: Ego & pater vnum ſumus: vel antequam Abraham fieret ego ſum. & huiuſmodi: in quibus verbis & ſimilibus clarius exprimitur deitas Chriſti, hoc non obſtante deitatem Chriſti negare conentur, peruerſe exponentes prædictas autoritates, vt Arrius & Sabellius & eorum ſequaces. Ex quibus patet manifeſte, quod licet ſcripturæ ſacræ prophetarum, quæ mentionem expreſſam faciunt de diuinitate Chriſti, ſint ſatis euidentes ad huiuſmodi myſterium fidelibus oſtendendum, non tamen ex his ſumitur argumentum efficax ad*

Malac. 3.b



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E efficax ad hoc, vt principes Iudæorum habuiſſent cognitionem de eius diuinitate. Hoc enim myſterium tantum excedit capacitatem humanã, quòd raro vel nunquam ſine auxilio diuino intelligi poſſet. Inde eſt quòd Petro expreſſe confitenti Deitatem Chriſti dicẽdo: Tu es Chriſtus f. Dei vi. Chriſtus reſpondit: Caro & ſanguis non reuelauit tibi &c. Ex quo Matt. 16.c patet, quòd ad myſterium incarnationis intelligendum ſeu veraciter cõfitendum, reuelatio diuina requiritur, propter eius ſummam excellentiã. Secus eſt de alijs conditionibus Chriſti in prophetis antiquis contentis vt de tempore ſui aduentus, & de ſignis eiuſdem. Similiter de virtutibus ipſius Chriſti, & de eius excellentia reſpectu aliorum prophetarum, & de modo adueniendi, & huiuſmodi. nam talia in propria ſignificatione poſſunt accipi: non enim excedunt communem humanæ intelligentię capacitatem. Et ſic patet, quòd obiectio Poſtillatoris in hoc paſſu eſt inualida. Similiter & eius opinio non videtur rationabilis ex tribus. Primo, quia præſupponit falſum .ſ. quod autoritates antiqui teſtamenti ſolæ ſufficiunt ad cogendum Hebræos ipſas recipientes, vt cognoſcant deitatem Chriſti. Cuius oppoſitum patet ex dictis. Secundo quia exemplum, quod inducit de incontinente (cuius actualis cognitio particularis ſeu conſideratio impeditur ſeu corrumpitur propter paſſionem imminentem: vt habetur in .vij. Ethic.) non videtur ad propoſitum facere. Nã incontinẽs ſemper habet æſtimationem veram in vniuerſali, adueniente tamẽ paſſione, corrumpitur æſtimatio vera particularis. Sed in propoſito vtraque æſtimatio eſt particularis ſeu ſingularis. Si enim principes Iudæorum æſtimaſſent Chriſtum eſſe Deum antequam per paſſionem impediretur, deinde adueniente paſſione impediretur huiuſmodi conſideratio ita quod crederent ipſum non eſſe Deum prout opinatur Poſtillator, manifeſtum eſt, quod vtraque harum æſtimationum eſt ſingularis ſeu particularis: cum in vtraque æſtimatione Chriſtus ſupponitur ut ſubiectum, quæ eſt perſona ſingularis. Tunc igitur aut ſimul & ſemel æſtimauerunt Chriſtum eſſe Deum, & Chriſtum non eſſe Deum. quæ ſunt contradictoria & per conſequens ineſtimabilia circa idem: aut primus habitus totaliter corrumperetur, & tamen remaneret in eis actualis cõſideratio, ſecundum quam ipſum iudicarent hominem purum. Cuius oppoſitum dicitur de incontinenti .ſ. quod ſemper remanet in eo vera æſtimatio ſaltem in vniuerſali, & philoſophus in eodem loco manifeſte oſtendit: & ſic exemplum non facit ad propoſitum. Tertio, quia hæc opinio non conſonat ſacris ſcripturis, quæ circa hæc allegantur. Nam in parabola Chriſti cum agricolæ dixiſſent: Hic eſt hæres: non poteſt rationabiliter intelligi, quòd ipſi æſtimaſſent eum hæredem in diuinitate, eo modo quo Apoſtolus ait. Hebr. 1.a Quem conſtituit hæredem vniuerſorum. Nulla enim amentia ad tantam poteſt communiter deuenire inſaniam, vt credat diuinam maieſtatem in propria perſona ſuperare. Cõis enim conceptus eſt etiam F apud idololatras, ꝙ Deus ſeu dij tranſcendunt oẽs poteſtates. vnde ridiculum eſſet dicere, quòd eo ipſo quòd principes illi credebant ipſum eſſe hæredem .ſ. Deum verum, auderent eũ interficere. Hoc etiam videtur contra opinionem ipſius Poſtil. met, qui dicit, quòd quando eum interficere voluerunt, iam non æſtimabant ipſum Deum eſſe propter impedimẽtum paſſionis inuidiæ & huiuſmodi: & ſic iam non dicerent de ipſo: Hic eſt hæres. Oportet igitur dicere, vt per hoc quod dicebãt: Hic eſt hæres: intelligebant, quòd erat homo tantæ excellentiæ, quòd poterat vocari filius Dei, non per naturam, ſed per ſpecialem adoptionem ſeu excellentiam reſpectu prophetarum aliorum: quod verificatur de Chriſto etiam ſecundum humanam naturam conſiderato, contra quem non obſtante tanta excellentia potuerunt æſtimare, vt eum poſſent ſuperare ſicut & alios antea miſſos. nam magis & minus non variant ſpeciem ſecundum Philoſophum. Similiter autoritas beati Petri dicentis. Act. 3.c Scio quod per ignorantiam feciſtis, ſicut & principes veſtri, uidetur facere contra opinionem Poſtil. nam ſecundum eum debuiſſet dicere, per odium ſeu inuidiam feciſtis. Hæc enim fuit cauſa principalis ſui erroris ſecundum Poſtil. magis quam ignorantia. Secundum vero primam opinionem quæ eſt ſancti Tho. hæc autoritas propriè ſonat: eò enim quòd habuerant ignorantiam de Chriſto, ſcilicet de eius diuinitate, auſi ſunt ipſum inuadere tanquam hominem purum: cui conſonat autoritas apoſtoli dicentis: Si enim cognouiſſent, nunquã dominum gloriæ crucifixiſſent. Quod denotat manifeſte ipſos nunquam cognouiſſe ipſum fuiſſe dominum gloriæ. Et notandum, quòd hæc ignorantia non excuſat principes Iudæorum a crimine ſed magis aggrauat, cum eſſet quodammodo ignorantia affectata. Nam licet non attigiſſent ex ſcripturis prophetarum ad cognoſcendum Chriſti diuinitatem, eo quod ſcripturę de hoc loquentes ſunt quodammodo exponibiles, vt dictum eſt: debuiſſent tamen aſſentire ſuæ doctrinæ ſecundum quam filium Dei ſe fatebatur. Tenebantur enim credere & obedire Chriſto in lege promiſſo: Deut. 18.c Iuxta illud. Prophetam ſuſcitabit tibi &c. ipſum audies, Quod intelligitur de Chriſto ad literam: & ſic eius deitatem tenebantur credere tanquam ab eo dogmatizatam, & per miracula confirmatam. Vnde dicitur: Ioan. 15.d Si non veniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatum non habuiſſent: nunc autem excuſationem non habent &c. Fuerunt enim impediti ab acquieſcendo doctrinæ Chriſti per inuidiam & odium ipſius: & ſic nec habitualiter nec actualiter crediderunt ipſum eſſe Deum. Nam per ſcripturas antiquas de deitate loquentes non omnino conuincebantur vt dictum eſt: Nec etiam per doctrinam Chriſti de ſe hoc teſtantis, impedientibus rancoris & odij paſſionibus. Sicut enim homo communiter natus eſt credere ſuo amico, ſic & diſcredere inimico. Ex quibus bene attentis ſequitur correlarium, quod catholicus diſputans cum Hebræis vel eis prædicando perſuadens de myſterijs Chriſti, non debet conari ad probandum deitatem G Chriſti ex ſacris ſcripturis ab eis acceptis. Poſſent enim hæc declinare per varias expoſitiones, vt etiam Poſtillator dicit in hoc capitulo: ſed potius eſt procedendum ad probandum, quòd ipſe ſit verus Chriſtus in lege promiſſus, cui eſt audiendum & obediendum ex præcepto diuino. Quo oſtenſo, deitas Chriſti facilius probatur per doctrinam noui Teſtamenti à Chriſto diuulgatam. Et iſte etiam eſt proceſſus ſcientificus: quia ſecundum Philoſophum .i. phyſicorum. Connaturale eſt nobis à magis notis ad minus nota procedere. Text. 5.

## REPLICA.

In ca. xxj. vbi Poſtill. dicit Hebræos dictos ab Heber. Burgen. obijcit cuius obiectio correcta eſt. Gene. x. & xij In eo. ca. vbi dicitur: Lapidem quem reprobauerunt &c. quem paſſum exponit Poſtillator per figuram de lapide materiali in ædificio templi, prout Scholaſtica hiſtoria narrat, ſed exponit de Chriſto tanquam figurato principaliter intento: ſed Bur. vult narrationem illam eſſe fictam, & vult primam literalem expoſitionem eſſe de Chriſto: Si Bur. accipit primam, pro principaliter: hoc non negat Poſtillator Sed ꝙ figura ſit ficta, non probat ſufficienter Bur. per Rabbi Abraham ꝙ minoris eſt autoritatis apud ſanctam eccleſiam quam Scholaſtica hiſtoria, immo plus fictum videtur, quòd ille rabbi exponit lapidẽ de populo Iſraelitico. Aliæ autem expoſitiones adductæ non ſunt literales, ſed figuratiuæ. Oportet igitur aliquam aſſignare figuram, quæ etſi ficta foret, quia tamen nihil habet abſurditatis, peccatum non videtur committi: quia non omnis fictio peccatum eſt. patet Exo. vij. in. ij. correctorio. In eo. ca. vbi requirit Poſtillator, an doctores & principes Iudæorum nouerint Chriſtum in lege promiſſum &c. Recitat etiam opiniones quorũdam dicentium, quòd nouerunt eum eſſe verum Meſſiam &c. ſed non nouerunt eum eſſe Deum. Hanc tamen opinionem Poſtillator reprobat optimis rationibus. Burg. autem dicit ſanctum Tho. tenere opinionem illam, quam reprobat Poſtillator. & ideo pro ſancto Tho. certans magnã facit commotionem, quæ ſtat in certis dictis. Primum, quia Iudæi antiqui & moderni non potuerunt, nec hodie poſſunt videre & intelligere modum vnionis naturæ humanæ ad verbum ſine compoſitione & naturarum confuſione, igitur non potuerunt eum cognoſcere Deum nec eius deitatem. Secundum dictum: Sicut hæretici male exponentes ſcripturas negant Chriſti deitatem, ſic non eſt mirum, ꝙ Hebræi propter falſas expoſitiones hoc idem negent. Tertium dictum, ꝙ myſterium deitatis Chriſti non poteſt intelligi ſine ſpeciali reuelatione, probat hoc: quia dictum fuit Petro. Matt. 16.c Caro & ſanguis non reuelauit tibi. Quartum dictum: tempus aduentus Chriſti & cætera, quæ in ſcriptura de Chriſto traduntur, non H excedunt communem intelligentiæ capacitatem, ſicut eius diuinitas. Ex quibus dictis conatur Bur. concludere, quòd opinio poſtillatoris eſt irrationabilis, & obiectio eius contra oppoſitam opinionem inualida. Hic primò videndum eſt de irrationabilitate illorũ quatuor dictorum Bur. Secũdo, de rationabilitate opinionis poſtillatoris. Tertio, de obiectionum valore contra opinionem oppoſitam. Quo ad primum articulum videtur primum dictum Bur. valde irrationabile, quia ex eo ſequitur nullum chriſtianum cognoſcere Chriſtum eſſe Deum. Probatur ex dicto ſuo. primò, quia nullus chriſtianus poteſt intelligere modum vnionis humanæ naturę ad verbum: igitur ſecundum illationem Burge. nullus chriſtianus poteſt ſcire Chriſtum eſſe Deum. Antecedens eſt beati Leonis Papæ dicentis: Deum & hominem in vnam conueniſſe perſonam, niſi fides credat, ſermo non explicat. Excedit enim & multum ſupereminet humanæ rationis facultatem, & cætera quæ de hac ineffabili unione ſancti doctores ſentiunt. Illatio eſt Bur. conſequens autem falſiſſimum: quia Chriſtiani non modo Chriſtum ſciunt eſſe Deum, ſed etiam ita tenaciter huic ſententiæ adhærent, vt ſanguinem pro ea effundere ſint parati. Stant igitur ſimul, quòd Iudęorũ ſapientes, etſi cognoſcere non poterant Chriſti deitatem ex modo incarnationis, poterant tamen ſcire ex ſcripturæ teſtimonio, prout poſt dicetur. Nec ſecundum dictum Bur. rationabile eſt. nam & ſi peruerſi doctores Hebręorum malæ ſcripturam exponentes & hæretici, ex prauitate voluntatis intelligere nolentes Chriſtum, dixerint non eſſe Deum: ex hoc non ſequitur, quòd ex ſacra ſcriptura non poſſet efficaciter oſtendi Chriſtum eſſe Deum. Nam peruerſa ſcripturæ expoſitio autoritatem ſcripturę non minuit Sicut negato primo principio, principium ipſum non eſt minus verum: quinimmo remanet neceſſariæ veritatis: ſed ſic proteruientes indigent ſenſu & pœna. iiij. Metaph. Text. 18. Nec poſtillator vult probationẽ ex ſacra ſcriptura dicere ſic efficacem, vt ſufficere poſſit fideli & īfideli prauæ & corruptæ voluntati. Nam ubi uoluntas erroris ſe tenet contra rectam rationẽ, ibi pertinax pugna eſt ſecundũ B. Hylarium do. x. de trinitate. Cum enim ſcripturę Chriſti deitatẽ ſonãtes, per autenticos Hebręorũ doctores bene exponũtur, hęretici & alij cõtra rõnẽ & autoritatẽ eas exponẽtes fidẽ facere doctis & principibus non potuerunt, niſi voluntate praua pręcedente: cum hoc ſtat eos ex autoritate ſciuiſſe Chriſtũ eſſe Deũ. & ſi voluntas ſic deprauata iudicij rectæ rõnis abſorbuiſſet, ex hoc nõ fuiſſent excuſati, prout prætendit Bur. ſicut nec incontinens excuſatur à peccato, ſi in actu venereo ratio dicatur abſorpta. Nec tertium dictum Burgen.



A valet: vbi ſacra ſcriptura plane dicit aliquid ad fidem & mores pertinens, ibi fides debet adhiberi, vt dicit beatus Aug. xj. de ciuitate Tom. 5. ca. iij. Cum igitur ſacra ſcriptura prout autentice a doctoribus Hebręorum exponitur, clare dicit Chriſtum fore Deum, ei fides eſt accommodanda. Non igitur apud doctos & principes Iudæorum, ad id ſciendum neceſſaria erat ſpecialis reuelatio, ſed ſufficere potuit fides acquiſita non impedita per prauam voluntatem. Nec Burg. probat ſuum propoſitum per ea, quæ dicebantur Petro, quia Petrus ante miſſionem ſpiritusſancti fuit idiota ignorans ſcripturas de deitate Chriſti loquentes: & ideo Petro fuit facta ſpecialis reuelatio prout dicit autoritas allegata. Secus eſt de principibus & doctoribus Iudæorum. Ad falſificandum etiam hoc tertium dictum Burg. valet ſecunda quæſtio prologi doctoris ſubtilis. Sed quartum dictum videtur contradicere ſecundo. Nam Burgen. fundat ſecundum dictum ſuper falſa expoſitione literæ, ſonantis deitatem Chriſti, ex ea concludens, quod per ſacram ſcripturam à Iudęis receptam non poteſt efficaciter probari Chriſtum eſſe Deũ. Nunc autem tempus ſui aduentus in ſcripturis ita fuit occultatũ in computatione hebdomadarum à Daniele deſcriptarum, ꝙ non ſolum apud Hebræos, quinimo apud catholicos doctores in expoſitione multa eſt diuerſitas. Similiter & paſſus de Genealog. & alijs locis ſonantes tempus aduentus Chriſti, Hebræi antiqui & moderni exponunt corrupte: igitur non poteſt ſumi argumentum efficax ex ſcriptura de Chriſti aduentu, ſicut nec de eius deitate, qd eſt oppoſitum quarti dicti. Et fortaſſe ex ſcripturis planius & efficacius argumentum poteſt ſumi de Chriſti deitate, quam de ſui aduentus tempore. Quia autem habemus Hebræorum expoſitores de primo, de ſecundo autem non: propter igitur Burg. inepta dicta non debuit dicere opinionem poſtillatoris irrationabilem. Quantum ad ſecundum articulum, dico quod poſitio poſtillat. eſt multũ rationabilis: quia fundatur ſuper expoſitionem literę apud doctores Hebræorum autentica tranſlatione Chaldaica & cæteris quæ rationabiliter nullus Iudæus intelligens audet negare. Sed ſi quis negat, non facit hoc ratiocinando, ſed proteruiendo prauitate affectionis: quod non facit probationem apud vtentes ratione minus efficacem, prout ſupra dictum eſt in probatione ſecundi dicti Bur. C Quo ad tertium articulum, dico ꝙ argumenta Burg. contra poſtil. non valet. Non primum. quia falſe reportat poſtil. quaſi dixerit ꝙ ſola autoritas literæ ſufficiat. nã poſtil. non fundat probabilitatem poſitionis ſuæ ſuper nuda litera, quæ, ſicut dicit Burg. varie poteſt & corrumpi & exponi: ſed fundat (ſicut dictum eſt) ſuper autoritatibus Iudæorum: quas declinare eorum docti non conſueuerunt. Secundum Burg argumentum eſt ſophiſma pertinens ad vicum ſtramineum. Putat enim Burg. quòd quia Chriſtus eſt ſuppoſitum ſingulare, quod Iudæi vel alii non poſſent de eo habere ęſtimationem in vniuerſali: quod falſum eſt, quia de vnico ſuppoſito poſſunt multa vniuerſalia demõſtratiua concludi: videlicet quod Sortes eſt riſibilis, corporeus, ſenſibilis &c. Non ſolum in prædicamentis qualitatis ſed etiam quantitatis. Non aduertit Burg. Auicen. v. Meta. ſuæ, qui dicit, quòd omne vniuerſale reſpectu ſubiecti in quo eſt ſingulare, quia omne receptum recipitur per modum recipientis. Vniuerſale igitur comparatum ad intellectum ſingulare eſt, & tamen de tali eſt ſcientia proprie dicta, quæ eſt conſideratio in vniuerſali, cum qua ſtat ignorantia in particulari, ſicut exemplificat poſtil. de incontinenti. Eſt igitur exemplum illud bene ad propoſitum. Sic igitur docti Iudæorum habuerunt æſtimationem veram de Chriſti deitate in vniuerſali: particularis autem æſtimatio fuit propter odium illius perſonæ præpedita. Similiter tertium argumentum Burg. concludit ſolum de actuali æſtimatione in ſingulari de qua Apoſtolus dicit: Si cognouiſſent &c. Non autem concludit de vniuerſali conſideratione præcedente paſſiones excæcãtes ſecundum quam dixerunt: Hic eſt hæres. Per idem dicitur ad oẽs autoritates adductas pro opinione .ſ. Tho. Nã ignorãtia, de qua loquitur B. Petrus, ſimiliter & Paulus, intelligitur ignorãtia affectata, quo ad doctos Iudæorũ, prout etiam Burg. dicit in notabili: ſed ignorantia affectata non procedit primo ex rationis errore, ſed voluntatis prauitate peruertente iudiciũ rõnis circa particulare, cuius vniuerſale nouerat, prout vult exemplum de incontinente. vnde patet rationes poſtillatoris pro ſua poſitione non eſſe inualidas, ſed potius Burg. rationes in contrarium minime valere.

---

## GLOS. ORD. CAP. XXII.

E T reſpondens.

a Simile factum. Iterum arguit per parabolas. non tacet, quia exaſperati ſunt: ſed peiorem iram Dei, per aliam parabolam dicit eis eſſe venturam.

B b Nuptias. Nuptiarum thalamus, eſt verginis vterus. De inuitatis ad nuptias ſolus Matthęus narrat. Aliud ſimile ex parte Lucas dicit de cœna .i. Luc. 14.d ęterno conuiuio, de quo nemo ingreſſus repellit, ſicut de præſenti eccleſia.

c Tauri. Quia prius prophetæ, & poſt apoſtoli ab infidelibus paſſi ſunt: qui vobis modo ſunt in exemplum, quid ſit vobis credendum. Venite fide, cæteris concordando. Tauri ſunt patres veteris Teſtamenti, quibus indulta eſt licentia inimicos quaſi cornu feriendi. Altilia ab alendo, id eſt pinguia inter-

## CAP. XXII.

¶Obuians eorum prauæ cogitationi de morte ſua.

E T reſpondens Ieſus, dixit iterum in parabolis eis di- a

a ¶Hic de perſequutione apoſtolorum arguit. b ¶Congregatio iuſtorũ. ¶Præſens eccleſia.

a cens: †Similẽ factum eſt regnũm cę b

¶Deo patri. ¶Per incarnationis myſterium eccleſiam filio copulauit.

b lorum homini regi, qui fecit nupti- c

a ¶Prius prophetas prænuncios incarnationis.

as filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos uo- d

a ¶Iudæos, quibus in patriarchis hoc promiſerat.

care inuitatos ad nuptias: & nolebãt e

a ¶.i. credere. b ¶Apoſtolos qui afferunt factam. vnde, hic dicitur: Prandium paratum eſt .i. myſterium incarnationis impletum.

uenire. Iterum miſit alios ſeruos di f

cens: Dicite inuitatis: ecce pran- g

a ¶Doctrinam iuſticiæ, & menſam ſcripturarum ex omnibus prophetis ordinaui. ¶Introitus regni apertus in fide meæ incarnationis, qui ante fuerat clauſus.

c dium meũ paraui: tauri mei & alti- h

## NIC. DE LYRA. CAP. XXII.

E T reſpondens. Poſtquam oſtendit Iudæos iuſtè reprobatos tamquã contemptores diuinæ maieſtatis, hic conſequenter oſtendit eos iuſte reprobatos, tanquam contradictores diuinæ veritatis, cui contradixerunt tripliciter. primò, ipſam refutando. ſecundo, ipſam impugnando, ibi: Tunc abeuntes Phariſæi. tertiò, contrarium errorem amplexando, ibi: Congregatis autem Phariſæis. Primum oſtenditur per parabolam inuitatorum ad nuptias & nolentium venire. & ideo ipſis reprobatis, alij ſunt vocati: in quo deſignatur vocatio Iudæorum ad fidem Chriſti, vt videbitur: quam repellentes, iuſte à Deo reprobati ſunt: & gentiles loco eorum merito ſunt vocati. Et ideo prima diuiditur in duas partes: Diuiſio quia primo deſcribitur Iudæorum reprobatio digna. ſecundo gentium vocatio benigna, ibi: Tunc ait ſeruis. Circa primum dicitur ſic.

b Regnum cælo .i. ſtatus eccleſiæ militantis.

c Homini regi qui f. nup. Nuptiæ iſtæ non poſſunt intelligi beatitudo æterna in eccleſia triumphante: quia infra dicitur, quòd ſerui vocauerunt ad nuptias bonos & malos: & impletæ ſunt nuptiæ. Dicitur etiam conſequenter ibidem, quòd inuentus eſt ibi homo non habens veſtem nuptialem, & propter hoc eiectus in tenebras exteriores. Ad beatitudinẽ verò cæleſtem non admittentur boni cum malis, ſed ſolum boni. nullus etiam ibi receptus eijcietur: & ideo per iſtas nuptias intelligitur verbi incarnatio. tunc enim Deus pater fecit nuptias filio ſuo, quando naturam humanam copulauit naturæ diuinæ in ſuo ſuppoſito. Quæ quidem nuptiæ celebratæ ſunt in vtero virginali de quo Chriſtus. Pſal. 18.b Exijt tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.

d Et miſit ſer. &c. Iſti inuitati ſunt Iudæi quibus data eſt lex in qua D facta eſt promiſſio de incarnatione Chriſti, vt patet Gen. penult. b. Non auferetur ſceptrum de Iuda &c. & Deutero. xviij. Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum &c. Serui autem qui miſſi ſunt ad vocãdum inuitatos iſtos, fuerunt prophetæ, qui clarius denunciauerunt ea de Chriſto, quæ obſcurius erant poſita in lege. hortabantur enim populum Iudaicum expectare Chriſti aduentum, & tendere in ipſum per fidem & bona opera. †Luc. 14.d

e Et nole. quia nolebant verbis prophetarum obedire, vt patet ex decurſu li. Reg. & Paralip.

f Iterum miſit ali. ſer. Iſti ſerui ſecundo miſſi fuerunt illi, qui de propinquo denunciauerunt aduentum Chriſti, vt Iohannes Baptiſta & diſcipuli Chriſti miſſi ab eo in omnem ciuitatem & locum quo ipſe erat venturus, vt habetur Luc. x.

g Ecce prandium meum paraui. videlicet ſacramenta eccleſiæ, & doctrinam, quibus reficitur anima: & potiſſime ſacramento eucharistiæ: in quo datur nobis caro Chriſti in cibum, & ſanguis eius in potum.

h Tauri mei & al. tauri ſunt præcepta moralia, altilia conſilia ſuperaddita.

¶ Illi autem ne

---

## MORALITER.

b Simile eſt reg. &c. Iſtud nuptiale conuiuium eſt euchariſtiæ ſacramentum, ad quod Chriſtus inuitauit Iudæos Ioh. vj. d. dicens. Non Moyſes dedit vobis panem de cælo, ſed pater meus dat uobis panem verum de cælo. Et iſtud conuiuium in cœna domini fuit paratum. Per tauros & altilia ſignificantur ſpiritusſancti dona, quæ conferuntur in huius ſacramenti perceptione deuota.

d Et miſit ſer. ſ. apoſtolos alioſque diſcipulos.

g Dicite inui. i. Iudæis à Chriſto iam inuitatis, quorum aliqui renuerunt venire per negligentiam, & aliqui per occupationem terrenam, & aliqui per inimicitiam, quia Chriſti ſeruos occiderunt. ſ. Stephanum, Iacobum fratrem Iohannis & Iacobum iuſtum, vt habetur in actibus apoſtolorum.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

guia in terna charitate, noui Teſtamenti præcones, contem-
E plationis penna ſuperna petentes. Occiſa, vel ab eo quod fue rant, vel per mortem carnis iam in requie poſiti.

*a Alius in villam.* In villam ire, eſt terreno labori immoderate incumbere. Negociari vero, terrenis lucris inhiare.

*b Rex autem.* Supra homo dum inuitabat & opera clementiæ agebat, nũc in vltione rex tantum. † immolata

*c Et miſſis.* Miſſis exercitibus.i.angelis per quos iudicium exercebit, perſequentes perdit: & ciuitatem.i.carnem in qua habitauerunt cum anima in gehenna cremabit.

*d Nuptiæ quidem para.* Omne ſacramẽtum incarnationis peractum eſt, natiuitas & paſſio &c.

*e Ad exitus &c.* Actiones, ſunt viæ exitus, defectus actionum, quia plerumque facile conuertuntur, quos in terrenis actibus proſpera nulla comitantur.

*f Vt videret diſcumbentes.* i. vt videri faciat iudicandorum merita, & diſcernat.

*g Non veſtitum veſte nuptiali.* Confutatis autem Phariſæis ſupponit non omnes qui ſunt in eccleſia, eſſe dignos regno, ne torpeant ſui.

*h Amice quomodo huc intraſti non hab. veſtem nup.* Amicus, quia ad nuptias inuitatus. Quomodo, impudentiæ arguit

*i Ligatis manibus & pedibus.* ligantur pœna qui hic a malo noluerunt ligari, id eſt cohiberi. Manus quæ non extenſæ ad eleemoſynam. Pedes tardi ad bonum. Ibi ſingula membra pœnis ſubijcientur, quę hic ſingulis vitijs ſeruierunt. † quot-quot

*k Exterio. &c.* quia hic interiores habent tenebras cordis.

F *l Multi autem ſunt vocati, pauci vero electi.* Repulſo vno, in quo omne corpus malorum exprimitur, generalis ſententia infertur. *Multi autem ſunt voc.* Q. Et ſi de vno dixi, de multis eſt intelligendum.

*Cum Her. di-*

---

a ¶Fide cæteris concordando.
lia † occiſa ſunt, & oĩa parata, uẽnite
a ¶Salutis ſuæ præmium.
ad nuptias. Illi autem neglexerunt, a
& abierunt: alius † in uillam ſuam, b
alius uerò ad negociationem ſuam.
a ¶Alij non ſolum contemnunt, ſed & perſequuntur. b ¶De mortibus diſcipulorum dicit: qui ſupra in alia parabola de morte ſua dixit.
Reliqui uerò tenuerunt ſeruos e- c
ius, & contumelijs affectos occi-
a ¶Vocem ſanguinis.
derunt. Rex autem * cum audiſſet, d
a ¶Tamen cum tranquillitate iudicans. b ¶Romanis ſub Tito & Veſpaſiano.
iratus eſt: & miſſis exercitibus ſuis e
a ¶Iudæos interemit. b ¶Ieruſalem.
perdidit homicidas illos, & ciuita- f g
a ¶Adhuc alios inuitat, quia ſermo Dei & ſi alicubi laborat, alibi requieſcit.
tem illorum ſuccendit. Tunc ait h
d ſeruis ſuis: Nuptiæ quidem para- i
a ¶Iudæi. b ¶Per legem & prophetas.
tæ ſunt, ſed qui inuitati erant, non k l
fuerunt digni. Ite ergo ad exi- m
a ¶Viæ, ſunt errores gentium. b ¶Cuiuſcunque conditionis.
tus uiarum, & † quoſcunque inue- n
¶Ad fidem.
a ¶De Iudæa.
neritis, uocate ad nuptias. Et egreſ- o
a ¶Sectas gentium. b ¶Sicut eccleſia inter cœlum & infernum eſt, indiſcrete malos & bonos colligit.
ſi ſerui eius in uias, congregauerunt
omnes quos inuenerunt, malos &
a ¶Ceciderunt quotquot præordinati erant ad vitam.
bonos: & impletæ ſunt nuptiæ † di- p
a ¶Ad iudicium veniens, illuminabit conſcientias.
ſcumbentium. Intrauit autem rex, q
a ¶In fide requieſcentes.
ut uideret diſcumbentes, & uidit r
a ¶Omnes qui in malo ſunt vnum. b ¶Id eſt fidem habente, non opera charitatis, per quam dominus ad ſociandæ ſibi eccleſiæ nuptias venit.
ibi hominem non ueſtitum ueſte
a ¶Impudentiæ arguit.
nuptiali, & ait illi: Amice quomo- s
a ¶Per fidẽ, nõ per operationẽ. b ¶Noui hominis ſed veteris.
do huc intraſti, non habens ueſtem
a ¶Quia non locus negaudi ibi eſt.
nuptialem? At ille obmutuit. Tunc t v
a ¶Ligantur pœna qui ligati fuerunt culpa a bonis operibus.
dixit rex miniſtris. † Ligatis mani- x
bus & pedibus eius † mittite eum in y
a ¶Inferni quia hic interiores habent tenebras. a ¶Oculorum in vanis vagorum.
tenebras exteriores: ibi erit fle- z
a ¶Qui de edacitate gauiſi ſunt.
tus & ſtridor dentium. † Multi a
a ¶Ad nuptias. b ¶Fide. c ¶Ad regnum.
autem ſunt uocati, pauci uero ele- b
cti. † Tunc abeuntes Phariſæi c

† in agrum ſuum
* ille
† diſcumbitibus

---

## NIC. DE LYRA.

¶ a Illi autem ne. *quia Iudæi prædicationem Chriſti & apoſtolorum contempſerunt: quia pauci comparatiue de Iudæis crediderunt. Cauſa autem huius fuit cupiditas rerum temporalium. Propter hoc enim ſacerdotes conſpirauerunt in mortem Chriſti, ne perderent ciuitatem & templum: in quo quidem templo hauriebant pecuniam populi, vt viſum eſt capitulo præcedenti ſub obtentu cultus diuini. & hoc eſt quod ſubditur:* † tollite eũ & iacite

b Et abierunt, alius in ui. ſuam. alius in negociationem ſuam. *Per laborem vineæ intelligitur omnis occupatio corporalis circa terrena impediens diuina. Per negociationem vero, occupatio mentalis circa talia.* † ſup. 20.b Mar. 12.a Luc. 20.d

c Reliqui uero te. ſer. eius & contu. af. occiderunt, *quia Iohannes Baptiſta ab eis eſt incarceratus & occiſus. Similiter Iacobus frater Iohannis, & Stephanus & alij diſcipuli Chriſti, & ſimiliter prophetæ multi in teſtamento Veteri.*

d Rex autem cum au. iratus eſt: *quia à Deo meritò pro talibus ſunt puniti.*

e Et miſſis ex. ſu. *ſ. exercitu Romanorum ſub principibus Tito & Veſpaſiano, qui ex diuina ordinatione venerunt contra Ieruſalem xlij. anno poſt Chriſti paſſionem.*

f Perdidit ho. il. *quia in vltionem ſanguinis Chriſti, & ſuorum diſcipulorum ab exercitu Romanorum ſunt trucidati & captiuati de Iudæis vſque ad decies centum milia, vt dicit Ioſephus in libro de Iudaico bello.* Lib. 7.c. 17 in princ.

g Et ciuitatem il. ſuccendit. *quia tunc Ieruſalem ſuccenſa eſt & templum in ea.*

h Tunc ait ſer. ſu. *Hic conſequenter deſcribitur vocatio gentium benigna: quia Iudæis repellentibus fidem Chriſti ab apoſtolis prædicatam, apoſtoli de mandato domini tranſierunt ad prædicandum gentibus per totum mundum: & ipſi deuotè ſuſceperunt fidem Chriſti ad prædicationem apoſtolorum. & hoc eſt quod dicitur Act. xiij. g. vbi Paulus loquẽs Iudæis induratis, dixit ſic: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: ſed quoniam repellitis illud & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gẽtes. ſic enim præcepit nobis Deus: & hoc eſt quod dicitur:* Tunc ait ſer. *i. apoſtolis ſuis & alijs diſcipulis per diuinam reuelationem.* G

i Nuptiæ quidem pa. ſunt. *i. myſteria Chriſti impleta ſunt.*

k Sed qui in. erant *ſ. Iudæi, vt viſum eſt.*

l Non fuedi. *propter ſuam incredulitatẽ.*

m Ite ergo ad exitus ui. *i. ad diſperſionem gentium.*

n Et quoſcunque inue. uo. ad nup. *quia nullus volens fidem catholicam recipere, repellendus eſt.*

o Et egreſſi ſer. &c. *quia in eccleſia militante admixti ſunt boni cum malis.*

p Et imple. ſunt nu. di. *quia fides catholica diffuſa eſt per orbem vniuerſum.*

q Intra. autem rex ut ui. di. *diſcernendo ſ. merita & demerita credentium. Intrat autem dupliciter: generaliter intrabit in futuro iudicio, ſpecialiter in morte cuiuſlibet hominis.*

r Et ui. ibi ho. non ue. ue. *Iſta veſtis nuptialis, eſt charitas, quæ diuidit inter filios regni & perditionis, vt dicit Aug. Dicitur autem veſtis nuptialis ſecundum Greg. quia ea indutus Chriſtus ad nuptias venit, quando ex charitate incarnari voluit. Sequitur,* Expo. in ep. 6. Ioã. trac. 5. poſt med. tom. 9. lib. homil. in euãg. homi. 38. tom. 1.

s Amice quomodo huc in. *Vocatur autem amicus peccator propter naturam, quæ ad imaginem Dei facta eſt, & propter fidem informem quæ Dei donum eſt, licet non ſufficiat ad ſalutem.*

t At ille ob. *quia nullus poteſt reſpondere Deo: ſed propria arguente conſcientia conuincitur, & mutus efficitur.* H

v Tunc dixit rex mi. *i. angelis executoribus diuinæ iuſtitiæ.*

x Ligatis mani. & pedi. *quia poſt mortem non poteſt peccator bonum operari, nec ad ſalutem reuerti.*

y Mittite eum in te. ex. *Tenebræ enim interiores ſunt tenebræ mentales, quas ſolum habent modo peccatores. Tenebræ verò exteriores ſunt tenebræ corporales, quas cum prædictis habebunt poſt mortem, quando in infernum detrudentur per diuinam ſententiam.*

z Ibi erit fle. & ſtri. den. *hoc ſupra expoſitum eſt ca. xiij.*

a Multi autem ſunt uo. *ſ. ad fidem catholicam.*

b Pauci vero ele. *ſ. ad gloriam, quia pauci ſunt. ſ. comparatiue reſpectu illorum, qui ſunt vocati ad fidem.* † 15. diſt. c. eccleſiæ

c Tunc abeun. Pha. *Hic oſtenduntur Iudæi contradictores diuinæ veritatis ipſam impugnãdo. & diuiditur in tres partes: quia primo impugnauerunt Chriſtũ de veritate iuſticiæ. ſcdo, de veritate doctrinæ, ibi: In illo die. tertiò, de veritate vitæ, ibi: Phariſæi autem au. Prima in duas. quia primo ponitur Phariſæorum fallax interrogatio. ſecundo, ipſius Chriſti vera reſponſio, ibi, Cognita autem Ieſus nequitia eorum. Circa primum aduertendum, quod Phariſæi malicioſe con-* Diuiſio

¶ *ſpirabant*

## MORALITER.

✠ *e Et miſſis &c.* i. Romanis, qui dicuntur exercitus Dei, quia venerunt eius inſtinctu in vltionem mortis Chriſti.

*f Perdi. ho. il.* partim occidẽdo, ptim captiuãdo. *Tunc ait.* Sequitur:

*m Ite ergo.* hoc fuit impletũ cũ Paulus & Barnabas conſtanter dixerũt Iudæis: Vobis oportebat primum loqui verbũ Dei, ſed quoniã repellitis illud, & indignos vos iudicatis vitæ æternæ, ecce conuertimur ad gentes. ſic enim nobis præcepit Deus. Sed qui veniunt ad conuiuium carentes veſte charitatis, quæ eſt nuptiale veſtimentum, mittuntur in tenebras exteriores ligatis manib. & pedib. p quæ impoſſibilis exitus deſignatur. *Tunc abeun. Pha. &c.* ſequitur: Act. 13.a

✠ *Magiſter*

---



*a Cum Herodianis dic.* Tanquam ignotis, vt facilius deciperent,
A quia timebant turbas. Quod per ſe non audent, præſidis manibus attentant. *Cum Herod.* i. militibus Herodis. Sub Cæſare Auguſto quando deſcriptio facta eſt, Iudæa facta eſt tributaria. His tributis ꝓpoſitus eſt Herodes Antipatris filius alienigena & proſelytus, rex Iudæis ab Auguſto conſtitutus. Erat ergo ſeditio in populo, alijs dicẽtibus debere dari tributa, pro ſecuritate & quiete, cum Romani pro omnibus militent. phariſæis contra nitentibus, non debere populũ Dei qui decimas ſoluit, &c. quæ lex dicit, humanis legibus ſubiacere. Mittũt igitur pharisęi ſi poſſent decipere. Hieronym. † illaquearent

*b Non eſt tibi cura &c.* Illuc prouocãt, vt Deum magis timeat, quã Cæſarẽ: & ideo non debere ſolui tributa dicat, vt herodiani quaſi autorem ſeditionis teneant.

*c Hypocritæ.* Quia aliud ſunt, & aliud ſimulant.

*d Reddite er.* Vel ſicut Cæſar exigit impreſſionem ſuæ imaginis, ſic & Deus animam lumine ſui vultus ſignatam.

*e Saducæi &c.* Duę erant hęreſes in Iudæis. Phariſæorum, qui præferebant iuſticiam traditionum & obſeruationum: & ſaducæorum, & qui ipſi vendicabant ſibi, ꝙ nondum erãt. i. iuſti. Saducæi namq; iuſti interpretantur, qui reſurrectionem corporum non credunt, & animas interire putant cum corpore. turpitudinem fabulæ fingũt, quæ deliramenti eos arguat qui reſurrectionem aſſerunt. Poteſt autem fieri vt in gente eorum hoc aliquando acciderit. Myſticè Hi omnes ſeptem reprobi ſunt, qui tota hac vita quæ ſeptẽ diebus eſt, ſteriles à bono opere ſunt: quibus miſere mortuis, ad vltimum mundana conuerſatio, quæ ſine fructu eſt, tranſibit. Duæ fuerũt hereſes Iudæorum † veritatis — *Myſticè* — † 23. q. 1. c. militar. & q. fin. ca. ſi

*Erratis*

B

---

a ¶Vt aliquid quaſi eo ignorante extorquerent ab eo in quo argui poſſet.
coſilium inierunt vt † caperent eum a b
a ¶Quaſi minus notos, à quibus minus caueret, & reprehenſi minus erubeſcerent.
in ſermone. Et mittunt ei diſcipulos c
a ¶Eo tempore Herodes erat Ieroſolymis.
ſuos cum Herodianis: dicentes: Ma d e
a ¶Quaſi laudatus myſterium ſui cordis ſimpliciter eis aperiat, eo.q; velit habere diſcipulos.
giſter, ſcimus quia verax es, & viam f
¶Non timens prelatam perſonam.
Dei in veritate doces: & non eſt tibi g
cura de aliquo. Non enim reſpicis
a ¶Indiſcrete dicis veritatem maioribus & minoribus.
perſonam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi uidetur: Licet cenſum h
dari Cęſari, an non? Cognita autem i
a ¶Doloſitate. b ¶Non ſecundum verba eorum blande, ſed ſecundum conſcientias eorum aſpere.
Ieſus † nequitia eorum, ait: † Quid k
a ¶Quia aliud eſt in corde, & aliud ſimulant in ore.
me tentatis hypocritæ? Oſtendite l
a ¶Denarium, qui pro cenſu ſoluitur, qui & habet imaginem Cęſaris, qui pro decem nummis computabatur.
mihi numiſma cenſus. At illi obtule m
a ¶Genus nummi quod pro decem nummis computabatur.
runt ei denarium. Et ait illis Ieſus:
a ¶Satis patet, quod non de ignorantia interrogat, ſed ut ad uerba eorum competentes reſpondeat.
Cuius eſt imago hæc & ſuperſcri- n
a ¶Tyberij priuigni Auguſti, ſub quo paſſus eſt Dominus.
ptio? Dicunt ei: Cęſaris. Tunc ait il o
¶Tributum, pecuniam.
lis: † Reddite ergo quæ ſunt Cæſa- p
a ¶Decimas, uictimas. b ¶Qui credere debuerunt mirantur, quod non habeant tentandi locum.
ris Cęſari & quę ſunt Dei Deo. Et au
dientes mirati ſunt: & relicto eo abi
a ¶Infidelitatem reportantes. b ¶Qui Phariſæi abierunt.
erunt. † In illo die acceſſerunt ad q
a ¶Qui interpretantur iuſti.
¶Vt per frequentiam uincerent.
eum Saducæi, qui dicunt non eſſe
a ¶Phariſæi credebant & animę & corporis reſurrectionem, ſed Saducæi etiam animas interire cum corporibus.
reſurrectionem: & interrogauerunt
eum dicentes: Magiſter, Moyſes
dixit: ſi quis mortuus fuerit non habens filium, vt ducat frater eius uxo
rem illius: & ſuſcitet ſemen fratri
ſuo. † Erant autem apud nos ſeptem r
fratres, et primus vxore ducta defun
ctus eſt, & non habens ſemen reli-
quit vxorem ſuá fratri ſuo: ſimiliter
ſecundus & tertius vſq; ad ſeptimũ.
Nouiſſimè autem omnium et mu-

---

## NIC. DE LYRA.

¶ *ſpirabant contra Chriſtum, quorum malicia primò oſtenditur. & hoc quadrupliciter. Primò in hoc quod dicitur:* morte. & ca. conuenior. De cle. coniu. c. ex parte tua.

a Conſilium inierunt. *vt ex colloquutione communi melius perpenderent qualiter poſſent eum decipere. Secundò cum dicitur:*

b Vt caperent eum in ſermone. *Quia non poterant eum capere in malo opere. Et quia facilius capitur homo in verbis quàm in factis. tertiò, cum ſubditur:*

c Et mittunt ei diſcipulos ſuos. *i. homines Chriſto incognitos ſecundum æſtimationem eorũ, vt coram ipſis audacius loqueretur, & laxaret linguam ad aliquid dicendum, vnde poſſet capi. Quartò, cum ſubditur:* † Mar. 12.d

d Cum herodianis. *Iſti. n. herodiani erant milites Herodis: quia iſta quæſtio fuit facta Chriſto feria quarta ante paſſionem ſuam. Et de Herode legitur, quòd ipſe erat in Ieruſalem cum exercitu ſuo in die paſſionis, quia venerat in Ieruſalem propter ſolennitatem Paſchalem. Sic ergo milites Herodis miſſi ſunt cum diſcipulis phariſæorum, vt diſcipuli poſſent eum capere in ſermone, milites ſtatim raperent eum, vt puniretur in corpore. Sic ergo patet, qualiter malicioſe agebant contra eum verbo: quia primò commendant eum verbis, vt facilius inducant eum ad dicendum aliquid contra poteſtatem Cæſaris: de quo volebant ſibi facere quæſtionem, vt videbitur. Dicunt ergo ſic:*

e Magiſter ſcimus, quia verax es. *In vita.*

f Et viam Dei in veritate doces. *In ſana doctrina.*

g Et non eſt tibi cura de aliquo. *In quo apparet tua iuſticia: & ſic eũ commendant, licet fallaciter de veritate vitæ doctrinæ & iuſticiæ. q.d. non dimittes timore cuiuſcunq; hominis etiam Imperatoris dicere veritatem: & tunc proponunt quæſtionem brigoſam apud eos dicentes:*

h Licet cenſum dare Cæſa. an non. *Iſta quæſtio habuit ortum à tempore natiuitatis Chriſti: quia prout habetur Luc. ij. c Cæſar Auguſtus præcepit, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Et hæc deſcriptio primò facta eſt in Iudæa, quæ eſt in medio terræ habitabilis. & in iſta deſcriptione omnes ibant ad ciuitates, de quibus erant oriundi, vt profiterẽtur ſe reddituros tributum Cæſari. Tunc ſurrexit quidam nomine Iudas, natione Galilæus, qui dicebat hoc eſſe Iudæis illicitum, quòd ſcilicet recognoſcerent aliquem Dominum in terris, ſed ſolum Deum qui in cęlis eſt, & multos traxit ad ſe, vt habetur Act. v. Et Ioſephus idem refert: & extunc aliquid huic opinioni adhærebant, quia iſta opinio erat pro libertate populi, & pro honore ipſius Dei videbatur: econtrario alij aſſerebant, ꝙ erat licitum dare tributum Romanis: quia pro defenſione patriæ militabant, et ab hoſtibus & à latronibus defendebant, & pacem inter homines conſeruabant & iuſticiam. Hanc autem quæſtionem malicioſè ꝓpoſuerunt Chriſto, vt ſi diceret non eſſe licitum, ſtatim caperetur tanquam contrarius imperatori. Si autem diceret eſſe licitum, videretur eſſe contrarius libertati populi & diuino honori: & ſic incurreret maleuolentiam populi.* C — Lib. 18. antiquitatum, cap. 1.

i Cognita autem &c. *Hic ponitur Chriſti reſponſio. Primo reſpondet ad eorum intentionem.*

k Quid me tentat. &c. *quaſi dicat non quęritis veritatem addiſcere ſed me in verbis capere. Et propter hoc vocat eos hypocritas, quia aliud prætendebant, & aliud intendebant. Conſequẽter reſpondet ad quæſtionem.* † Mar. 12. b

l Oſtendite mihi num. *id eſt nummum, qui datur annuè pro cenſu imperatori.*

m At illi obtulerunt. *quia iſte nummus, ꝗ dabatur pro annuo cenſu à quolibet capitaneo domus valebat decem nummos vſuales. Et ideo vocabatur denarius, & erat de argẽto.*

n Cuius eſt imago &c. *quia imago Cæſaris erat impreſſa in illo denario, & nomen eius in circuitu.*

o Tunc ait illis: Reddi. &c. *quia reddere debitum omnibus eſt bonum & iuſtum: non eſt autem inconueniens, nec contradictio, ꝙ homo ſit ſubditus homini in temporalibus, & Deo immediate in ſpiritualibus. & maximè, quia iurauerant Iudæi ſeruare fidelitatem et reddere tributum Romanis à tempore Pompei, qui Iudæam fecit tributariam Romanis: & audientes mirati ſunt, & relicto eo abierunt ſicut confuſi.* D

q In illo die. *Hic conſequenter oſtenditur quomodo impugnauerunt Chriſtum Iudæi, in veritate doctrinæ, ad quam pertinet reſurrectio mortuorum, quæ eſt de articulis fidei. Et primò circa hoc imponitur Iudæorum interrogatio. Secundò Chriſti reſponſio, ibi: Reſpondens autem Ieſus. Circa primum aduertendum, quòd inter Iudæos quidam erant qui vocabantur Saducæi: qui recipiebant tãtum quinq; libros Moyſi, & dicebant animam hominis mortalem, & per conſequens negabant reſurrectionem, ſecundum ꝙ Ioſephus refert de iſtis, & magiſter in hiſtorijs, vbi plenius tangitur diuerſitas quæ erat in ſectis Iudęorum: quod propter breuitatem omitto. Iſti ergo mouerunt quæſtionem, quæ videbatur eis inſolubilis: & propter hoc videbatur eis reſurrectio mortuorum impoſſibilis. Et ponitur caſus de muliere, quæ deſponſata eſt ſeptem fratribus ſucceſſiuè, quia quando aliquis moriebatur ſine filio frater eius tenebatur accipere vxorem ad ſuſcitandum ſemen fratri ſuo, Ita quòd primus filius natus non aſcribebatur generanti, ſed mortuo fratri ſecundum quod ſcribitur Deu. xxv. Iſta ergo mulier ſine prole ſuſcepta mortua eſt poſt omnes fratres. Et ideo proponunt quæſtionem Chriſto.* † Mar. 12.b Luc. 20.e Act. 23.b — Lib. 20. ant. cap. 7.

¶ In reſurrectione

## MORALITER.

✠ *e Magiſter ſci. &c.* Chryſo. Hæc eſt hypocritarum prima ſimulatio, quia laudant quos perdere uolunt. Hom. 71. ex capit. 22 in Matt. 20.a.

*p Reddite ergo &c.* Orige. Mundi princeps diabolus Cæſar dici poteſt. non. n. Deo reddere poſſumus quæ ſua ſunt, niſi prius principi mundi reddiderimus quæ ſunt ſua, id eſt niſi depoſuerimus maliciam vniuerſam. *In illa &c.* Sequitur:

*r Erant apud.* Per iſtos ſeptem, qui non reliquerunt ſemen, deſignatur vniuerſitas deſidentium, qui ex ſuis operibus non relinquunt aliquid memoria dignum.

✠ *In reſurrectione.*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Erratis.* Ideo quia neſcitis ſcripturas. Vnde ſequitur. Vt ne-
E ſciant virtutem Dei.

b *In reſurrectione.* Reſurgent quidem corpora, quæ poſſent nubere & nubi, quod de his dicitur, qui habent membra genitalia: ſed alta ratione non nubent.

c *De reſurrectione &c.* Hoc quidem de reſurrectionis conditionibus quæſtioni propoſitæ reddidit. De ipſa verò reſurrectione contra infidelitatem eorum ita ait: *De reſurrectione autem mortuorum:* ita teſtimonium ponit: Quod videt ambiguum, vel non ſatis ad reſurrectionis pertinet veritatem, quia illi prophetas (vbi aperta ſũt teſtimonia) nõ recipiũt, ſed tantum quinq; libros Moyſi. Et hic de reſurrectione, & alibi de diuinitate quædam coram contemptoribus inuenitur dominus dixiſſe: non vt daret ſanctum canibus, & mitteret margaritas ante porcos, ſed quia inter eos qui tentabant, erãt aliqui, qui vtiliter audiebãt, quos pro aliorum immundicia negligi non oportebat.

Diuiſio

Supra 7.a

d *Non legiſtis.* In Moyſe quem recipitis, alioquin poſſet apertiora de reſurrectione teſtimonia prophetarum dare: ſed prophetas ſaducæi non recipiunt.

e *Deus Abraham &c.* qui iam mortui erant, quãdo hæc dicebat. ergo per hoc animas probat permanere poſt mortẽ: non. n. diceretur Deus non exiſtentiũ. Et ſic introducitur & corporum reſurrectio, quæ cũ animabus bona vel mala geſſerunt. *Deus Abraham & Iſaac & Iacob.* Per hoc probat æternitatem animarum. Et ſtatim infert: *Non eſt Deus mortuorum &c.* vt cum probauerit animas permanere poſt mortem, conſequenter introduceretur etiam corporum reſurrectio, quæ cum animabus bona vel mala geſſerunt.

†ſtupebãt

F f *Silentium.* Nota venena inuidiæ ſuperari poſſe, ſed difficile conquieſcere.

g *Conuenerunt.* vt multitudine vincerẽt quem non poterant ratione. In tentando conueniunt, qui in doctrina contrarij ſunt. Iam confutati erant in oſtenſione denarij, iam viderant etiam ſaducæos obmuteſcere, ſed tamen maleuolentia & liuor nutrit impudentiam.

Marc. 12. b *Tentans eum.* Marcus ait, quod ei ſapienter reſpondenti Dominus dixerit: Non longe es a regno Dei. potuit. n. fieri, vt qui tentans venit reſponſo dominico conuertus ſit. Vel tentatio non eſt mala quaſi volentis decipere, ſed cauta volentis amplius experiri ignotum.

*Diliges Dominum*

lier defuncta eſt: In reſurrectione a
a Opinabantur, quòd ſi reſurgerent, quòd ita tunc ſicut nunc in hoc ſeculo viuerent.
ergo cuius erit de ſeptem vxor? Oẽs b
enim habuerũt eam. Reſpondens c
a autem Ieſus, ait illis: Erratis, neſciẽ d e
a Quæ reſurrectionem aſſerunt. b Qua poteſt corpora ſuſcitare.
b tes ſcripturas, neq; virtutẽ Dei: In f g
Viri producent.
reſurrectione enim, † neq; nubẽt,
a Fœmine producentur. b Ecce ſpiritualis conuerſatio. i. ſine labe corruptionis viſione Dei fruentur qui ibi erunt.
neq; nubẽtur: ſed ſunt ſicut angeli
c Dei in cœlo. De reſurrectione autẽ i
a In Moyſe quem recepiſtis.
d mortuorum non legiſtis, quod dictũ eſt à Deo, dicente vobis: † Ego k
e ſum Deus Abrahã, Deus Iſaac, & Deus Iacob. Nõ eſt Deus * mortuo
a Simpliciter gradientes miracula venerantes ſequuntur doctrinam.
rum ſed viuentiũ. † Et audiẽtes turbæ † mirabant in doctrina eius. Pha l
a Sapienti reſponſioni.
f riſæi autem audiẽtes, quòd † ſilentium
a Non habentibus quid dicerent.
g impoſuiſſet Saducæis, conuenerũt m
a Pro omnibus legiſdoctor, vt ſi vincat, omnes victores habeantur, vel ſi vincitur, ſolus erubeſcat.
in vnum, & interrogauit eũ vnus n
a Non ſcire deſiderans.
h ex eis legiſdoctor tẽtãs eum. * Ma o
a Cuius non vult eſſe diſcipulus. b Egregium. p
giſter, quod eſt mandatum mã-

*patet eorum argumentum nihil concludere, quia illa inconuenientiã* G *ad quæ deducebant, non ſequuntur, niſi ex ſuppoſitione, quòd actus carnales venereorum ſint in reſurrectione, quod patet eſſe falſum. Tertiò confirmat veritatem reſurrectionis authoritate ſcripturæ dicentis Exod. iij.*

k Ego ſum De. Abr. & De. Iſ. &c. *Quãdo. n. Dominus protulit hæc verba, illi patriarchæ erant mortui corporaliter: cum ergo aliquis nõ poſſit eſſe Deus rei non exiſtentis, vel eius quod eſt nihil, quod idem eſt (quia creaturæ ad Deũ eſt relatio realis, quæ non poteſt fundari in nihilo) oportet ergo, quòd iſti Patriarchæ aliquo modo eſſent. & ideo cum non viuerent vita corporali, ſequitur, quod anima adhuc viuebat, et per conſequẽs quòd immortalis erat, quare non deſtruitur deſtructo corpore, & per conſequens ſequitur quòd reſurrectio erit: quia anima non poteſt eſſe perfectè quieta, nec Beata, niſi vniatur cum corpore: ad cuius vnionem habet inclinationem naturalem. Conſiderandum tamen, quòd ſaluator bene accepiſſet autoritatem magis expreſſam de immortalitate animæ & futura reſurrectione, autoritatem, ſcilicet prophetarum, vt viſum eſt, ſed illa non recipiebatur à ſaducæis: & ideo non fuiſſet efficax contra eos.*

Exod. 3.

† neq; ducunt vxores, neque nuptũ dantur.

†Exo. 3.c Mar. 12.c

l Phariſæi autem. *Hic conſequenter oſtenditur qualiter impugnauerunt Chriſtum in veritate vitæ, in hoc quòd propoſuerunt ſibi quæſtionem tentatiuam de primo mandato legis. Circa quod primò ponitur eorum interrogatio. Secundò ponitur Chriſti reſponſio, ibi: Ait illi Ieſus. Circa primum dicitur:* Phariſæi autem &c. *Licet enim ipſi eſſent contrarij ſaducæis in opinione de animæ immortalitate & de mortuorum reſurrectione, vt viſum eſt, tamen conueniebant cum eis in Chriſti perſecutione. Et ideo audientes, quòd ſilentium impoſuiſſet eis.*

*Deus

†Mar. 12.

†os occluſiſſet

m Conuenerunt in unum. *Ad inuadendum ipſum Chriſtum alio modo, & ad ipſum venerunt in magna multitudine ad magis eum terrendum.*

*Et dicens

H

n Et interrogauit eum unus ex eis: *vt ſi confuſus eſſet, ſolus videretur confundi: ſi autem vinceret, omnes viderentur per eum viciſſe, ſecundum quod dicit Chriſoſtomus.*

In Mat. homi. 42. circa 22. cap.

o Tentans eum. *Capere ſcilicet in ſermone. Marcus tamen videtur contrarium dicere. xij. capitu. vbi dicitur quod Chriſtus dixit iſti legis doctori quærenti de primo mandato legis: Non longe es à regno Dei. Dicendum, quòd iſte in principio venit mala intentione cum alijs: ſed poſtea audita Chriſti reſponſione vera, pœnituit & Chriſti reſponſionem approbauit, dicens: Magiſter in veritate bene dixiſti &c. vt habetur Marc. xij. Et tunc Chriſtus videns eius pœnitentiam intulit verba præmiſſa, dicens: Non longe es à regno Dei &c. Simile autem habetur Io. vij. vbi dicitur quod principes & phariſæi miſerunt miniſtros, vt comprehenderent Ieſum. Illi autem audientes Chriſti prædicationem pœnituerunt, & ſic ad principes redierunt: & cum quærerent ab eis, quare non adduxiſſent eum. Reſponderunt: Nunquam loquutus eſt ſic homo. conſequenter proponitur quæſtio:*

p Magiſter quod eſt mandatum magnum in lege? *Credebat. n. quòd ſtatim reſponderet de mandato primò primæ tabulæ: Non habebis Deos alienos. Et tunc habuiſſet argumentum contra eum de præcepto Charitatis quod eſt maius: ſicut & charitas eſt maior virtute ipſa fide.*

Ait illi Ieſus

## NICOLAVS DE LYRA.

a In reſurre. ergo cuius erit de ſeptem vxor? *q. d. dicerent: impoſſibile eſt, quòd detur alicui eorum determinatè. Cuius cauſa ſubditur:*

b Omnes. n. habuerunt eam. *Et per conſequens eadem ratione ſi debeat aſſignari vni, & alteri. Item non videtur poſſibile, quod detur ſeptem fratribus ſimul: quia eſt contra legem Moyſi, quòd duo fratres ſimul coniungantur vni mulieri matrimonialiter: & ex hoc intendunt concludere, quòd impoſſibile ſit animam immortalem eſſe & hominem reſurgere.*

c Reſpondens autem Ieſus. *Hic ponitur Chriſti reſponſio. Vbi tria facit per ordinem: quia primò oſtendit eorum errorem, & erroris cauſam, dicens:*

d Erratis. *In hoc ſupple, quod reſurrectionem negatis.*

e Neſcientes ſcripturas. *Ipſi. n. non recipiebant ſcripturas prophetarum, in quibus ſit expreſſa mentio de reſurrectione mortuorum, vt habetur Dan. xij. a. Multi qui dormiunt in puluere terræ euigilabunt &c. Et Ezechi. xxxvij. a. Facta eſt ſuper me manus Domini &c. Et ex ignorantia iſtarum ſcripturarum procedebat error eorum. Secunda cauſa tangitur, cum ſubditur:*

f Neq; vi. Dei. *Si enim bene conſideraſſent virtutem Dei, quæ poteſt aliquid ex nihilo facere, quod ipſi habebant neceſſe concedere, ex quo recipiebant libros Moyſi, vbi ſit expreſſa mentio de creatione mundi, non negarent quia poſſet reſuſcitare mortuos. Secundò ſoluit argumentum eorum, dicens:*

g In reſurrectione. n. neq; nubent. *id eſt viri non accipient vxores.*

h Neq; nuben. *id eſt mulieres non accipientur à viris, quia homines non reſurgent ad vitam carnalem cibis & venereis vtentem.*

i Sed ſunt ſicut Angeli Dei. *Viuentes viſione & fruitione Dei. Et ſic patet*

## MORALITER.

g *In reſurrectione enim &c.* Reſurrectio ſpiritualis eſt à morte culpæ ad vitam gratiæ, quæ eſt arra gloriæ: & ideo quando hæc reſurrectio firmata eſt per propoſitum cauendi recidiuum firmatum profeſſione religionis, & etiam obſeruatum, tunc eſt ſimilitudo ad angelicam vitam, quia per caſtitatem ſit conformitas angelicæ puritati. Angeli ſimiliter nihil proprium poſſident in hoc mundo, & obediunt continuè ipſi Deo.

p *Magiſter quod eſt mandatum magnum in lege.* Chriſ. De magno mandato interrogat, qui minimum non obſeruat. Et iſtis ſunt ſimiles multi ſtudentes, qui quærunt alta & ſubtilia, cum tamen adhuc ignorent communem doctrinam & prima rudimenta, uolentes uolare antequam alas habeant: & ſic in uanum laborant.

Vbi ſupra

*In his*



A a *Diliges Dominum Deum tuum.* Fictam conſcientiam interrogãtis Dominus primo reſpõſo percutit. Deus tuus vnus eſt. Nõ aſſumes nomen Dei tui in vanum. Obſerua diem ſabbati. Hæc tria ad dilectionem Dei pertinent. Cuius cogites vnitatem: veritatem: voluntatem.

Exo. 20. a
Ibidem. b

b *Ex toto corde.* Integritas fidei exprimitur. In tota anima, perfecta obediẽtia exigitur: In tota mente, perſeuerantia oſtenditur.

c *In his duo.* Nam ideo duæ tabulæ legis datæ ſunt, in quibus erant decem præcepta legis, quæ ſunt decachordũ pſalterium. Tria in vna quæ ſunt ad Deum, ſeptem in altera quæ ſunt ad proximũ. In prima primum eſt: Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra ægypti. Nõ habebis Deos alienos: quia Chriſtus cum patre & filio & ſpirituſancto vnus eſt Deus. Secundum. Non aſſumes nomen Dei tui in vanum. i. nomen Chriſti nõ debet in uanum accipi, vt putemus eum factum, per quem omnia facta ſunt. Quia verò vnus Deus eſt pater & filius & ſpirituſſanctus. In ſpirituſancto. i. in dono Dei requies nobis promittitur. Vnde tertium ſequitur: Memento, vt diem ſabbati ſanctifices: in eo non facies omne opus. In altera tabula. Honora patrem & matrem: Et: Non occides: Non mechaberis: Nõ furaberis: Non falſum teſtimonium dices: Non concupiſces vxorem proximi tui: Non concupiſces rem proximi tui.

Deut. 5.a

Exod. 20. b

Ibidem.

Ibidem.

d *De Chriſto.* ſiue venit, ſiue futurum creditis, quem purum hominem aſſeritis.

e *Dixit.* Iſtud dicere eſt æqualem ſibi filium generare.

Pſal. 109.
Marc. 12. d
Luc. 20. g

f *Domino.* Non ſecundum quòd de eo
B natus, ſed quòd de patre ſemper fuit.

g *Quomodo.* Repugnatia ſunt hæc ſecundum veſtrum intellectum.

*Et nemo*

a Id eſt diligere debes.
a gnum in lege? Ait illi Ieſus: † Dili- a b
b ges Dominum Deum tuum ex toto
a Intellectu, vt nullum in confeſſione diuinitatis relinquas errori locum. b Id eſt voluntate: vt nihil ei contrarium velis.
corde tuo: & in tota anima tua: & in
a i. In memoria nil reminiſcens quo minus de eo ſentias. b Dignitate.
tota mente tua. Hoc eſt † maximum
a Ordine. b Et ſi in exequutione ſit primum.
& primum mandatum. Secundum c
a Non par. Quia de dilectione.
autem ſimile eſt huic: † Diliges pro-
a In proximo, quòd Dei bonitate factus eſt. b Id eſt tuam ſubſtantiam.
c ximum tuum, ſicut teipſum. In his d
a Id eſt ad hæc duo refertur totus decalogus, & monita prophetarum ibi habent finem.
duobus mandatis vniuerſa lex pen-
a Quia illo fertur, vbi habet finem. b Qui ad teutandum venerant: occaſionem dederunt ſuæ confutationis.
dẽt & prophetæ. Congregatis au- e
tem Phariſæis, interrogauit eos Ie-
d ſus, dicens: Quid vobis videtur de f
a Secundum carnem.
Chriſto, cuius filius eſt? Dicunt ei: g
a Non reprehenduntur, quòd Dauid filium dicunt, ſed quia filium Dei eſſe non credunt.
b Si purus eſt homo.
Dauid. Ait illis: Quomodo ergo h i
a Non de corde ſuo, ſed in ſpirituſancto. b Qui non ante eum ſecundum vos.
Dauid in ſpiritu vocat eum Domi- k
Pater. Filio.
e f num, dicens: † Dixit dominus domi-
Non ad horam.
no meo, ſede à dextris meis, donec l m
Inobedientes. Subijciam tibi volentes vel nolentes.
ponam inimicos tuos ſcabellũ pedũ
tuorum? Si ergo Dauid vocat eum n
a Quod eſt ſecundum deitatem. b Quod eſt ſecundum carnem.
g Dominum, quomodo filius eius

*quòd aliquid dicitur primum dupliciter. Vno modo origine: & ſic illa quæ* C *ſunt imperfectiora, priora ſunt in illis quæ procedunt de potentia ad actũ, ut dicitur ix. metaphyſice. Alio modo dicitur aliquid primum dignitate ſeu perfectione. Hoc ergo ſecundò modo proximitatis, mandatum de dilectione Dei dicitur primum, quia origine, dilectio proximi prior eſt ſecundum quòd dicit beatus Ioh. 1. canonica: ca. iiij. d. Qui non diligit fratrem ſuum quem uidet, Deum quem non uidet, quomodo poteſt diligere? Et ſic patet ſecundum. Circa tertium conſiderandum, quòd totum & perfectum idem ſũt, ut habetur. iij. phyſicorum. & ideo diligere Deum ex toto corde: & ex tota anima, et ſic de alijs eſt diligere ex perfecto corde uel ex perfecta anima, & ſic de alijs. Perfectum autem dicitur aliquid dupliciter. Vno modo, quando nihil ſibi deeſt de perfectione ſibi poſſibili. Alio modo, quando nihil ſibi deeſt de perfectione ſibi debita vel competenti: ſicut homo mediocris ſtaturæ dicitur perfectæ quantitatis, licet non habeat quantitatem gigantis. Sic ergo accipiendo perfectum primò modo, ſic impletur præceptum dilectionis in patria: quia mens ibi fertur in Deum totaliter & perfectè, quantum ſibi poſſibile eſt, & ſine aliqua interruptione. & ſecundum hoc dicit Aug. libro De perfectione iuſticiæ, quòd mandatum charitatis ſolum implebitur in patria, ubi erit charitas perfecta. Si autem accipiatur perfectum ſecundò modo ſic impletur in uia, quando nihil diligitur contra Deum. Iſta. n. eſt perfectio, quæ debet ineſſe ex debito neceſſitatis. & hoc ſufficit ad ſalutem. Diligere ergo Deum ex toto corde, hoc modo eſt ſic diligere Deum, quòd nihil diligatur contra ipſum. Sequitur:*

† Deut. 6.a

Text. 9.

† magnum

† Leu. 19. d
Marc. 12. c
Rom. 13. c

Cir. me. to. 7

c Secundum autem ſimile &c. Diliges &c. *i. ad eandẽ beatitudinẽ, ad quã diligis te.*

d In his duob. &c. *Sicut. n. in ſpeculatiuis omnes concluſiones dependent ex hoc principio: De quolibet affirmatio vel negatio: Sic in operabilibus omnia dependent ex dilectione Dei principaliter, & conſequenter ex dilectione proximi. propter hoc omnia mandata legis & monitiones non ſunt niſi quædam explicationes iſtorum duorum mandatorum, quia omnia ordinantur ad dilectionem Dei & proximi, vt patet intuenti: Et ſimiliter doctrina prophetarũ ad hoc ordinatur.*

D

e Congregatis autem &c. *Hic conſequenter oſtenditur phariſæos eſſe contradictores diuinæ veritatis errori contrario adhærendo. Ad cuius euidentiam conſiderandum quòd licet phariſæi & legiſperiti cognouerunt in principio Ieſum eſſe verum Chriſtum, & per conſequens Deum, & hominem, vt ſupra dictum eſt c. præc. ſuper illud: Hic eſt hæres: quia tamen conceperunt contra eum odium & rancorem: ideo hæc vera æſtimatio corrupta eſt in eis aliquo modo, vt ſupra dictum eſt. & ideo inceperunt eum negare et perſequi tanquam blaſphemum, quia dicebat ſe eſſe filium Dei: & per conſequens incipiebant corrumpere ſcripturas & deprauare quæ loquebantur de eius diuinitate, propter quod Chriſtus fecit eis iſtam quæſtionem de Chriſto.*

Diuiſio

g Cuius filius eſt? Dicunt ei: Dauid. *ſolum. ſ. diuinitatem negando.*

h Ait illis. *Arguendo, ſcilicet in contrarium.*

i Quomodo ergo &c. *id eſt ſpirituſancto inſpiratus.*

k Voca. eum &c. *Quod. n. iſta ſcriptura intelligatur de Chriſto, patet, quia ipſi Phariſæi non negauerunt hoc, imo conceſſerunt.*

l Sede à dextris &c. *Sedere autem à dextris vno modo accipitur pro æqualitate, & ſic Chriſtus ſecundum quòd Deus, ſedet ad dexteram. Alio modo eſt eſſe in potioribus bonis. et hoc modo conuenit Chriſto ſecundum humanitatem: quia vt ſic in gloria præeſt angelis.*

m Donec ponam ini. &c. *Iſtud complebitur in iudicio, quando omnia perfectè ſubijcientur homini Chriſto.*

n Si ergo Dauid &c. *q. d. cum ſecundum naturam humanam ſit filius Dauid, & per conſequens eo inferior, oportet ponere in eo aliam naturam, per quam ſit dominus eius & eo ſuperior. Hæc autem eſt diuina: & ſic in Chriſto duæ ſunt naturæ, diuina & humana.*

Et nemo

## NIC. DE LYRA.

a Ait illi Ieſus. *Hic ponitur Chriſti reſponſio.*

b Diliges dominum Deum tuum &c. Hoc eſt maximum & primum mandatum. *Hic tria ſunt videnda de ipſo præcepto charitatis. Primum eſt qualiter ſit intelligendum. Secundum qualiter ſit primum. Tertium, qualiter implendum. Circa primum ſciendum, quòd iſtum præceptum in quatuor locis traditur in ſcriptura ſ. Deutero. vi. vbi ponuntur tria: Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. & hic Matth. xxij. vbi dimittitur fortitudo, & duob. alijs additur vnũ quòd Deus diligatur ex toto corde et ex tota aĩa & ex tota mente. Mar. aũt xij. ponũtur iſta tria, et additur quartũ. ſ. ex tota virtute, quod eſt idem cum eo, quod dicitur Deut. vi. Et ex tota fortitudine. Et eodem modo Lucæ. x. habetur: niſi quòd dicitur ibi, ex omnibus viribus tuis. quod idem eſt cũ eo quod dicitur: ex virtute vel ex fortitudine. Et ſic patet, quod quatuor iſta ſunt de ratione iſtius præcepti. ſ. diligere Deum ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, & ex tota fortitudine. Cuius ratio eſt, quia diligere eſt actus voluntatis. Duplex eſt autem actus ipſius, vnus eſt elicitus, & alter imperatus. Actus autem elicitus eſt, qui immediate egreditur ab ipſa voluntate. & iſte actus tãgitur cum dicitur:* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde. *Id eſt ex tota voluntate: quia ſicut ex corde oritur motus ad alias partes corporis, ita voluntas mouet alias potentias animæ. Actus autem imperatus voluntatis eſt Actus alterius potentiæ mota ad ſuum actum per ipſam voluntatem. Per voluntatem autem informatam charitate mouetur intellectus ad aſſentiendum his, quæ ſunt fidei & ad meditandum de Deo dilecto. Et iſte actus ſignificatur, cum ſubditur:* In tota mente. *Ibi enim accipitur mens pro ipſo intellectu, vlterius per voluntatem mouetur appetitus ſenſitiuus, vt conformetur ſuperiori parti: quia ſicut ſphæra ſuperior mouet inferiores ſuo motu, ita uoluntas appetitum ſenſitiuum, ut habetur ij. de anima. Et iſte actus notatur, cum dicitur:* Et in tota anima. *Per animam enim hic intelligitur pars ſenſitiua. ſecundum quod ſcribitur. Factus eſt homo in animam uiuentem, id eſt uitam animalem & ſenſibilem corpori dantem, ut dicit glo. Vlterius per uoluntatem mouentur potentia motiua & executiua ad operandum ex dilectione. Et hoc notatur cum ſubditur:* Ex tota fortitudine tua, *uel*, ex omnibus uiribus tuis: *quod idem eſt. patet ergo primum. Circa ſecundum conſiderandum quòd*

Dilectionis præceptum traditur in quatuor locis ſcripturæ.

Philoſoph.

Gen. 2.e

## MORALITER.

d *In his &c.* quia tota ſacra ſcriptura ad dilectionem Dei & proximi ordinatur.

f *Quid. u. u. de Ch.* Xp̃s Græcè dr̃ vnctus Latinè: qđ cõpetit ep̃is et regib. pp qđ dẽnt imitari Dauid tãq̃ boni filij ĩ mãſuetudine & iuſticia ipſi⁹. Dr̃. n. de ipſo. Ipſe eſt. n. quaſi tenerrimus ligni vermicul⁹, q licet ſit molliſſim⁹, tñ pforat lignũ durũ. Sic reges & ep̃i dẽnt eſſe molles & ſuaues erga bonos, & efficaciter punir̃ rebelles obſtinatos.

2. Re. 23. a

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

E a Et nemo poterat &c. Nota venena inuidiæ ſuperari poſſe, ſed difficile conquieſcere.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et nemo poterat ei reſpondere. *Quia non poterant ſcripturam negare. Conſiderandum tamen, quod Iudæi moderni diuinitatem Chriſti negantes dicunt prædictam autoritatem dictam eſſe ad literam de Abraham: & quod Eliezer diſpenſator domus Abrahæ fecit hunc pſalmum, agens Deo gratias de victoria, quam habuit Abraham de quinque regibus, vt habetur Gen. xiiij. poſt quam victoriam apparuit Dominus Abrahæ, dicens: Noli timere Abraham, ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis. Dicunt ergo, quod Eliezer loquitur ſic: Dixit Dominus, i. Deus cœli qui eſt Dominus omnium, Domino meo Abraham. Sede à dextris meis &c. quia confortauit eum, vt viſum eſt promittendo ei auxilium & præmium. Sed iſta expoſitio patet falſa, Primò per titulum Pſalmi. vbi ponitur Pſalmus Dauid etiam in Hebræo, quod non ponitur in Pſalmis factis ab alijs. Itē per illud quod ſubditur in Pſalmo eodem. Ex vtero ante luciferum genui te. Quod non poteſt dici de Abraham, quòd ſit genitus ex vtero Dei vel ſubſtantia & ante luciferum, id eſt ante mundi creationem, ſed ſolum poteſt verificari de filio Dei. Et iterum in fine Pſalmi dicitur. Tu es ſacerdos &c. quod non poteſt verificari de Abraham, qui non fuit ſacerdos: & dato quòd fuiſſet, tamen ſacerdotium eius non potuiſſet fuiſſe in æternum, ſed ſolum Chriſti ſacerdotium eſt æternum.* (Pſal. 109. b)

a eſt? Et nemo poterat ei reſpondere a verbum, neque auſus fuit quiſquam ex illa die eum amplius interrogare.

a ¶ Quia confutati ſunt verbis. ¶ Sed apertè comprehenſum tradunt Romanæ poteſtati.

In capitulo. xxij. vbi dicitur in poſtilla: Quia anima non poteſt perfectè eſſe quietata.

### ADDITIO.

*Perfecta hominis beatitudo (quæ in viſione diuinæ eſſentiæ principaliter conſiſtit in anima) non dependet à corpore: vnde ſine corpore poteſt anima eſſe beata, vt in prima ſecundæ. q. iiij. arti. v. in cor. q. licet verum eſt, quòd perfectius habebit anima ſuam propriam operationem in qua felicitas conſiſtit, cum ſit vnita corpori glorioſo, quam ſeparata: & hoc denotant verba Augu. xij. ſuper Geneſim ad literam ſi rectè intelligantur. Similiter dicendum eſt, quòd anima ſeparata, in viſione diuinæ eſſentiæ, totaliter quieſcit ex parte appetibilis, cum habet illud, quod ſuo ſufficit appetitui, licet non totaliter quieſcit ex parte appetentis: quia illud bonum non poſſidet ſecundum omnem modum, quo poſſidere vellet. vnde corpore reſumpto beatitudo non creſcit intenſiuè, ſed extenſiuè tantum, vt in quæſtione præallegata. Nec eſt neceſſarium quòd deductio iſta intelligatur in Verbis ſaluatoris, quia ad concludendum contra Saducæos, ſufficit probare quòd anima ſit immortalis. Nam ex mortalitate animæ quam ipſi credebant, præcedebant ad negandum reſurrectionem.* (C. 13. n.)

## GLOS. ORD. CAP. XXIII.

T*Vnc locutus eſt.* Illis cōfutatis qui doloſi ſunt, inſtruit eos qui idonei ſunt, nihilominus hortans eos ſubijci illis propter ſacerdotium, & nominis dignitatem: non opera, ſed doctrinam conſiderantes.

b *Onera grauia.* Legis mandata permixtis ſuis traditionibus, ſecundum ea ſuadentes viuere, & non venire ad facilem & delectabilem gratiam Chriſti. vnde ſupra. Venite ad me qui laboratis & onerati eſtis. (Sup. 11. d)

c *Omnia verò.* Dixit tales doctores audiendos eſſe, non imitādos. nunc oſtēdit cauſam propter quid non poſſunt credere Chriſto. i. quia omnia faciunt vt videanẗ ab hominibus. Non poteſt. n. Chriſto cœleſtia prædicāti credere, qui gloriam terrenam cupit. († 9. di. ca. ſecundum)

F d *Dilatant.* non vt faciendo ſint iuſti, ſed vt dicendo appareant iuſti. *Dilatant enim philateria.* Datis mandatis per Moyſen intulit Dominus: ligabis ea in manu tua, & erunt immota ante oculos (Hierony.)

## CAP. XXIII.

¶ Vt confuſio illorum iſtis ſit diſciplina. confutatur malus vt corrigatur bonus: quidquid facit malus, propter bonos ſit.

a TVnc locutus eſt Ieſus ad turbas & ad diſcipulos ſuos, dicens: † Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. † Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, * ſeruate & facite: ſecundum opera verò eorum nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt. † Alligant enim onera grauia, & † importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autē ſuo nolūt ea mouere. Omnia verò opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus. Dilātāt enim

¶ Doctrinā, quam docuit Moyſes. a ¶ Propter cathedram, non vitam. a ¶ Ad cathedram pertinentia. ¶ In corde. ¶ In opere. ¶ Doctrinam tenete, non vitam. ¶ Quia non concordat vita cum doctrina. a ¶ Vndecunque traditiones colligunt, quæ conſcientiam non leuant, ſed grauant, quas ſuis viribus implere non poſſunt. a ¶ Quaſi ad hoc fortes ſint. a ¶ Id eſt nec in minimis perficiunt, quæ ſine gratia implenda docere præſumunt. ¶ Et hoc per partes oſtendit: Dilatant &c. a ¶ Eo fine, vt reueantur gloriam: & ideo non poſſunt credere Chriſto cœleſtia prædicanti. b ¶ Per partes oſtendit.

g *Digito autem ſuo. id eſt modicum conatum ad agendum talia nolūt apponere. Ex hoc patet, quod ille qui conſtituit legem aliquam, licet non ſit ſubditus legi, quantum ad hoc quod puniatur per hominem ſi contrarium faciat, tamen obligatus eſt ad legem implendam, & grauius punietur à Deo ſi faciat contrarium, quia tranſgreſſio eius grauior eſt propter ſcandalum. propter quod dicit ſapiens: Patere legem quam ipſe tuleris. Et ex. de conſti. ca. Cū omnes. dicitur, Quod quiſquis iure in altero ſtatuit, ipſe eodem iure vti debet. Patet etiam ex prædictis, quod illi qui ſtatum eccleſiæ in generali, ſeu aliquem ſtatum eccleſiæ in ſpeciali onerāt grauibus ſtatutis ſine magna & euidenti neceſſitate, abutuntur ſua poteſtate, ſicut faciebant Scribæ & Phariſæi. vnde dicit Aug. ad inquiſitiones Ianuarij loquens de religione chriſtiana: Ipſam religionem noſtram quam Dominus noſter Ieſus Chriſtus in pauciſſimis ſacramentorum celebrationibus voluit eſſe liberam, quadam ſeruilibus præmunt oneribus, adeo vt tolerabilior ſit conditio Iudæorum, qui non humanis præſumptionibus, ſed diuinis ſubijciuntur inſtitutis.*

H h Omnia verò. *Hic oſtēditur ſuperbia Phariſæorum ex ſimulatione ſanctitatis, quia hoc faciebant vt eſſent in reuerentia & honore in populo. Et hoc eſt quod dicit:* Omnia verò opera ſua faciunt vt ui. &c. *i. propter gloriam humanam: quia videri in bonis propter gloriam diuinam nō eſt malum ſed magis meritorium, vt ſupra dictum eſt. v. capitu.*

i Dilatant phylat. ſua. *phylateria ſecundum quod dicit Hier. erāt quędā chartæ in quibus ſcribebatur deca-*

## NIC. DE LYRA. CAP. XXIII.

T*Vnc loquutus eſt Ieſus. &c. Hic oſtenditur tertiò Iudæos eſſe iuſtè reprobatos, quia fuerunt fictores bonitatis. Et diuiditur in duas partes, quia Saluator primò ponit huius fictionis motiuū. Secundò concludit huius motiui multiplicem effectum, ibi: Væ autem vobis ſcribæ & phariſæi. Prima in duas: quia primò ſaluator huiuſmodi motiuum oſtendit. Secundò, hoc motiuum à ſuis diſcipulis excludit ibi: Vos autem. Motiuum autem fuit ſuperbia Phariſæorum & legiſperitorum. Et hæc ſuperbia oſtenditur ex tribus. Primò ex abuſu ſuæ poteſtatis. Secundò ex ſimulatione ſanctitatis, ibi: Omnia ergo. Tertiò ex ambitione dignitatis, ibi: Amant autē primos recubitus in cœnis. Circa primum conſiderandum quod à tempore Moyſi fuerunt cōſtituti à Deo. lxx. ſenes ætate & ſcientia prouecti, qui cum Moyſe haberent curam populi: & dicebantur iudices ordinarij, quia ad ipſos fiebat recurſus in dubijs cauſis. Magnæ et cauſæ non tractabātur ſine eis: & iſtud fuit obſeruatū apud Iudæos quādiu fuerūt in poteſtate. Et hoc eſt quod dicit hic ſaluator:* († Luc. 11. f 26. q. 7. ca. alligat. de conſe. di. 4 ca. baptiſmus. Diuiſio)

b Super cathedram. *id eſt in autoritate iudicandi populum.*

c Sederunt ſcribæ. *quia illi, qui videbantur in populo eſſe magis periti, ad hoc eligebantur.*

d Omnia ergo quæcunque dixe. *quia prælatis etiam malis eſt obediendum, niſi in his quæ ſunt manifeſtè contra Deum: & ſunt habendi in reuerentia, quandiu tolerantur in officio ſuo. Quod patet per exemplum Dauid qui venerabatur Saulem regem, licet ſciret eum eſſe malum & à Deo reprobatum.*

e Opera v. e. n. *quia non ſunt imitandi in malis: imo tantum in bonis.*

f Alligant. n. onera. *quia ſupra legis præcepta conſtituerant multa ex ſuis traditionibus, ſicut ſupra patuit capi. xv. quæ erant ſubditis grauia & importabilia.*

Digi-

## MORALITER.

* a *Tunc loquutus.* Sequitur:

d *Omnia ergo quæcunque dixerunt. uob. ſer. et facite: ſecundum opera verò eorum nolite fa.* Hoc generaliter intelligendum eſt de omnibus bene docentibus & male viuentibus: nam eorum doctrina debet acceptari, & vita repudiari.

g *Alligant enim &c.* Hiero. Hoc generaliter dicitur aduerſus omnes magiſtros qui grandia iubent, & minora non faciunt. Chriſoſto. Tales autem ſunt qui graue pondus venientibus ad pœnitentiam imponunt, & ſic dum præſens pœna fugitur, contemnitur futura. Si enim faſcem ſuper humeros adoleſcentis, quem non poteſt portare poſueris: neceſſe habet vt aut faſcem reijciat, aut ſub pondere confringatur. Sic & homini cui graue pondus pœnitentiæ imponis, neceſſe eſt vt aut pœnitentiam reijciat, aut ſuſcipiens dum ferre non poteſt, ſcandalizatus amplius peccet. Deinde ſi erramus modicam pœnitentiam imponendo, nonne melius eſt propter miſericordiam reddere rationem quàm propter crudelitatem: Vbi paterfamilias largus eſt, diſpenſator non debet eſſe tenax. (Vbi ſup. In c. Mat. 23. hom. ...)

i *Omnia ve. op. ſua fa.* Chryſoſto. in omni re naſcitur quod eam exterminat. Sicut in ligno vermis, & in veſtimento tinea. vñ ſacerdotū miniſterium qui poſiti ſunt ad ædificationē ſāctitatis, corrūpere diabolus nititur, vt hoc ipſum bonū dum propter homines fit, fiat malum.

* Amant pri-



ante oculos tuos. i. ſint tibi in ope & meditatione. Et Phariſæi male interpřtātes ſcribebāt decalogū in mēbranulis, & ligabāt in fronte, ꝑ qđ religioſi viderent ppl̄s. Iuſſerat ēt Moyſes, vt in quatuor angulis palliorū facerent fimbrias, vt ꝑ hoc eſſent diſcreti iſraelitici ppl̄i. Illi vero faciebāt grandes fimbrias, & in eis ligabāt acutas ſpinas, ut eundo & ſedendo interdū pūgerent, quaſi ſic commoniti retraherentur ad officia Dei. Huiuſmodi faciunt hodie zelo Dei, ſed non ſcḋm ſciam, mulierculæ in paruis euāgeliis, & ligno crucis, & in hmōi rebus quod ſuperſtitio eſt. Phylateria hebraicum nomen eſt, & ſonat ſeruatoria, phylaxe enim ſeruare. Thorath lex interpretantur. (A)

a *Vos au.* Duplici ratione ab his attēdere iubet, ne eorū ſimulatione ſeducamur, vel æmulatione inflamemur.

b *Vnus eſt.* qui illuminat hominem, qđ non alius homo, ſed tantū exercet docendo, non intellectum præſtat.

c *Pater ue.* Deus dr̄ pr̄ & magiſter natura, homo indulgentia. Pater, ut honor ætati deferaẗ, nō vt autor vitæ habeatur. Magiſter, ex conſortio ueri magri tanquam eius nuncius & pro reuerentia eius, a quo mittitur, honoratur.

d *Qui maior.* Certantibus de prioratu diſcipulis (vt Lucas ait) Chriſtus non eos initæ cōtētionis arguit, ſed formā humilitatis oſtendit *Qui maior eſt.* i. maioris meriti, vel q præfertur aliis, debet eos præuenire obſequendo, nō ſupbe dominando. Bene agentib. per humilitatē ut ſocius: contra delinquentes, zelo iuſticiæ ſit erectus. Nōnunq̄ grauius delinqtur, ſi inter peruerſos plus æqualitas q̄ diſciplina cuſtoditur. Rectorē & matrē exhibeat pietas, & přem diſciplina. Cauendūq; eſt, ne aut diſtrictio rigida, aut pietas ſit remiſſa. (Luc. 22. Luc. 14. c 18. c)

B e *Clauditis*, vel malo exemplo, uel myſteria ſcripturarum tollendo. Exemplo. n. & doctrina eorum, qui magiſtri ſunt, alii quidem Xpm non recipiunt.

Circumitus

phylateria ſua: & magnificant fimbrias. * † Amant autē primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro et uocari ab hominibus, rabbi. * Vos autem nolite vocari rabbi. Vnus eſt enim magiſter veſter, omnes aūt uos fratres eſtis. Et přē nolite uocare uobis ſuper terram: unus eſt. n. pater ueſter, qui in cælis eſt. † Nec uocemini magři: quia magiſter ueſter vnus eſt Chriſtus. Qui maior eſt ueſtrum, erit miniſter veſter. † Qui autem ſe exaltauerit, humiliabit, & qui ſe humiliauerit, exaltabitur. Væ autē vobis Scribæ & Phariſæi hypocritę, qui clauditis regnum cælorum ante homines: Vos enim non intratis, nec introeūtes ſinitis intrare. † Væ uobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui comeditis domos uiduarum, orationes lon-

a ¶ Q. mercedem ſuæ religionis gulam ſequuntur, & in publico gloriam quærunt. a ¶ Magiſtros primos ſedere non uetat ſed eos arguit, qui hæc habita uel non habita indebite appetunt. a ¶ Magiſtri. a ¶ Id eſt, quod Deo debetur, nobis præſumatis; nec alios rabbi uocetis, ne diuinum hominibus honorem deferatis. ¶ Vb uno facti uſuui naturæ. a ¶ Autor naturæ, quia ex ipſo ſunt omnia. a ¶ Ne appetatis uocari. a ¶ Repetit propter filium, per quem ſunt omnia, ue per quem reconciliati ſumus. b ¶ Cui, quidquid ſcitis, attribuendum eſt. c ¶ De primatu non ſit contentio inter uos. a ¶ Incaute eleuauerit. a ¶ Domino, & ſi non coram hominibus. b ¶ De benefactis prouide. a ¶ A Deo. b ¶ Qui habetis notitiam legis & prophetarum. a ¶ Qui aduentum Chriſti doctrinæ ſimulatione abſcondi[t]is, qui aperit regnum cælorum. a ¶ Non creditis. b ¶ Credere uolentes. a ¶ Qui ueſtra ſuperſtitione nihil intenditis, niſi ut prædam de ſubiecta plebe faciatis.

C *forma hominis, pater autem eſt ille qui dat formam.*

g Nec uocemini magiſtri &c. *ſicut iam ſupra expoſitum eſt.*

h Qui maior eſt ueſtrum. *i. uult eſſe ſecundum ueritatem.*

i Erit miniſter ueſter. *id eſt paratus ad officia humilitatis ſecundum decentiam ſui ſtatus: propter hoc papa vocat ſe ſeruum ſeruorum.*

k Qui autem ſe exaltauerit. *in præſenti per ſuperbiam.*

l Humilia. *in futuro per gehennæ pœnam.*

m Væ autem uob. s. *Poſtquam Saluator oſtendit hypocriſis motiuum, quod eſt ſuperbia, hic oſtendit eius multiplicem effectum. Et diuiditur in duas partes: quia primo deſcribit ex multiplici effectu hypocriſis culpam, ſecundo ſubiungit pœnam, ibi: Serpentes genimina. Circa primum aduertendum quod hypocriſis eſt ſimulatio falſa. & ideo opponitur ueritati. Veritas autem triplex eſt, doctrinæ, iuſticiæ, & uitæ. Et ideo diuiditur in tres partes: quia primo oſtenditur qualiter Phariſæi corrumpebant per hypocriſim veritatem doctrinæ. ſecundo idem oſtenditur de veritate iuſticiæ, ibi. Væ uobis ſcribæ & phariſęi hypocritę qui decimatis. tertio idem oſtenditur de veritate vitæ. ibi: Væ uobis ſcribæ & phariſæi hypo. qui munda. Circa primum conſiderandum, quod doctrina legis ad tria ordinabatur, uidelicet ad cognitionem Chriſti in lege promiſſi. ſecundo ad ſalutis cōſequutionem per mandatorum impletionem, vt ſupra dictum eſt. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Tertio ad cultum vnius Dei obſeruandum. Et ideo diuiditur in tres partes, ſecundum quod iſta tria per hypocriſim corrumpebant phariſæi. ſecunda ibi: Væ uobis ſcribæ & phariſæi hypo. qui circum. tertia ibi: Vę uobis duces cęci. Conſiderandum autem, quod in omnibus iſtis effectibus hypocriſis præponit hanc dictionem uæ; quę maledictionem ſignificat. Cuius ratio eſt, quia ſicut in lege ueteris Teſtamenti ponuntur benedictiones obſeruantibus legem, et maledictiones tranſgredientibus eam, ut habetur Deutero. xxviij. ita in euangelio ponuntur beatitudines, ut habitum eſt. & hoc reſpectu iuſtorum, & hic contrariæ ponuntur maledictiones contra hypocritas falſo iuſticiam ſimulantes. dicit ergo:* Væ au. uobis ſcribæ & phariſæi. *Regnum cęlorum hic accipitur pro beatitudine ęterna: Oſtium, per quod intratur ad ipſam, Chriſtus eſt, ſecundum quod ipſemet dicit. Ego ſum oſtium: per me ſi quis introierit, ſaluabitur. Clauis autem, qua aperitur hoc oſtium, vel clauditur, eſt doctrina: propter quod autoritas docendi vocatur clauis ſcientię, ut habetur Lucæ. 11. & ideo per ſanam doctrinam aperitur hoc oſtium, & per falſam doctrinam clauditur. Ergo quia phariſæi & ſcribæ autoritates, quæ ſunt in lege & prophetis de Chriſto corrumpebāt, ut uiſum eſt, ideo claudebant regnum cęlorum ante homines, eos à fide & noticia Chriſti veri auertendo. ideo ſequitur:* (Sup. 9. a. Diuiſio. Væ in ſacra ſcriptura cuius nota ſit. D Deute. 28. b Ioan. 10. b Luc. 11. g Preced. c)

n Vos enim. *quia à cognitione, quam habuerunt de Chriſto per odium & rancorem conuerſi ſunt in errorem ut uiſum eſt.*

o Nec introeuntes &c. *ideſt intrare uolentes, quales erant ſimplices & populi.* (Ca. præce. & c. 21.)

p Sinitis. *Quia per iſtos phariſęos fuerunt decepti, & à fide Chriſti pro maiori parte auerſi.*

¶ Væ uobis.

## NICOL. DE LYRA.

¶ *bebatur decalogus mandatorum, & ponebatur illa charta in capite ad modum coronæ. Per hoc ſignificabatur, quòd debebant legem in memoria habere, ſecūdum quod habetur Deut. vi. Dicebantur aūt philateria à phylaxe quod eſt ſeruare, & tora quod eſt lex: quæ erant quædam ſigna ſeruandæ legis. Phariſæi igitur, ut uiderentur præ cæteris religioſi, faciebant ſibi phylateria magis lata, & ſcribebant in eis decalogum de groſſiori litera. & eadem ratione faciebant fimbrias maiores in pallijs ſuis. Quæ autem eſſent iſtæ fimbriæ, dictum eſt ſupra. ix. cap. ſuper illud uerbum: Tetigit fimbriam ueſtimenti eius.* (Antiqui libri nō habent iſtud. Væ vobis &c. uſque ad ...)

a Amant autem. *Hic conſequenter oſtenditur ſuperbia eorum ex ambitione dignitatis, cum dicit:* Amant autem primos recu. in cæ. *& hoc duplici de cauſa. ſ. ratione gulæ: quia ibi ponuntur fercula meliora, & ratione ſuperbiæ, quia eſt locus honorabilior.* (Phariſæi amabant primos recubitus in cœnis dupli[ci] de cauſa.)

b Et primas cathedras in ſynagogis. *vbi conueniebant homines ad audiendum verbum Dei.* Et ſalutationes in foro. *ideſt in loco patenti.*

c Et uocari ab hominibus Rabbi. *Deſiderare enim ſcientiam & actum docendi non eſt malum, ſed meritorium, ſed deſiderare nomen tantum, hoc eſt malum & ſuperbiæ peccatum. Si tamen deſideretur nomen & autoritas magiſterij ad hoc, quòd ſcientia iam habita aliquis melius poſſet uti, non eſt malum, ſed eſt bonum: quia bonus doctor debet quęrere illa, quæ faciunt ad efficaciam ſuæ doctrinæ. Veruntamen quia homo non eſt magiſter principalis, ſed ſolus Deus, ideo dicit:*

d Vnus eſt enim magiſter ueſter, *quia ſolus Deus poteſt interius docere intellectum illuminando, ſeu ſpeciem intelligibilem infundendo. homo autem docet tantum exterius aliqua proponendo: ex quibus formantur phantaſmata debita, à quibus intellectus agens facilius abſtrahit ſpeciem intelligibilem ſicut in ſanatione hominis natura agit tantum principaliter, medicus autem aliqua adminiſtrat, ex quibus natura iuuatur.*

e Omnes autem uos fratres eſtis. *quia filij Dei per creationem & adoptionem gratiæ.*

f Et patrem nolite uocare. *Licet enim aliquis poſſit uocari pater in terra ratione generationis, doctrinæ, ſiue ætatis, tamen ſolus Deus eſt pater principalis: quia ab eo ſolo habemus animam intellectiuam, quæ eſt forma*

## MORALITER.

* a *Amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras.* Iſta recipere cum exhibentur ordinate, non eſt malum, ſed ipſa cōcupiſcere.

f *Et patrem nolite uocare vobis ſuper terram.* non excludit exhibitionem honoris debiti, ſed indebiti, ſcilicet vt propter adulationem vel aliquid huiuſmodi non fiat.

m *Vę autem uobis ſcribę & phariſęi hypocritę, qui clauditis regnum cęlorum ante homines &c.* Hoc faciunt illi qui nequiter repellunt prædicatores, & confeſſores viam ſalutis aperire peccatoribus uolentes, & ſimiliter illi, qui fulminant indiſcretè ſententias excommunicationi, ſuſpenſionis aut interdicti.

p *Væ vobis ſcribę & phariſæi hypocritę, qui comeditis.* Iſti ſunt Beguardi ſanctitatem ſimulantes propter quæſtum, non propter ſalutem animarum.

* *Væ vobis*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Circumitis* In toto orbe euangelio detrahitis: & ſi qs nobis adhæret, duplæ penę filius eſt: quia neq; remiſſionem pctorū accipit, & in eorum ſocietatem incidit, qui Chriſtum ſunt perſecuti. Quiſq; eius filius dicitur cuius opera agit.

*Proſelyti.* b *Proſelytum.* Proſelyti ſunt de gentib. in ſynagogam recepti, quorum raritas per vnum ſignificatur. quia vix aliquis poſt Chriſtum.

c *Quicun.* Phariſæi q oĩa fecerūt pp lucrū, dicebant eſſe ēt ſanctiora oblata q̃ tēplum uel altare, vt hoĩes ꝓmptiores eſſent ad offerēda dona, quam ad præces fundendas in templo vel iuſticias faciendas. In quonō Dei timorē, ſed ſuā cupiditatem attendebāt Ideo arguit eos Dñs ſtulticiæ & fraudulentiæ. Templū uel altare ad gloriā Dei ptinet, & ad hoĩs ſalutē. Aurū vel donū altaris, & ipſa ad gloriā Dei pertinent, & tñ magis ad delectationē hominum, & utilitatem ſacerdotum Et ĩō aurum, quo delectantur, & dona qbus paſcuntur, ſanctiora dñr, vt hoĩes promptiores ſint ad illa offerenda.

*Typicè* Typice, Templum & altare eſt Chriſtus. Aurū & donū, laudes et ſacrificia, quę Deo offeruntur: non.n. ille per hæc, ſed hæc per illum ſanctificantur.

d *In cælo* Per creaturam. vbi non putatis periurium eſſe, iurat in cælo i per ſubiectam creaturam iurat, & per diuinitatem præſidentem creaturæ.

e *Væ nobis.* Et hic arguit eos auariciæ, quia nihil prætermittunt de his, quæ ad commodum ſuum ſunt

f *Qui deci.* quia Deus præceperat omnium rerum decimas offerri, propter alimoniam ſacerdotum. Nota quod per eleemoſynam aliqua impunitas non emitur in iniquitate manētibus.

*Hæc opor.*

¶Qu. Seruus Domini voluntatem ſciens, & non faciens, uapulabit plagis multis.

gas orantes: propter hoc † amplius accipietis iudicium. Væ vobis Scri- a
bę & Phariſæi hypocritæ, q circumi- b

¶Totum orbem.

tis mare & aridam: ut faciatis unum

¶Ad legem conuertatis unum aduenam de gentibus.

b proſelytum, & cum fuerit factus, fa- c

a ¶Dum uidens uitia veſtra, reuertitur gentilis factus, & pro preuaricatione, maiori pœna dignus.

citis eum filium gehennę † duplo q̃ d

a ¶Scribæ & Phariſæi. b ¶Aliorum. c ¶Stulti.

uos. Væ uobis duces cęci, qui dici- e

a ¶Si conuictus fuerit mendacii, non tenetur criminis reus.

c tis: quicumq; iurauerit per templū,

a ¶Reus periurii non tenetur. b ¶In pecunia, quæ ſacerdotibus offertur, ſi conuincitur, ſtatim in quo iurauerit, cogitur exoluere.

nihil eſt: qui autē iurauerit in auro

a ¶Proterui. b ¶A uero lumine, qui putatis maius ſanctificatum quam ſanctificans.

tēpli debitor eſt. Stulti & cęci, quid f
.n. maius eſt, aurum, an templum,
quod ſanctificat aurum? Et quicū- g

¶Non eſt reus periurij.

que iurauerit in altari nihil eſt: qui- h

a ¶In oblationibus & uictimis, & cæteris, quæ offeruntur, hæc mox repetuntur.

cunq; autē iurauerit in dōno, quod
eſt ſuper illud, debet. Cæci, quid i

¶Sanctificatum.

enim maius eſt: donum, an altare:
quod ſanctificat donum? Qui er- k

¶Ex quo oblatorum ſanctificatio deriuatur.

go iurat in altari, iurat in eo, & in
omnibus quæ ſuper illud ſunt. Et l

a ¶Aſtringitur ſacramento continentis, & contenti, & ſanctificantis, & ſanctificati.

quicumque iurauerit in templō,
iurat in illo, & in eo, qui habitat in
a ipſo. Et qui iurat in cælo, iurat in m
throno Dei, & in eo, qui ſedet ſuper

a ¶Hic arguit eos auaritiæ, quia nihil prætermittunt de his, quæ ad commodum ſuum ſunt.

a eum. † Væ uobis Scribæ & Phariſæi n

a ¶Qui quęritis decimam. ¶Diligenter exigitis decimas cunctarum rerum.
b ¶Id eſt viliora olera.

f hypocritæ, qui decimātis mentham o

¶Incorrecta.

& anethū & cyminū, & reliquiſtis p

h Quicunq; autem iura debet. *id eſt ad ſoluendum tantum quantum ualet illud donum. Et iſte error ſimiliter procedebat ex cupiditate, propter quod ſubditur:*

i Cæci, quid enim maius eſt donum, an altare quod. &c. *q.d. ipſum altare, quia ſi quis feciſſet tunc oblationem Deo alibi quam in Ieruſalem & quam in altari quod erat in templo non erat acceptabilis Deo, immo in hoc incurrebat crimen ſacrilegij. Addit etiam ſecundam rationem ad hoc:* († abundantius)

k Qui ergo iu. &c. *Ex quo patet, quod iuramentum, quod fit in altari, includit illud quod fit in dono, quod eſt ſuper altare, & nō econuerſo: & ſic ſe habet ad illud ſicut totum ad partem. Addit etiam tertiam rationem ab hoc, dicens:*

l Et qui iu. *Quia enim templum erat ordinatum ad diuinum cultum, ideo Deus ſpeciali modo habitabat in templo: ideo iurans per templum, iurat per Deum, qui colitur in templo, & hoc eſt maius quam iurare in domo quod ſibi offertur. Cōfirmat autem ultimum dictum per exemplum.* († duplo magis)

m Et qui iu. in cælo. *quia ſicut dictum eſt, qui iurat per cælum, iurat quodammodo per ipſum Deum, inquantum uirtus diuina relucet ſpeciali modo in cælo.* (Sup. 5.c)

n Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocri. *Hic oſtendit qualiter phariſæi corrumpebāt veritatem iuſticiæ per hypocriſim, quia illa, quæ erant parui ponderis, multum reputabant ad ſimulationem ſanctitatis: & illa quæ erant maioris neceſſitatis ad ſalutem, contemnebant. & hoc eſt quod dicit.*

o Decimatis men. *Hoc poteſt intelligi dupliciter. Vno modo reſpectu ſui, quia licet miniſtri templi acciperent decimas à populo, tamen de illis acceptis à populo, & de his, quæ habebant ex labore ſuo, decimas reddebant ſummo ſacerdoti, ut habetur Numeri xviii. Et ideo ad ſimulationem ſanctitatis reddebant eis decimas de minimis. Hoc etiam faciebant ratione cupiditatis, ut per exemplum ſui inducerent populum ad reddendum ſibi decimas de omnibus uſque ad minima. Aliter poteſt intelligi reſpectu aliorum, quod per doctrinam ſuam inducebant ad decimas ſtricte ſoluendum ſibi, vt ſit ſenſus.* Qui decimatis mentham & annethum. *hoc eſt qui decimare docetis.* (Cap. 18. & d.)

p Et reliquiſtis, quæ grauiora ſunt &c. *Hoc ſimiliter intelligitur dupliciter. Vno modo reſpectu ſui, quia quæ erant magnæ neceſſitatis, facere obmittebant. Alio modo reſpectu aliorum, quia alios ad talia obſeruanda inducere negligebant. Similiter faciunt ſacerdotes eccleſiæ & prælati, qui ſollicitè arguunt & argui procurant ſubiec-*

¶ *Etos*

## NICOL. DE LYRA.

¶ a Væ uo. ſcri. *Hic oſtendit qualiter corrumpebant veritatem doctrinæ in his, quæ pertinent ad ſalutem, dicebant .n. quod obſeruare legem erat neceſſarium omnibus ad ſalutem: quod eſt falſum, quia multi Gentiles ſunt ſaluati, ut Iob, & plures alij. Ex ſuppoſitione autem huius falſi diſcurrebant aliqui doctores Hebræi per diuerſas ciuitates & caſtra, vt poſſet conuertere aliquos de gentilitate ad Iudaiſmum: & hoc eſt. quod dicitur hic:*

b Qui circumitis ma. *Proſelitus enim legis dicebatur ille, qui de Gentilitate ad Iudaiſmum conuertebatur.*

c Et cum fue. fa. &c. *quia per malam vitam ſuam ipſum in moribus corrumpebant, ſed additur:*

d Dup q. &c. *quia ille ſic in moribus deprauatus ad gentilem ritū reuertebatur & ſic erat apoſtata à lege, quā obſeruare promiſerat, & ſic in moribus & fide peccabat. Similiter autem faciunt illi, qui multum laborant ad hoc vt poſſint aliquem ad ſtatum religionis adducere, & cum adductus fuerit, per mala exempla faciunt ipſum apoſtatare, & ſic fiūt nouiſſima eius peiora prioribus.*

e Væ nobis duces cæci, qui dicitis, quicunque &c. *Hic conſequēter oſtendit, qualiter corrumpebant veritatem doctrinæ in his, quæ pertinent ad actum latriæ, cuius actus eſt iurare modo debito, & iuramētum obſeruare. Phariſæi enim & ſcribę ex cupiditate moti, dicebant, quod illi, qui iurabant per templum Dei, nec peccabant, nec erant in aliquo obligati, ſed illi, qui iurabant per aurum templi, erant obligati ad ſoluendum ſacerdotibus certam portionem auri. Et iſte error procedebat ex cupiditate, ut dictum eſt. In rebus enim materialibus non eſt aliqua ſanctitas, niſi inquantum ordinantur ad cultum diuinum: ad hoc autem directe ordinabatur templum. Aurum autem, quo operiebantur parietes templi interius, magis ordinabatur ad templi decorem. propter hoc dicitur:* Duces cæci. *quia erant in errorem, & alios in errorem inducebant.*

f Quid enim ma. eſt aurum an tem. &c. *q.d. nulli dubium quod templum eſt maius, ratione prædicta.*

g Et quicunque iurauerit in. *id eſt non peccat, nec eſt in aliquo obligatus.*

Qui-

## MORALITER.

❋ a *Vę uobis ſcribę & phariſęi hypocritę, qui circumitis mare & aridam &c.* Iſtis ſunt ſimiles aliqui religioſi, qui cum magna diligentia inducunt ſeculares ad religionis ingreſſum & poſtea male nutriuntur, & ſic peiores fiunt quam in ſeculo, propter exempla mala, quæ vident, & frequenter reuertuntur ad ſeculum.

e *Vę uobis duces cęci qui dicitis, quicunque iurauerit per templum nihil eſt &c.* Chryſ. Multi autem Chriſtiani ſic inſipienter intelligunt. Etenim ſi aliqua cauſa fuerit, modicum videtur facere qui iurat per Deum, qui vero iurat per euangelium, maius aliquid feciſſe videtur. Quibus ſimiliter reſpondendum eſt, Scripturę, propter Deum ſunt, & non Deus propter ſcripturas. Maior eſt ergo Deus, qui ſanctificat euangelium, quam euangelium, quod ſanctificatur à Deo. Auguſtinus. Templum autem & altare ipſum Chriſtum intelligimus, aurum & donum laudes & ſacrificia, quæ per eum offerimus, non enim ille per hæc, ſed iſta per illum ſanctificantur. (Hom. 44. cap. 23. Mat.) (Quæſt. 3. lib. 1. 14. n.)

n *Vę uobis ſcribæ & phariſęi hypocritæ, qui decimatis mentham & cyminum.* Per hoc arguit illos, qui modica diligenter obſeruant, & negligunt maiora, ſicut aliqui religioſi plus ponderant & puniunt ſilentij fractionem, vel inclinationis omiſſionem quam defraudationem proximi, vel aliquid huiuſmodi pro monaſterij ſui vtilitate temporali.

❋ *Væ vobis*



a *Hæc opor.* Ne eleemoſynas fructuum terræ uideretur reſpuere, hæc addidit.

b *Duces cæ.* Opinione religionis in minimis, q̄ lucrū habent, diligentiam oſtenditis, ſed magna pręcepta de iudicio, fide, & miſericordia deuoratis & negligitis.

*Myſticè Io. 18. e* c *Excolantes.* Myſtice. Culicis noĩe ſeditioſus homicida Barrabas ſignatur. quia hoc animal ſtrependo ingetat & ſanguine delectatur. Cameli noĩe pp humilitatē ad ſubeũda onera, Dñs intelſr. Colāt ergo Iudæi culicē i. minima obſeruāt, qa Barrabam, qui non ſoluerat ſabbatum, dimiſerunt, & camelum glutiunt i. maiora contemnunt, quia Chriſtum ſpiritualiter ſabbatum inſinuantē per iudiciū & miam & fidē (q̄ illi cōtemnūt) occiderūt.

d *Væ uo.* Diuerſis ſimilitudinibus ſimulationis & mendacii arguit phariſæos q aliud hominib. oñdunt, aliud domi agūt.

*Luc. 11. e plena ſūt* e *Qui mun.* Fruſtra ſanctitatem exterius prætenditis, ſicut ſi qs calicē mūdet exterius, intus aūt relinquat ſordes, cū eius vſus ſit interior. Lucas ita: Stulte, q fecit qđ deforis eſt, etiam id qđ intus eſt fecit. i. q vtramq; naturā hoĩs fecit, utrāq; mūdari voluit. Nemo igitur putet fornicationem & hmõi corporalia uitia ſolummodo grauia eſſe, & auariciam, & ſuperbiā, & irā, & cætera ſpiritualia leuia eſſe.

f *Calicis.* p ſimilitudinem, non quòd in calice & paropſide ſit eorum ſuperſtitio.

g *Qui ædi.* extruitis memoriam occiſorū pp fauorem vulgi, vt iuſti videamini, arguitis etiā facinora patrum veſtrorum.

h *Itaq;* qa ſcelera pr̃ū deteſtamini p ſpē qdē ſctitatis: Dū Xp̃m pſeq̄ndo & apl̃os eadē facitis, facto probatis vos eſſe filios. nō ſolū carne, ſed imitatione iniq̃, & patet eos ſciētes peccare. Idē eſt contra vos loqmini dū pr̃es dānatis, ſimilr. n. facitis.

B i *Et nos.* Probato q̄ filij ſunt homicidarum, ponit id, ad qđ tendebat. *Et nos impl.* quod illis defuit implete. Illi prophetas, vos Dominū ꝓphetarum occidite Non iubet, ſed quod facturi ſunt, oſtendit.

k *Quomodo fu.* Hic. Sepulchra ſanctorum ædificando, an potius corda a malicia mundando? Liberabunt uos ſancti, quorum ſepulchra ornatis? non certe. Sancti non ſunt amici inimicis Dei: fruſtra ſanctos honorant, qui ſanctitatem ſpernūt.

*Sapientes*

## NICOL. DE LYRA.

¶ *Etos de redditione decimarum & conſimilium quæ eis debentur, & parum curant, ſi in maioribus criminibus inuoluantur: Quæ autem ſint illa maiora à Phariſæis neglecta, ſubdit.*

a Iudicium & miſericordiam & fidem. *Fides importat debitum ordinem hominis ad Deum. Iudicium autem importat debitum ordinem hominis ad proximum in his, quę habent rationem debiti. Miſericordia autem in his, quę habent rationem doni. Et etiam in iſtis tribus intelliguntur omnia illa, quæ ſunt multum neceſſaria ad ſalutem. Sequitur:*

b Hæc oportuit facere &c. *tanquam magis neceſſaria.*

c Et illa non omittere. *tanquam minora bona. Hoc autem dicit, ne forte ex uerbis prædictis crederet aliquis, quod non eſſet bonum ſoluere decimas de minimis.*

d Duces cæco. *Vocat eos duces, qui habebant regere populum, & cæcos, quia peruertebant intellectum ſcripturarum, dicentes eſſe multum curandum de minimis, et parum de magnis: propter quod ſubdit:*

e Excolantes culicem. *id eſt minima cum diligentia perquirentes & tractantes*

f Camelum au. glu. *i. illa quæ ſunt maioris pōderis pro nihilo reputantes, quia camelus animal eſt magnum & ponderoſum.*

Væ vo-

¶Si negligantur. a ¶Id eſt vt recte inter hos iudicetur. ¶In diſcuſſione cauſarum.

quæ grauiora ſunt legis, iudici- a

a ¶In pauperes & viduas. b ¶In Deum.

um & miſericordiam & fidem.

¶Maiora. a ¶Vos vel populum. ¶Principaliter. b ¶Minora. i. decimas terrenorum fructum exigere, uel illos dare.

a Hæc oportuit facere, & illā b c
b c non omittere. Duces cæci ex- d e

a ¶Aliquem liquorem magis purum facere ut lac. ¶Onera.

colantes culicem, camelum au- f
d tem glutientes. † Væ vobis Scri- g
e bæ & Phariſæi hypocritæ, qui

¶Illud. ¶Omnia fallaciter faciunt.

f mundatis quod de foris eſt cali-

a ¶Vas quadratum eſt. b ¶In conſcientia.

cis & paropſidis: intus autem h

a ¶Auaritia.

† pleni eſtis rapina, & † im-

a ¶Sordibus vitiorum.

mundiciā. Phariſeę cæce mun- i

a ¶Qui intus non uides ¶Cor & conſcientiam a fraude & malis deſiderijs.

dā prius, quod intus eſt calicis

a ¶Vt poſſis foris veraciter oſtendere ſanctitatem per opera.

& paropſidis, vt fiāt & id, quod

a ¶Non eſt mundum quod intus eſt ſordidum. b ¶Item alia ſimilitudine eos arguit.

deforis eſt, mundum. † Vę uo- k
bis Scribæ & Phariſæi hypocri-

a ¶Id quod ſupra ſimilitudo calicis. ¶Vos enim eſtis ſepulchra, quibus alios mortificatis.

tę: quia ſimiles eſtis ſepulchris l
† dealbatis: quę à foris † parent

a ¶Sic peruerſi magiſtri, qui alia docent, & alia faciunt.

hominibus ſpecioſa, intus uerò plena ſunt oſſibus mortuo-

a ¶Putredine & fœtore. b ¶Omnes ſuperiores ſimilitudines breuiter hic exponit.

rum, & omni ſpurciciā. Sic &

a ¶Habitu veſtis. phylateria longa oratione.

uos à foris quidem parētis hominibus iuſti, intus autem ple-

¶Amore uanæ laudis. ¶Odio ueritatis.

ni eſtis hypocriſi & iniquitate.
† Væ vobis Scribæ & Phari- m

¶Hypocritæ omnia fallaciter faciunt propter opinionem vulgi.

s ſæi hypocritæ, qui ædificatis ſepulchra prophetarum:

a ¶Aliorum, ſi non verbis, opere ambitioſe ornando monumenta iuſtorum, quos a patribus non negant occiſos eſſe.

& ornatis monumenta iuſtorum, & dicitis: Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum,

¶Effundendo.

nō † eſſemus ſocii eorum in ſan
h guine prophetarum. † Itaque teſtimonio eſtis vobiſmetipſis, quia filii eſtis eorum, qui
i prophetas occiderunt, & uos

¶A patribus ſeptem.

implete menſuram patrum ueo p

¶Doloſi homicidæ. ¶De homicidis nati.

ſtrorum. Serpentes, † genimi- q r

¶Non enim ædificando ſepulchra.

k na uiperarum, quomodo fu- s

¶Vt impleatis quod patribus defuit de me & meis.

gietis à iuditio gehennæ? Ideo ecce ego mitto ad uos prophe- t

g Væ vobis. *Hic conſequenter oſtendit qualiter corrumpebant ueritatem vitæ: & ponit tria exempla. Primum erat in rebus exterioribus. Phariſæi .n. ad oſtentationem mundiciæ quādo debebant aſcendere in templum adorandum primum lauabant utenſilia domus & ueſtimenta & conſimilia, & parum curabant de interiori mundicia. & hoc eſt quod dicit:* Qui munda. *ſequitur:*

C

h Intus autem. *Et hæc erat magna cæcitas, quia mundicia exterior non eſt Deo accepta niſi propter mundiciam interiorem. pp hoc dicit:*

i Phariſeæ. &c. *Per interiora enim calicis & paropſidis intelligit metaphorice interiora mētis, ex cuius mundicia dependet bonitas exterioris mundiciæ, propter quod ſequitur:* Vt fiat & id quod de. foris eſt mun.

k Væ vobis Scribæ. *Hic ponitur ſecundum exemplum quod erat in proprijs actibus: quia exteriorem conuerſationem habebant honeſtam, ut cooperirent maliciā occultā. hoc eſt qđ dicit:* († iniuſticia)

l Quia ſimiles eſt. ſe. de. &c. *& patet litera.*

m Væ vo. *Hic ponit tertium exemplum, quod reſpicit actus prædeceſſorum ſuorum. Iſti enim Phariſæi, ut uiderētur iuſti reſpectu præcedētiū patrum, ornabant & ædificabant ſepulchra prophetarum à prædeceſſoribus interfectorum. & hoc eſt qđ dicit.* Qui ædificatis ſep. *ſeqtur:*

n Itaque teſtimonio &c. *Hoc enim ipſi dicebant, vt patet ex litera immediate præcedenti vbi dicitur:* Si fuiſſemus in diebus pa. no. &c. *Sed quia non ſolum erant filij prædeceſſorum ſuorum quantum ad naturam, ſed etiam quantum ad mores, ſubdit:* († Luc. 11. f)

o Implete. *i. implebitis.*

p Menſuram pa. *Quod factum eſt, quando occiderunt Chriſtum, cuius ſerui fuerunt prophetæ, qui fuerant a patribus Iudæorum occiſi. & ideo Phariſæi impleuerunt menſuram patrum ſuorum, eos in malicia excedendo.* († apparent † Luc. 11.)

q Serpentes. *Poſtquam in phariſæis arguit hypocriſis culpam, hic oſtendit conſequentem pœnam. & primo pœnam eternam, ſecundo temporalem, ibi: Ieruſalem Ieruſalem. dicit ergo:* Serpentes. *uenenum inuidiæ habentes.*

D

r Genimina viperarum &c. *quia uenenum maliciæ à parentibus traxerant.*

ſ Quo. fugietis à iu. gehennæ. *q.d. nullo modo, quia erant in malicia obſtinati. Non ſolum autem hanc pœnam meruerūt propter mortem Chriſti, ſed etiam propter occiſionem apoſtolorum & diſcipulorū eius: propter quod ſequitur:*

t Ecce ego mitto &c. *quia in diſcipulis Chriſti multi habuerunt ſpiritum propheticum, ſicut Iohannes euangeliſta, ut patet in Apo. & Agabus & multi alij ut patet in actibus apoſtolorū. Aliqui etiam fuerunt Scribæ, ſicut euangeliſtæ qui ſcripſerunt euangelia ad inſtructionem populi Chriſtiani. Fuerunt etiam ſapientes, quia de diuinis & cęleſtibus à Deo illuminati.* (Luc. 11. g)

¶ Et ex il. oc.

## MORALITER.

❋ a *Væ vobis ſcri.* Chry. Calix eſt vas ad potum, & paropſis ad cibum. Sermo ergo per quem ſpiritualiter potamur, & omnis narratio per q̃ nutrimur, vaſa ſunt potus & cibi. Qui ergo ſtudet ſermonem cōpoſitum proferre, magis quam ſenſu ſalutari repletum, calix eius a foris eſt mundatus intus autem vanitatis ſordibus eſt repletus. (Homil. in Matth. 74. ex c. 23. † Luc. 11. g)

k *Væ uo.* Chryſ. Vt quid vis apparere q̄ non vis eſſe: nam quod turpe eſt apparere, turpius eſt eſſe, & quod formoſum eſt apparere, formoſius eſt eſſe, aut ergo eſto quod appares, aut appare quod es. *Væ uo ſcri. & phæ. hypo. qui ædi. ſepul. prophe.* Sequitur: (Vbi ſup.) († germina progenies)

n *Itaq; teſti.* Illi ſe eſſe filios malorum teſtātur, qui mores eorum ſequuntur, ſed tunc adimplēt eorū mēſurā, q̄ñ excedūt eorū maliciā, & ſic fecerūt Iudæi, quorū pr̃es occiderūt ꝓphetas, & ipſi Dominū prophetarum.

t *Ideo ecce ego mit. ad.* Multi de Chriſti diſcipulis iſtas gratias habuerunt, qui tamen à Iudæis perſequutiones paſſi ſunt. *Vt ueniat ſuper uos &c.* Sequitur:

❋ *Vſque ad*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Sapientes*, qui ſciunt, quem proferant ſermonem.
b *Scrib.* in lege peritos.
c *Vt ue.ſu.uos.* Non hos tantum præſentes dicit, ſed omnem generationē malorum præcedētem & futuram, quia omnes vna ciuitas ſunt, vnum corpus diaboli.
d *Abel Iuſti* Iuſticia Abel approbata eſt per munerum acceptionem.
e *Vſq; ad.* Cur uſq; ad hunc, cū multi poſthunc occiſi ante natalem Xp̄i, & Xp̄o nato mox pueri ab hac gn̄atione ſunt perempti? Sed quia Abel paſtor ouiū fuit, necatuſq; in agro, Zacharias ſacerdos necatus eſt in atrio tēpli, utruſq; gradus martyres & laicos & officio altaris mancipatos, ſub eorum uoluit intimare uocabulis. Zacharias, q̄ occiſus eſt a rege Ioas inter tēplū & altare, vt hiſtoria Regum narrat, filius fuit Ioiade, et in euangelio, quo vtuntur Nazarei, pro filio Barachiæ legitur filius Ioiade. Sed ut iuſticia Ioiadę ſacerdotis prędicetur, ipſe Barachias uocatur. i. benedictus Domini. Iſte Zacharias de duodecim prophetis unus erat, ſicut pater Iohānis de pphetis vnus erat.
f *Super ge.* quæ a primo parricida vſque ad ultimum perditionis filium computatur Quaſi, ſimiles erunt in pœna ſicut ſunt & in culpa.
g *Ieruſalem* Q. Rei eſtis ſanguinis, & merito: quia multotiens miſi ad vos congregandos, & noluiſtis.
h *Quoti ns.* Ac ſi dicat: Ego volui, & tu noluiſti, & quotquot congregaui mea uoluntate ſemp efficaci, te nolente feci, quia ſemper ingrata fuiſti.
i *Galli a.* Hoc animal magnum affectum habet in filios, ita vt eorum infirmitate affecta infirmetur, et eos alis protegens cōtra miluum pugnet. F Sic Dei ſapiā per carnem infirmata, protegit nos. & defendit a diabolo.
k *Relinque.* Ciuitas auxilio Dei nudata ſuę ditioni relinqueř, q̄ bene derelicta eſt cum a Deo derelinquitur.
l *Benedictus qui uenit.* Hoc turbæ dixerunt Dn̄o uenienti Ieruſalem. Qđ āt his trāſactis hic Dn̄s dicit, cogit myſtice ītelligi de aduētu claritatis ſuę, vbi cōfitebūř filiū, quē crucifixerūt.

(Gen. 4.b; 2. Par. 24.f; Galline affectus in pullos)

a Qui uentura dicant. b Qui ſcripturas exponunt. Moralium latores.
tâs & ſapiêntes & ſcribas, & ex illis
a Vt Paulum. b Vt Petrum.
occidêtis & crucifigêtis, & ex eis fla-
a Vt apoſtolos in actibus apoſtolorum.
gellâbitis in ſynagogis ueſtris, &
De Iudæa ad gentes.
perſequemini de ciuitate in ciuitatem
a Debita ultio pro effuſione ſanguinis iuſti.
vt veniat ſuper uos ômnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, à
Cuiuslibet laici.
ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinem
Sacerdotis. a Benedicti Domini.
Zachariæ filii Barâchiæ, † quem
Quem occidit ueſtra generatio in atriis templi ſub diuo.
occidiſtis inter templum & altare.
a Ne miremini ſuper his, quæ dico.
Amên dico uobis, venient hæc om-
a Scelera.
niâ ſuper generationem iſtam. Ieru-
a Homines, non ſaxa, plangit affectu patris.
ſâlem Ieruſalem, quæ occidis pro-
a Dominum nunciantes prophetarum.
b Duricia cordis a te repellis, uel corporaliter ut Stephanum.
phêtas, & lâpidas eos, qui ad te miſſi
a Per prophetas miſſos a me hactenus. In unitatem fidei.
ſunt: quôties uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina con-
Patriarcharum hæredes.
gregat pullos ſuos ſub alas, et noluiſti? Eccê relinquetur uobis dômus
a In proximo. b Templum, uel ciuitas romanis tollentibus gentem & locum.
a Niſi pœnitentiam egeritis, & confeſſi fueritis me filium omnipotentis patris, meam faciem non uidebitis.
ueſtra deſerta. Dicô enim uobis, non
Poſt paſſionem.
me uidebitis amodo, donec dicatis:
Confiteamini filium omnipotentis, quem benedictum, i. a pečtō immunem miſit pater ad glorificandum nomen ſuum.
Benedictus qui uenit in nomine Dn̄i.

h Dico uo. &c. *id eſt ſuper populum Iudaicum eſt, quia pro iſtis punitus multipliciter diuerſis temporib. Cōſiderādū ēt, qđ Abel fuit ſimplex hō, paſtor ouiū & illiteratus: Zacharias aūt fuit ſacerdos & legiſpitus. Per hos ergo duos intelliguntur omnes iuſti ab eis occiſi, & eſt ſenſus: Vt ueniat ſuper uos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt a ſanguine iuſti Abel uſq; ad ſanguinem Zachariæ. i. a ſanguine iuſti minimi uſq; ad ſanguinem maximi iuſti.* G
i Ieruſalem Ieruſalem. *Hic prædicit eis conſequenter pœnam temporalem. ſ. deſtructionem ciuitatis & templi, quæ facta eſt per Titum & Veſpaſianum in vindictam mortis Chriſti. xlii. anno à prædicta paſſione. Dicens ergo, Ieruſalem Ieruſalem, alloquitur hic populum Iudaicum ſub nomine ciuitatis metropolitanæ. Et hic eſt communis modus loquendi: hoc. n. dicitur ciuitas facere, quod populus habitans in ea facit.* (2. Par. 24. f)
k Quę occidis pro. *i. cōſueuiſti occidere.*
l Et la. eos &c. ad te miſſi. *ad inſtructionē tuam, ſicut patet in prophetis antiquis, & in Iohanne baptiſta, qui fuerunt à Iudæis occiſi. Vnde dicitur, quod tempore Manaſſe effuſus eſt ſanguis innoxius in Ieruſalem, donec repleretur vſq; ad os.* (4. Re. 21.a)
m Quotiens uo. *ſub cultu unius Dei per fidem & charitatem.*
n Filios tuos. *i. Iudæos.*
o Que. *Ponitur exēplū de gallina, ad oſtēdēdum affectum ſuum ad populū Iudaicū: qa inter alias aues gallina uř magis affici ad cōſeruationē & nutritionem pullorum.*
p Et no. *qa primo pphetas à Deo miſſos, poſtea Iohannem baptiſtam: & vltimo Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum contempſerunt. propter quod ſubditur pœna.*
q Ecce relin. uo. do. *id eſt ipſum templū, quod per Romanos fuit deſtructum nec reædificabitur amplius, quia ſecundum quod dicitur: Dan. ix. uſq; in finem mundi perſeuerabit deſolatio.*
r Dico enim uo. &c. *id eſt à tempore paſſionis Chriſti, quæ de proximo imminebat futura, quando Chriſtus dixit iſta.* H
ſ Donec dicatis. Bene. qui uenit in no. *Hoc erit quādo apparebūt ſigna euidentia aduentus eius ad iudiciū. tunc. n. Iudæi qui credituri ſunt in Chriſtum in fine mundi, laudabunt, & confitebuntur ipſum.*

MORALITER.

* *ſ Vſq; ad ſan. Orige.* Zacharias interpretař memoria Dei. Oīs ergo q̄ memoriā Dei pdere feſtinat in eis quos ſcandalizat, Zachariæ ſanguinem effūdere videtur. Abel autem luctus interpřař Qui ergo nō recipit quod ſcriptum eſt: Bea. qui lugent, ſanguinem Abel effundit.
q *Ecce re.* Chry. Sicut enim corpus anima recedente primo quidem frigeſcit, deinde putreſcit & ſoluitur, ſic et templum noſtrum Dei ſpirituſſancto recedente, prius ſeductionibus & in diſciplinationibus repletur, deinde uenit ad ruinam. (Homil. in Matth. 74)

In c. xxiij. vbi dicitur in poſtilla, id eſt à ſanguine iuſti minimi uſque ad ſanguinem iuſti maximi.

NICOLAVS DE LYRA.

a Et ex illis. occi. &c. *quia Iacobus frater Iohannis ab eis occiſus eſt, & Stephanus, & multi alii.* (Act. 12.a; Act. 7.g)
b Et crucifigetis. *ut Petrum & Andream fratrem eius, & multos alios.*
c Flagellabitis in ſynagogis ue. *Hoc patet etiam in Actibus apoſtolorum, ubi dicitur, quod Paulus & Sylas flagellis cæſi ſunt, & dicit Paulus: Ter uirgis cæſus ſum &c.* (Act. 16.e; 2. Cor. 11.e)
d Et perſe. de ciu. in ciuita. *Hoc patet. Act. xiij. ubi dicitur, quod Iudæi Paulum & Barnabam eiecerunt de finibus ſuis.*
e Vt ueniat ſuper. *De iſto Abel nulla eſt ambiguitas, quin fuerit ille, quem Cain frater eius occidit. De Zacharia autem ſunt opiniones. Vna eſt, qđ ipſe fuerit pater Iohannis baptiſtæ: & hæc fuit opinio Origenis, dicentis, qđ propter hoc occiſus eſt in templo Domini, quia beata uirgo poſt partum filij ſui venit adorare in Ieruſalē, & ſtetit in illa parte ubi uirgines conſueuerant ſtare in oratione, in quo loco non erat licitum mulieribus cognitis à uiro orare, & ideo miniſtri templi uoluerant eam repellere. At Zacharias pater Iohannis, qui eam uirginem ſciebat, oppoſuit ſe eis dicens, quod erat digna ſtare in loco illo, & ideo ipſum Zachariam tanquam legi contradicentem interfecerunt. Hoc autem reprobat Hierony. tanquam apocryphum. & dicit quod iſte Zacharias fuit filius Ioiadæ ſacerdotis, qui interfectus eſt in tēplo, ut habetur ij. Para. xxiiij. Sed contra hoc uidetur. q̄ iſte dicitur hic Barachiæ filius, ille autem dicitur filius Ioiadæ. Ad quod reſpondet Hiero. q̄ Saluator uoluit hic exprimere ſanctitatem Ioiadæ ſacerdotis, ideo uocauit eum Barachiam. i. benedictum Domini: ſicut aliquando contingit, quòd aliquem liberalem hominem uocamus Alexandrum, ad exprimendum liberalitatem eius, quamuis hoc non ſit proprium nomen eius. Aliter poſſumus dicere, quòd Ioiada fuit binomius, ſicut pater Dauid uocatus eſt Ieſſe & Iſai, & multi alij in ſacra ſcriptura. Saluator hic exprimit unum nomen eius, aliud exprimitur. ij. Paral. xxiiij. Sequitur:* (Gen. 4.b; Opiniones de Zacharia occiſo inter altare; Cō in Mat. lib. 4. c. 23. tom. 9.; Vbi ſup.)
g Amen. *i. fideliter.* (Vbi ſup.)

Dico

ADDITIO.

*Quod Abel ſit minimus iuſtus & Zacharias maximus, ſiue intelligatur ſimpliciter ſiue reſpectu occiſorum tantum, ex ſcripturis non habet autoritatem. unde ſecundum Hiero. eadem facilitate contemnitur qua approbatur. Nec etiam ex hoc quòd præſupponitur Abel fuiſſe ſimplicem paſtorem & illiteratum, & quòd Zacharias fuit ſacerdos & legiſperitus, ſequitur quod Abel fuit minimus iuſtus, & Zacharias maximus. Non enim excellentia iuſticiæ ſequitur literaturam. Quod patet in pluribus, præſertim cum antiqui patres, licet non legantur literas didiciſſe, fuerint tamen in diuinis maxime illuſtrati: Quod patet de Adam & patriarchis. Et forte ex his, quæ leguntur de utroque. ſ. de Abel & Zacharia plura ad rationem iuſticiæ pertinentia leguntur de Abel, quā de Zacharia. In hoc enim quòd fuerunt ambo ſine culpa occiſi, æquales uidentur. ſed de Abel ſuper hoc legitur, quod tam ipſe quam munera eius fuerunt Deo accepta, quod eſt maximum teſtimonium ſuæ iuſticiæ. unde Hiero. in hoc loco de Abel dicit. Iuſtus autem non ex hominum ſententia, ſed ex Gene. teſtimonio comprobatur, ubi accepta eius à Deo narrantur munera. unde planior poteſt ratio aſſignari circa nominationem iſtorum, duorum, ſcilicet quòd loquendo de temporibus præteritis ante paſſionem Chriſti, quando iſta dicebantur à Chriſto, Abel fuit primus iuſtus, qui ſine culpa legitur occiſus, Zacharias uero, ultimus, unde conuenienter nominat extrema, ad hoc, vt omnes intermedij includantur. Quicunque enim fuerit iſte Zacharias ſecundum diuerſitatem opinantium, ipſe tamen fuit vltimus iuſtus occiſus, de quo in ſcripturis expreſſa mentio habeatur. Si autem obijciatur de Iohanne Baptiſta, reſpondetur, quod ille non fuit occiſus a Iudæis ſed ab Herode alienigena: hic autem agitur de occiſionibus factis per Hebræos & eorum prædeceſſores, inter quas occiſio Abel debet computari, cum tunc temporis omnes fideles erant ſub vna lege naturali, cui ſucceſſit lex ſcripta. quod patet in hoc quod dicitur: Ieruſalem Ieruſalē quæ occidis prophetas &c.* (Vbi ſup.; Gen. 4.b)



REPLICA.

In cap. xxiij. vbi Poſtil. reddit rationem nominationis illorum, ſcilicet Abel & Zachariæ, quia vt inquit, per eos ſignificantur omnes iuſti a quibuſcunque occiſi. ſiue magni ſiue parui ſic quod magni ſignificantur per Zachariam magnū ſacerdotem & doctorem, per Abel autem parui & illiterati, Burg. nolens intelligere Poſtil. putat q̄ velit dixiſſe iuſticiam ſequi literaturam: quod non eſt verum. Nam quod comparat paruos iuſtos Abel, hoc eſt per quandam ſimilitudinem, non proprietatem. Non igitur ſequitur eum ergo fuiſſe paruum iuſtum: ſicut Chriſtus comparatus oui, leoni &c. non ideo dicitur ouis vel leo. Iſta autem tranſlatio poteſt habere rationem, quia numerus quicunque incipit a minimo. Numerus igitur ſanctorum incipit ab Abel: recte igitur minimi denominantur ab illo. Ratio autem aſſignata per Burg. ad idem, non eſt obiectionis expers, ſed tranſeat. C

GLOS. ORDIN. CAP. XXIIII.

ET egreſſus Ie. &c. Non relin. hic la. ſuper la. *Myſtice.* recedente Domino de templo omnia legis ædificia & compoſitio mandatorum ita deſtructa eſt, vt nihil poſſit a Iudæis impleri. Diuinitus autem prouiſum eſt, vt creſcente euāgelij gratia, tēplum illud cum ſuis ceremonijs tolleretur, ne quis infirmus in fide illis ſtantibus Iudaiſmi occaſionem haberet. Idem qui cōminatus eſt verbo, oſtendit ſigno, dum egreditur ab illis facta comminatione. (Mar. 13.a; Luc. 19.g; 21.b)
b *Sedente autem.* Vbi Marcus ait, cōtra templum, Sedet contra templum cū de ruina eius & excidio Gentis diſputat, vt & corporis ſitus verbis ſuis cōgruat. Myſti. Sedet in monte Oliueti. ideſt in eccleſia quietus manens ſuper borum deteſtatur arrogantiam. (Mar. 13.a)
c *Dic no.* Quia dixit omnia deſtruēda, tempus & ſigna deſtructionis querūt. Tria querūt: quo tempore deſtruenda Ierl̄m ſit: quo venturus Chriſtus? quo conſummatio ſeculi ventura ſit? (Diſcipuli tria quærunt)
d *Videte.* Cū hæc fient, ne putemus inſtare diē Dn̄i cuius ſignū pſpicue ponit in ſequētibus: Præmunit ne turbētur, vel deficiāt p deceptionē, vt per Simonē magū, vel p tribulationē & perſecutionē, vt p Neronē. Nota hæc veniētia ante excidiū Ierl̄m, ſimilia ſunt & eadem fere his, quę fient in conſummatione ſeculi: & loquitur ita de vno quaſi de alio. B
e *Multi.* Imminente Ieruſalem excidio multi fuerunt principes qui ſe dicerent eſſe Chriſtos, & tempus libertatis prope eſſe. Multi in eccleſia temporibus apoſtolorum, qui præter alia falſa dicerent inſtare diem Domini. (Mar. 13.a; Luc. 21.b; Eph. 5.b; Thel. 2.d)
f *Audituri.* Hæc in Iudæa a paſſione Domini abundauerūt: quibus ne territi apoſtoli, Ieruſalem & Iudæam deſerant, admonentur: quia non ſtatim finis, ſed poſt xlij ann.

Conſurget.

CAP. XXIIII.

a Non ignotas, ſed tanquam admirandas: quia videbatur quaſi nunquam deſtrueretur tale opus & fruſtra eſſet comminatio Chriſti.
ET egreſſus Ieſus de templo ibat. Et acceſſerunt diſcipuli eius, vt oſtenderent ei ædificatiônes templi. Ipſe autem reſpondens, ait illis: * Vidêtis
a Videtis tam firmam ædificationem.
Quod xlij. anno. poſt paſſionem Dn̄i factum eſt a Romanis.
hæc omnia. Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis ſuper lapidem
Q. contrarius ciuitati.
qui non deſtruatur. Sedente autem
a i. fructiferam eccleſię celſitudinem.
eo ſuper môntem † Oliueti acceſſerunt ad eum diſcipuli eius † ſecreto
a Marcus ait: Petrus & Iacobus & Iohannes & Andreas.
dicentes: Dic nobis, quādo hæc erūt & quod ſignum aduētus tui, & conſummationis ſeculi? Et reſpondens
a Ne quis perſuadeat, quaſi hęc omnia mox ſint futura.
Ieſus, dixit eis: † Vidête, ne quis uos
a Antichriſti pro Chriſto, quorum primus Simon magus cui omnes in Samaria auſcultabant, dicentes, Hæc virtus Dei magna eſt. b Ante horum completionem.
ſeducat. Multi enim veniênt in nomine meo, dicentes: Ego ſum Chri-
Hic tentatio. Ante excidium.
ſtus: & multos ſeducent. Audituri

*Nonne; † ſeorſum priuatum.

f Sedente au. *Ex prædictis formatur duplex quæſtio. Quia enim audierant a Chriſto euerſionem illam, credebant propinquam eſſe mundi conſummationem. ideo quæſierunt primo.*
g Dic no. quan. *i. deſtructio ciuitatis & templi. ſecundo, quæſierunt.*
h Et quod ſi. *vtrunque enim ſimul fiet. & propter hoc eſt quæſtio vna. Notandum etiam q̄ iſtæ quæſtiones fuerūt ſibi factæ ſuper montèm oliueti & hoc rationabiliter, quia locus iſte diſtat ſolum a ciuitate per vnum miliare: & ſic ciuitas illa & tēplum ex illo loco clariſſime videntur: & occaſione huius de tempore deſtructionis illius ibi quæritur. Similiter etiam iudicium extremum futurum eſt circa illum locum, vt habetur Ioe. iij. ideo conuenienter fit ibi quæſtio de futuro iudicio.*
i Et reſpondens. *Hic ponitur vtriuſq; quæſtionis ſolutio. & primo primæ, ſecundo, ſecūdæ ibi: Orate autem. Circa primum duo facit: quia circa ea, quæ pertinent ad deſtructionem ciuitatis & templi, primo ſcribit initiū, & ſecundo finalem exitum, ibi: Cum ergo videritis. Circa quod conſiderandum, quòd inchoatio & ſignum deſtructionis futuræ fuerunt clades & peſtilentiæ, quæ fuerunt in Iudæa ante bellum Romanorum contra eos, vt dicit Ioſephus libro de iudaico bello. Diuiditur ergo in duas partes: quia primo tanguntur mala quæ contigerunt Iudæis in generali. ſecundo, mala quæ contigerunt Chriſti diſcipulis in ſpeciali, ibi: Tūc tradent vos. Circa primum quatuor tanguntur. Primum eſt ſeductio erroris. quod notatur cum dicitur:* (Li. 7. c. 12.) D
k Videte ne quis vos ſeducat. *Iſta autem prædixit, quia minus iacula feriunt quæ præuidentur.*
l Multi enim venient. *ideſt aſcribentes ſibi nomen meum. quod patet per hoc quod ſubditur:*
m Dicentes ego ſum Chriſtus &c. *De talibus fuit Simon magus: qui per hoc ſeducebat Samaritanos, de quo habetur Act. viij. b. quòd Samaritani dicebant de illo: Hic eſt virtus Dei quæ dicitur magna. Hie. etiam dicit ſuper locum illum, q̄ ante deſtructionem ciuitatis plures apparuerunt qui dicebant ſe eſſe Chriſtos.*
n Audituri enim eſtis. *Hic ponitur ſecundum, quod eſt concuſſio timoris, cum dicit:* Audituri enim eſtis prælia. *Secundum enim quòd refert Ioſephus lib. antiquitatum. xx. poſt paſſionem Chriſti ante deſtructionē ciuitatis, & multæ ſeditiones & multa prælia fuerunt apud Iudæos: quia ſamaritani qui partim tenebant ritum gentilem, inſurgebant contra Iudæos, & econuerſo. Item in populo Iudæorum erant plurimi qui incitabant populum ad rebellandum contra Romanos, alij autem contrarium. Sequitur:* (Cap. 7. & 8.)

Et opiniones

NIC. DE LYRA. CAP. XXIIII.

ET egreſſus Ieſus de templo ibat. *Poſtquam poſita eſt legis euangelicæ promulgatio & confirmatio per miracula, hic cōſequenter ponitur iudicium ſecundum legē illam. Et quia lex euangelica eſt perfectiſſima & extrema, ideo ſibi correſpondet iudiciū extremum, quod erit perfectiſſimum. Et diuiditur in duas partes quia primo ponuntur quædam antecedentia ipſum iudicium: ſecundo ipſum iudicium deſcribitur ca. ſequenti. Prima in duas: quia primo circa hoc ab apoſtolis proponitur quæſtio & ſecundo ponitur quæſtionis ſolutio, ibi: Et reſpondens Ieſus. Prima in duas: quia primo ponitur quæſtionis occaſio. ſecundo habita occaſione formatur quæſtio, ibi: Sedente autem eo ſuper montem oliueti, Circa primum conſiderandum, quod Chriſtus in fine ca. præcedentis dixerat, quod domus templi relinqueretur deſerta. ideo in principio huius ca. dicitur quod Ieſus egreſſus de templo ibat. In hoc oſtendebat per factum, quòd templum eſſet a diuina protectione relinquendum.*
b Et ecce. *Non quia oſtenderent ſibi aliquid incognitum, cum frequenter in templo fuiſſet, vt patet ex præcedentibus: ſed vt ex nobilitate ædificiorum, quæ erant facta ad diuinum cultum, prouocarent eum ad miſericordiam: & per conſequens mitigaret pœnam prędictam.*
c Ipſe au. *quaſi dicat: Quantumcunque ſunt magna & fortia.*
d Amen. *ideſt fideliter.*
e Dico vobis. *Non eſt ſic intelligendū quin remaneret lapis ſuper lapidē ſaltē in fundamētis: ſed eſt modus loquendi ad exprimendū magnitudinē deſtructionis, quæ cōpleta eſt ſub Tito & Veſpaſiano, vt dictū eſt.*

Sedente

MORALITER.

* a *Et egreſſus Ieſus de templo &c.* Sequitur:
c *Non relinquetur hic lapis ſuper lapidē, qui non &c.* Origenes. Omnis homo, qui ſuſcipiens eſt verbum Dei, templum eſt. Si poſt peccatum adhuc ſaluat ex parte veſtigia fidei & religionis, templum eſt ex parte deſtructum, & ex parte conſiſtens. Qui autem poſtquā peccauit curam ſui non habet, paulatim minuitur, donec ad plenū recedit a Deo viuente: & ſic non relinquetur lapis ſuper lapidem mandatorum Dei, qui non deſtruatur.
f *Sedente autem eo ſuper montem oliueti.* Contra templum ſedens, de ruina Iudaicæ gentis diſputat, vt etiam ipſo ſitu corporis monſtret, quòd quietus in eccleſia manens, impiorum ſuperbiam condemnat.
l *Multi venient in nomine meo dicentes. ego ſum Chriſtus &c.* Id eſt. Multi videntur plus dicere facto: quia ſua ſtatuta diſtrictius faciunt obſeruari quam præcepta Dei.



* Conſurget

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Conſurget enim gens &c.* Myſti. Regnum ſurget in regnum & peſtilentia eorum, quorum ſermo vt cancer ſerpit. Et fames, verbi Dei commotio terræ, & a fide ſeparatio. Vltima enim tribulatio multis præuenitur, & per crebra mala indicantur mala perpetua. Et ideo poſt bella & ſeditiones non ſtatim finis, quia multa mala debent præcurrere, vt nuncient mala ſine fine. Eorum aũt alia e cælo, alia è terra, alia ab elementis, alia ab hominibus. Surget gẽs. Ecce perturbatio hominum. Terræmotus: Ecce reſpectus iræ de ſuper. Peſtilẽtia: Ecce inęqualitas corporum. Fames Ecce ſterilitas terræ. Terrores de cælo & tẽpeſtates, ſm Lucam. Ecce inæqualitas aeris. Omnia ergo cõſummanda cõturbant, vt q in omnibus deliqmus in omnibus feriamur. vnde: Pugnabit pro eo orbis terræ contra inſenſatos.

*Myſtice* 2. *Tim.* 3. *c* — † rumores — * omnia *Luc.* 21. *c* — † Luc. 21. *c* *Sap.* 5. *d*

b *Hæc au.* Hæc autẽ omnia ſunt initia, non conſummatio: quaſi preconia Antichriſti. vel excidij vrbis. Hæc partim ad euerſionem Iudæorum, partim ad diem iudicij pertinent, quia ita apoſtoli interrogauerant de vtroque.

c *Tunc tra.* Quo merito hęc Iudæis euenīant, ſubdit, quia poſt occiſionẽ Chriſti, nominis & fidei eius præcones perſequuti ſunt.

d *Et mul. pſeu.* Quidam hoc ad euerſionem Iudæorum referunt. Sed tunc inter eos, quia nullus erat fidelis, ad quẽ fieret exhortatio. melius hoc accipitur de hæreticis, quorum primus Simon magus fuit. Extremus maior omnibus Antichriſtus eſt. Diligenter intuẽdum eſt, quod ſignorum ad excidium vrbis, quo ad diem Domini referatur. Reſpõdit enim Dominus, quę ex illo tempore erant ſecutura, ſiue de excidio Ieruſalem ſiue de aduentu ſuo.

† 1. q. 1. ca. Saluator

e *Et præ.* Quia nouerat Dominus corda diſcipulorum de excidio & perditione ſuæ gentis contriſtanda, hæc ſolatio releuat vt ſcirent multo plures ſocios gaudij æterni de toto orbe colligẽdos. Adhuc tenete hoc ſignum, ꝙ non inſtet dies Domini vel deſolatio Ieruſalem: antequam apoſtoli toto orbe diſperſi ſint præter duos Iacobos, q prius in Iudæa interfecti ſunt. Diſperſi inquam, vt ſi dolerent de perditione ſuæ gentis, ſolatium habeant plures ſocios de omni gente collectos. F

¶Quæ ad hoſtes. a ¶Expectationes et rumores. ¶In Luca ſeditiones. ¶Quæ ad ciues.

ẽm eſtis prælia & † opiniones præ a

a ¶Iudæam deleratis. Quantum ad prælia.

liorũ: videte ne turbemini. Opor- b c

a ¶Conſtat hæc omnia contigiſſe tempore iudaicę ſeditionis ante vltimam prouincie euerſionem.

tẽt enim* hæc fieri: ſed nõdum eſt d

a ¶Audituri eſtis pre. & op. &c. Conſur. enim gens.

finis. † Conſurgẽt enim gẽs cõtra e

gentem & regnum in regnum, & f

¶Hæ ſunt partes præliorum.

erunt peſtilentiæ & fames & terrę g

motus per loca. Hæc autẽ omnia h

a ¶Futurorum. b ¶Miniſtris.

initia ſunt dolorum. Tunc trãdẽt i k

a ¶Exercendos.

uos in tribulationem, & occident l

a ¶Per apoſtolos omnium credentium perſona ſignatur.
b ¶In fine mundi ſimiles apoſtolis, tribulationibus ſunt probandi.

uos, & eritis odio omnibus genti- m

a ¶Propter aſſertionem veritatis.

bus propter nomẽ meum. Et tunc n o

a ¶Diſcedent a fide timore, vel portentis: vel immanitate tormentorum.

ſcandalizabuntur multi, & inuicẽ

a ¶Gladio Dñi ab inuicem ſeparante eos. quod in principio prædicationis factum eſt, maxime tempore Antichriſti eſt futurũ. b ¶Præter infidelis fratrẽ fidelẽ.

trãdent, & odio habebunt inuicẽ.

† Et multi pſeudo prophetæ ſur- p

a ¶Vt miraculis ſeducant. ¶Hoc tempore iudaicæ vaſtitatis, plene tempore Antichriſti.

gẽnt, & ſeducẽt multos: † & quo- q

a ¶Vnde Apoſtolus, Erunt homines aman. ſe.
b ¶Infidelitas.

niam abũdabit iniquitas, refrige

a ¶Pro tribulatione, quæ ante tribulationem videbatur calere, vel calebat vtcumque in pace.

ſcẽt charitas multorũ. † Qui autẽ r

¶In fide et charitate. ¶Quocumque tempore incipiat. ¶Præſentis vitę

perſeuerauerit vſque in finem, hic

ſaluus erit. Et prædicabitur hoc s

a ¶Ædificatorium eccleſię ante finem mundi, ſicut ante deſtructionem Ieruſalem per apoſtolos

euangeliũ regni in vniuerſo orbe, t

*Abominatio-*

*ne ciuitatis & templi per Romanos.*

k Tũc tr. *Hic ponit mala quæ contigerunt Chriſti diſcipulis in ſpeciali, vbi ponuntur quatuor. Primum eſt violentia afflictionis dupliciter. ſ. ab intra & ab extra. Illa quæ fuit ab extra, fuit a Iudæis fideles perſequentibus, de quo habetur Act. viij. a. vbi dicitur, ꝙ poſt mortem beati Stephani facta eſt perſequutio magna in eccleſia quę erat Ieroſolymis & ibidem ſubditur, quod Paulus deuaſtabat eccleſiam.* G

l Et oc. vos. *quia illo tempore occiſus eſt Stephanus a Iudæis vt patet Ac. vij. g. & Iacobus filius Zebedæi: Act. xij. a. Iacobus frater Domini, vt dicit Ioſephus libro. xx. antiquitatum.* Cap. 16. primi.

m Et er. odio. *i. aliquibus omnium gentium.*

n Propter no. me. *Hoc additur ad eorum cõſolationem: quia ad hoc ſequitur magnum pręmium, vt habitum eſt ſup. v. c.*

o Et tunc ſcandalizabuntur. *Hic ponitur afflictio ab intra. ſ. a falſis fratribus. quia multi qui receperant fidem Chriſti, videntes perſequutionem oriri contra eos, ſcandalizabantur cadentes propter hoc a fide ſuſcepta: & ſic habebant odio veros diſcipulos Chriſti, quos ad mortem tradebant.*

p Et mul. pſeu. *Hic ponitur ſecundum. ſ. vehementia ſeductionis: quia multi prophetæ falſi denunciabant contraria prædicationi apoſtolorum.*

q Et quoniam abunda. ini. *Hic ponitur tertium ſ. abundantia iniquitatis, quæ erat in falſis Chriſtianis: & propter hoc refrigeſcebat charitas in multis aliis, licet non caderent totaliter. propter quod concludit.*

r Qui autem perſeueraue. vſque. *in fide. ſ. formata charitate:* hic ſaluus erit.

s Et prædicabitur. *Hic ponitur quartũ quaſi ad conſolationem prædictorum: quod eſt euidentia credulitatis. & hoc eſt quod ſubditur:* Et prædicabitur hoc euangel. *i. euangelium Chriſti, quod introducit ad regnum cæleſte, quod non faciebat lex: propter quod erat imperfecta reſpectu euangelij, vt ſupra dictum eſt in principio huius libri.* H

t In vniuerſo mun. *Quod enim ante deſtructionem ciuitatis per Titum & Veſpaſianum in tribus partibus orbis. ſ. Aſia, Aphrica, & Europa, prædicatum ſit euangelium Chriſti, patet ſic. Viuente enim Petro fides prædicata eſt in Italia, & non ſolum in Italia, ſed etiam in Gallia. quia ſanctus Sauinianus qui fuit vnus de LXX. miſſus a beato Petro in Galliam cum pluribus aliis, ciuitatẽ Senonenſem (quæ tunc erat metropolis Galliæ, & vocabatur ciuitas aurea) conuertit ad Chriſtum & ibi tribus eccleſiis ædificatis, vna ſcilicet in honore beatę Virginis, alia in honore beati Stephani protomartyris, & alia in honore ſancti Iohannis baptiſtæ, quartam ædificauit in honore apoſtolorum: quæ quia viuente Petro conſtructa eſt, ideo eccleſia beati Petri viui adhuc nominata eſt vſq; in hodiernum diẽ. Ex loco aũt illo ſanctus Sauinianus ſocios ſuos circa alias partes Galliæ miſit ad prædicandum. Ex quo patet ꝙ viuente Petro fidei prædicatio peruenit verſus mare occidentis, vbi terminatur vltimum clima noſtræ terræ habitabilis. Quod autem eſt vltra, ſecundum autores aſtronomiæ ponitur extra climata. Ieruſalem autem de qua exierunt apoſtoli & alij Chriſti diſcipuli ad prædicandum, eſt in medio terræ habitabilis, quæ eſt in quarto climate vbi primo publicata eſt fides catholica: & tñ ſicut a Ieruſalem vſq; ad fines terræ habitabilis ex parte Galliæ vbi prædicata eſt fides p ſanctũ Sauinianũ & ſocios eius, ſimiliter ex parte Hiſpanię, vbi Paulus prædicauit: eadem rõne probabile eſt, qd a Ieruſalem vſq; ad alios terminos terræ habitabilis peruenit prædicatio fidei per alios*

† De re. ec. nõ ſi c. ſi. — † Sup. 10. Mar. 16. 7. q. 1. ſuggeſtũ. De pe. d. 1. c. non & c. ſi

## NICOLAVS DE LYRA.

*Signa excidij Ieruſalem in cælo*

¶ a Et opiniones præliorum. *quia ante deſtructionem ciuitatis multa ſigna apparuerunt, quæ interpretabantur ab aliquibus in bonum & pacem ciuitatis, ab alijs autem in contrarium & deſtructionem: & inter alia ponit vnum. ſ. Et ſydus ſtetit ſuper ciuitatem per annum ſimile gladio. Quam apparitionem quidam dicebant ſignificare auxilium ſibi affuturum contra inimicos. Aliqui econtrario dicebant ſignificare vindictam Dei contra mala habitantium in ciuitate, & per hoc erant diuerſæ opiniones de prælijs inter eos.*

b Videte ne tur. &c. *recedendo de Iudæa propter talia. Voluit enim Chriſtus, quod diſcipuli ſui manerent aliquantulum in Iudęa poſt mortem ſuam ad prædicandum fidem catholicam.*

c Oportet enim hæc. *quia ſunt a Deo præordinata.*

d Sed nondum eſt. *quia poſt auditionem talium ſtetit adhuc ciuitas per longum tempus ſcilicet. xl. annis poſt paſſionem Chriſti.*

e Conſurget enim gens. *Hic ponitur tertium, videlicet diſturbatio pacis, cum dicitur:* Conſurget gens in gentem. *quia gens Iudæorum erat diuiſa intra ſe, vt patet.*

f Et regnum aduer. *quia regnum Iudæorum contra regnum Romanorum rebellauit: & hoc patet ex prædictis.*

g Et erunt peſti. *Hic ponitur quartum ſ. perturbatio orbis ſeu elementorum: ex quibus conſurgunt peſtilẽtia in aere & mari, & per conſequẽs ſterilitas & fames in terra. Quod autem hoc acciderit illo tempore, patet Act. xi. d. vbi dicitur, ꝙ propheta Agabus prædixit famem magnam futuram, quæ facta eſt imperante Claudio: propter ꝙ fideles qui erant Antiochiæ, miſerunt auxilium de facultatibus ſuis fidelibus, qui erant in Iudæa & Ieruſalem per manus Barnabę & Sauli. Sequitur.*

h Hæc autem omnia. *id eſt quatuor prædicta.*

i Initia ſunt do. *qui quidem dolores fuerunt conſummati in deſtructione ciuitatis*

¶ *apoſtolos &*

## MORALITER.

* e *Conſur.* Hie. Myſtice autem videtur regnum contra regnum cõſurgere, & peſtilẽtia, eorũ, quorũ ſermo ſerpit vt cãcer, & fames audiẽdi verbum Dei, & cõmotio vniuerſæ terræ in hæreticis magis intelligi, q cõtra ſe inuicẽ dimicãtes, eccleſiæ victoriã faciunt.

k *Tunc.* Quod nũc implet myſtice, qa pauperes religioſi p hoies malos, & ſpãliter p clericos peruerſos tribulanť & p detractiones eorũ linguarũ gladijs occidũť, & plures infirmi ſcãdalizãť, odiẽtes ſtatum ſuũ, & fratres ſuos nequiter accuſant ab ordine recedentes.

p *Et mu. i.* pdicatores quę ſua ſunt tm̃ qrentes, ſurgunt & multos ſimplices ſeducunt, & ſic frigeſcente charitate abundat iniquitas.

r *Qui autem perſeuerauerit.* ſcilicet in doctrina Chriſti: & a talibus uerbo & facto prædicatur euangelium regni.

Com. in Mat. li. 4. c. 24.

* *Cum ergo*



a *Abominationem &c.* Vel ſi excidio vrbis, abominatio. i. idolum. Pilatus enim poſuit imaginem Cæſaris in templo deſolato, Vel hoc dicitur de ſtatua Adriani equeſtri, quæ in ipſo ſanctorum loco longo tempore ſtetit. A

b *Tunc qui in.* Hæc ad literam facta ſunt cum appropinquante exterminio Iudæorum oraculo moniti omnes Chriſtiani fugerunt in regnum Agrippę qui parebat Romanis Myſtice. *Tunc.* i. cũ hæreſes & flagitia regnare cęperint inter ſanctos, & pacem eorum diſtrahere: quanto plures vident ſequi praua, tanto altius virtutes petant.

c *Væ au.* qa ſarcina grauatæ fugere nõ poterũt. In iſto, q in Iudæa ſunt fugiãt ad mõtes, concordat Lucas. cætera vr̃ aliter dicere, ita & q in medio eius, diſcedãt. Sed qm̃ cũ prædixit euangeliſta circumdari Ieruſalem ab exercitu: q in medio ſunt i. cum ita vrgebit periculũ vt euadi non poſſit, diſcedãt: id eſt non capiãtur deſiderio huius ſeculi in aliã vitã migrare parati. Idẽ qd alij dixerũt, in tecto eſt, non deſcendat tollere aliqd de domo ſua: hoc eſt nullo affectu inclinẽtur ad carnẽ. Et hoc ꝙ Lucas ait: & qui in regionibus non intrent in eam i. qui iã bono propoſito cordis extra illã facti ſunt, nõ eã rurſus carnali cupiditate deſiderent. Hoc alij & q in agro, nõ reuertatur tollere tunicã ſuã: hoc eſt iterũ inuolui curis qbus exutus erat. Graues animæ peccatis, & quæ nutriunt. i. imperite Antichriſtum effugere non poterunt. Vel, væ illis qui ſua germina non produxerunt in virum perfectum.

d *Orate.* Si de captiuitate, orent ne fuga eorum ſit hyeme vel ſabbato, quia in altero prohibet duricia frigorum ad ſolitudines fugere, & in deſertis latitare. In altero tranſgreſſio legis eſt ſi fugere volunt: vel mors ſi remanent. Spiritualiter autem præcipitur, vt non frigeſcat fides in Deum & charitas, neq; ocioſi in opere torpeamus virtutum ſabbato. Hanc ſententiam Lucas illuſtrat. Dicit enim: Attendite vobis, ne grauentur corda veſtra, in crapula & ebrietate & curis huius vitæ, & ſuperueniat in vos dies illa repentina. Vigilate itaq; omni tempore, vt digni habeamini fugere iſta omnia quæ futura ſunt: Ad hyemem pertinent curæ, quæ triſtes ſunt, vt hyems, crapula & ebrietas ad ſabbatum: quia in eis delitijs affluere mos erat Iudæis, ignaris veri ſabbati. B

e *Et niſi.* Quæ ergo ſpes electis, niſi gratia Dei, quæ dat patientiam pijs, vt citius demat potẽtiam impijs? Quanto enim erit hæc tribulatio grauior, tanto erit breuitate moderatior. Vel dierum nomine, ipſa mala ſignificantur.

f *Breuiati fuiſſe .t.* non menſura, ſed numero, ne mora temporum fides concutiatur credentium. Erunt enim hæc mala tribus annis, Et dimidio tantum.

Myſtice — Luc. 21. d — Luc. 21. d — veſtimen ſua — Luc. 21. f

¶Iræ damnationis. ¶Non credentibus.

in teſtimonium omnibus gentibus: a

a ¶Poſt hęc omnia b ¶Non ſtatim, ſed non prius.

ẽt tũc veniet † conſummatiõ. † Cum b c

a ¶Hominem peccati, qui aduerſatur & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, qui deſtruet, & ad ſolitudinem rediget ſuſcepturos ſe.

ergo videritis abominationem de-

¶Prædicta.

ſolationis, quæ dicta eſt a Daniele

a ¶In templo Dei, vel, vbi non debet, ſecundum Marcum quod idem ſignat.

propheta, ſtantem in lõco ſancto:

a ¶Illam prophetiam vel ſententia.

qui lẽgit intelligat. † Tunc qui in Iu d e

a ¶In confeſſione fidei. ¶Vel dimiſſa occidente litera & iudaica prauitate, æternis approprient montibus.
b ¶Virtutum culmen altius aſcendant.

dęã ſunt, fugiant ad montes: Et qui f g

a ¶Qui excedit carnem, animo non redeat ad aliquos actus priſtinæ conuerſationis.

in tecto, nõ deſcẽdat tollere † aliqd

a ¶Carne vel mundo. b ¶Qui operatur in eccleſia. ¶Qui exierit ciuitatem huius mundi.

de domo ſua: & qui in agro, non re- h

a ¶Id eſt rem ſecularem, qua ſe exuit vt nudus Chriſtum ſequatur. b ¶Væ ambitioſis parituro rum

uertatur tollere † tunicã ſuam. † Vę i

a ¶Diuitias, quas adepti ſunt, fouentibus, quia ſarcina grauati fugere non poterunt. b ¶Qui initia fidei habent, & egent nutrimento magiſtrorum.

autem prægnantibus & nutrienti-

a Non tunc primo incipiatis declinare a malo, cum morte præueniente iudicium Dei non poteſtis effugere.

bus in illis diebus. Orãte autem, vt k

a ¶Quia hæc tempora non ſunt itineri conuenientia.

non fiat fuga veſtra hyẽme vel ſab- l

a ¶Hoc propriè temporibus Antichriſti. b ¶Cuius non concutiatur fides, cum perſequutor pietatis erit operator virtutum.

bato. Erit ẽnim tunc tribulatio mã- m n

gna qualis non fuit ab initio mundi

vſq; modo, neq; fiet. Et niſi breuia- o p

ti fuiſſent dies illi, non fieret ſalua q

*Ecce*

*ſtamenti: vt ſcribitur in Scholaſtica hiſtoria. & hoc eſt quod dicit:* Cum ergo &c. *Sequitur.* C

d Qui legit intel. *q. d. qui legit prophetiam Danielis intelligat eam eſſe dictam de hoc facto. Secundum, quod ibi ponitur, eſt Iudæorum captiuatio & perfecta eorum diſperſio, cum dicit.*

e Tunc qui in Iu. ſunt fu. *q. d. extunc Iudęi nõ habitabunt in Iudæa plus: qa licet Aelius Adrianus Ieroſolymã reædificauerit: præcepit tamen, ne aliquis Iudęus haberet licentiã intrãdi illuc. Aliter autem exponitur ab aliquibus de tempore, quod fuit ante deſtructionẽ ciuitatis immediate: quia fideles qui erãt in Ieruſalem: admoniti ſunt per angelum vt fugerent in regnum Agrippæ vltra Iordanẽ quia rex Agrippa erat confæderatus Romanis: & ideo ibi fideles ſaluati ſunt: vt ſcribitur in Scholaſtica hiſtoria: Sequitur:*

g Et qui in tecto. *q. d. melius eſt quod ſaluet vitam ſuam quàm rem poſſeſſam.*

i Væ au. *quia prægnantes non poſſunt bene fugere aggrauatæ pondere: nec etiam nutrientes propter curam circa paruulos.*

k Orate au. *Hic incipit ſoluere ſecundam quæſtionem de conſummatione ſeculi. Et diuiditur in tres partes, quia circa conſummationem ſeculi primo oſtendit tribulationis magnitudinem. ſecundo temporis incertitudinẽ, ibi: De die autem illa & hora. tertio excitat noſtram ſolicitudinem. ibi: Vigilate itaq;. Prima adhuc in duas: quia primo tangit tribulationem futuram tempore Antichriſti. & ſecundo aduẽtum ipſius Chriſti ad iudiciũ, ibi: Statim aũt. Prima in duas: ſed ꝙ tribulationem futuram tempore Antichriſti deſcribit ex duobus. Primum eſt violentia afflictionis. ſecundum eſt vehementia ſeductionis, quod tangitur ibi: Tunc ſi quis vobis dixerit. Circa primum aduertendum: ꝙ quia prædixerat tribulationem Iudæorum ex deſtructione ciuitatis Ieroſolymitanæ: vt patet ex prædictis: & nunc prædicit tribulationem fidelium futurã ſub Antichriſto maiorem: ideo conuertit ſe ad diſcipulos ſuos. in quibus admonet fideles pro illo tẽpore futuros dicẽs. Orate au. &c. i. tẽpore incompetenti ex aeris importunitate.* D

l Vel ſabbato. *i. tempore incompetenti ad fugam ex quacunq; alia cauſa: quia tunc nõ erit ſabbatum obſeruandum: in quo non erat licitum Iudæis ambulare vltra mille paſſus. Per ſabbatum ergo intelligit tempus inconueniens ad fugam modo prædicto & ſubiungitur ratio cum dicitur:*

m Erit enim tunc. *id eſt tempore Antichriſti.*

n Tribulatio magna &c. *de præterito.*

o Neque fier. *de futuro. Ex quo patet quod loquitur hic de tribulatione Antichriſti: quæ ab omnibus doctoribus dicitur maxima.*

p Et niſi breuiati fuiſſent dies illi. *Non eſt intelligendum quod dies ſint breuiores tempore Antichriſti quàm ſint modo, quia quantitas diei cauſatur ex motu ſolis qui eſt vniformis: ſed dies hic accipiuntur pro tempore: quia tempus illius tribulationis erit breue: quia non durabit vltra tres annos cum dimidio: vt habetur Dan. xij. c. vbi dicitur, quod durabit per tempus & tempora & dimidium temporis. Cauſa autem huius breuitatis ſubditur cum dicitur.*

q Non fieret ſalua omnis caro. *Caro autem hic accipitur pro homine ſecundum quod habetur Gen. vi. a. Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum quia caro eſt. Senſus ergo eſt iſte: Omnis caro non fieret ſalua. i. nullus homo fieret ſaluus ſi eſſet longum prædictæ tribulationis tps. Negatio .n. poſtpoſita huic ſigno vniuerſali, oĩs, facit ipſum æquipollere ſigno vniuerſali negatiuo: qa, oĩs nõ, valet nullus. pp quod ſubditur:*

† Dan. 9. g Luc. 21. d — Dimiſſo † Ma. 13. b Luc. 21. d — † res ſuas domeſticas — † mar. 13. b Luc. 21. d

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *apoſtolos & diſcipulos ad hoc miſſos: & ſic patet quod viuente Petro fides Chriſti prædicata eſt in vniuerſo mundo, quia cognitio fidei peruenit ad omnes partes orbis, Petrus verò martirizatus eſt ſub Nerone. poſt imperium autem Neronis deſtructa eſt ciuitas Ieroſolymitana ſecundo anno imperij Veſpaſiani: vt habetur li. de Iu. bello.*

a In teſti. *q. d. ad hoc prædicanda eſt fides in vniuerſo orbe: vt teſtimonium Chriſti audiretur in omni gente: ſecundum quod dictum fuit apoſtolis, Eritis mihi teſtes in Ieruſalem & Iudæa & Samaria & vſque ad vltimum terræ.*

Ioſephus li. 6. c. 31. in Act. 1. a

b Et tunc. *quia poſt prædicationem euangelij prædictam facta eſt conſummatio deſtructionis ciuitatis a Chriſto prædicta. Conſiderandum autem ꝙ alia eſt prædicatio euangelij futura in omnibus gentibus quantum ad efficaciam: ſic quod omnes gentes recipient fidem Chriſti: & hoc erit in conſummatione ſeculi.*

c Cum erg. *Hic deſcribitur excidium ciuitatis quantum ad eius terminum. Et ponuntur ibi duo. Primum eſt prophetiæ impletio: quæ habetur Dan. ix. g. vbi dicitur ꝙ deſtructa ciuitate & templo ponetur abominatio in deſolationem. i. idolum (quod nomine abominationis intelligitur in vete. te.) debebat poni in templo deſolato. hoc autem impletum eſt quãdo Aelius Adrianus imaginem ſuam fecit ſtatui vbi ſteterat arca teſtamenti:*

¶ Sed propter

## MORALITER.

* c *Cum ergo videritis abominationem deſolationis.* Abominatio ſtans in loco ſancto eſt prælatus malus in eccleſia. de quo dicitur. O paſtor & idolum derelinquens gregem. Zach. 11. d

e *Tunc qui in.* id eſt confeſſione veritatis.

f *Fugiãt ad m.* i. quærãt auxiliũ a Deo vt prouideat de paſtore bono.

g *Et qui in tecto.* per quem ſignificatur bonus contemplatiuus.

h *Et qui in agro &c.* id eſt bonus actiuus. q. d. iſti non dimitãt occupationem ſuam bonam propter prælati maliciam.

i *Væ autem prægnãtibus & nutrientibus.* id eſt quilibet debet optare vt non impediatur fuga tanti mali eccleſiæ.

m *Erit enim tunc tribulatio magna qualis &c.* i. figuratiue: quia malus prælatus eſt Antichriſti figura: qui ſedebit in templo Dei: vt dicitur. ij. Theſſa. ij. b. Ideo dicitur. Iam Antichriſti multi ſunt. Tamẽ dies talium aliquando breuiantur per bonorum orationes. 1. Ioan. 2.



* *Tunc ſi quis*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Ecce hic Chriſtus*. Habet vna quæcunque hæreſis, uel certas E mũdi partes. vnde dicitur: *Ecce hic & ecce il*. Vel in occultis aut in obſcuris conuenticulis curioſitatem hominũ decipit vnde dicitur: Ecce in cubilibus, ecce in deſerto. Multi erunt qui nõ credent Chriſtum eſſe communẽ ſalutem omnium, ſed quo rundam. vnde dicitur, hic aut illic.

b *Si fieri poſ.* ſi aliquo modo fieri poſſet, vt Dei præſinitio mutaretur et ideo non de veris intelligi poteſt electis.

†Mar. 17.c Luc. 17.c c *Electi*. Non qđ diuina electio fruſtretur, ſed q iudicio humano vñr electi.

d *Ecce in deſer*. Multi etiam credunt nõ venire in publicũ, ſed in deſerto. Multi credunt Chriſtum dediſſe ſecretoria præcepta fidei alijs, non omnibus. vnde dicitur, in penetralibus. Nolite credere, quod Chriſtus in deſerto vel in penetralibus, ſed quod fides eius ab oriente in occidẽtem in catholicis fulget clara & manifeſta. Ne ergo credatur ſchiſmaticis, nomine orientis & occidentis totum orbem deſignat.

e *Sicut enim ful*. Pro manifeſtatione & claritate inter nubila, vel noctem huius ſeculi. Stultum eſt ergo eum quærere in paruo loco, vel in abſcondito, q totius mundi lumẽ eſt. Et, ne loci in quo futurus eſt, eſſemus ignari, ait. Vbi cunq; fuerit corpus. i. in cælũ quo hinc leuauit corpus ſuſceptum: quia rapie-

1. Theſ. 4.d †Luc. 17.g 2. q. 1. ca. quoniam vetus. mur obuiã Chriſto in aera, & ſic ſemper cum Domino erimus. De naturali exemplo Chriſti aſtruit ſacramentũ. Aquilæ & vultures dũr tranſmarina ſentire cadauera, ibiq; congregari. Nõ ergo nos rationales cõgregabimur ad eum qui vt fulgur erit? Vel per corpus

†cadauer †Ioel. 2.g Mar. 13.c quod ſignificantius dicitur cadauer, quod morte cadat, paſsionem Chriſti intellige: ad quam prouocamur, vt vbi conuenire legitur congregemur, & per il F lam venire poſsimus ad verbum Dei. Vel ancti ſunt Aquilæ, qui innocantur, conſumpta vetuſtate ad petram qui eſt Chriſtus.

Myſtice. f *Sol ob. &c.* Myſtice. Eccleſia ſpecioſa vt luna, electa vt ſol, & quæ noctem illuminat vt ſtellæ: tunc non apparebit impijs vltra modum ſæuientibus. Et cadent multi, qui fulgere videbantur, & firmiſsimi turbabuntur. Vel. ſol & luna & ſtellæ ad tempus ſuo lumine priuabuntur, vt vicinum indicent aduentum Domini. Sed peracto die iudicii, mundo innouato maius lumen recipient. Vel ſuperueniente claritate veri luminis, videbuntur obſcurari, & nullius eſſe luminis, & angeli in tenebras reputabuntur. Iob dixit: Columnæ cæli contremiſcunt, & pauent aduentum eius.

In nubibus.

a ¶ Ne deſperent. b ¶ In illa preſſura.

omnis caro, ſed propter electos bre-
uiabuntur dies illi. Tunc ſi quis
a ¶ Veſtris imitatoribus. b ¶ Apud Arianos.
vobis dixerit: † Ecce hic Chriſtus,
c ¶ Apud Donatiſtas vel huiuſce modi.
aut illic, nolite credere. Surgẽt enim
a ¶ Membra eius qui te eſſerer ſuper omne quod dicitur deus aut quod colitur.
pſeudochriſti, & pſeudopropheta
a ¶ Aliquid magni ſignificantia.
tæ: & dabunt ſignã magna & prodi-
gia, ita vt in errorem inducantur, ſi
fieri poteſt, etiam electi. Ecce prædi-
a ¶ Vt præſcij cautiores ſitis. Quia præmoniti eſtis.
xi uobis. Si ergo dixerint vobis: ec-
a ¶ Chriſtus moratur in dogmate gentilium philoſophorum. b ¶ A fide ad doctrinam eorum.
cé in deſerto eſt, nolite exire: ecce in
a ¶ Hæreticorum, qui ſe iactant arcana Dei noſſe.
penetralibus, nolite credere. † Sicut
a ¶ Contra hoc, quod dixit: Ecce in penetralibus.
a ¶ Cunctis videntibus, non in ſecreto.
enim fulgur exit ab oriẽte, & † pa-
a ¶ Certa quod dixit: Ecce hic, ecce illic. b ¶ Nec vno loco, nec occultus erit aduentus Chriſti, ſed in toto orbe manifeſtabitur.
ret vſq; in occidẽtem: ita erit aduẽ
tus filij hominis. † Vbicunq; * fue-
a ¶ Verus Chriſtus non eſt fictitias.
b ¶ Eo feſtinat intentio ſanctorum, qui in veri ſplendore ſolis iam poſſunt figere intuitus.
rit cõrpus, illic congregabuntur &
aquilæ. † Statim autem poſt tribu-
a ¶ Non quod tota tranſacta, ſed quia præcedet tribulatio, vt ſequatur quorundam defectio.
lationẽ dierum illorum ſol obſcu
rabitur, & luna nõ dabit lumen ſuũ
a ¶ Lumine carebunt. b ¶ Timebunt angeli, quanto magis homines.
& ſtellæ cadẽt de cælo, & virtutes cę
a ¶ Et venient ad vos.
lorũ cõmouebũtur. Et tũc † parebit
a ¶ Thau, impreſſum frontibus fidelium. ¶ Vel ſignum crucis, vt videat in quem tranſfixerunt, vel vexillum ſignum victoriæ triumphantis.
ſignum filij hominis in cælo: & tũc

k Ecce in penetralibus. *id eſt in locis occultis*. G

l Nolite credere. *Ratio autem ſubditur*.

m Sicut enim ful. *quia licet aduentus Chriſti in carne fuerit occultus tamen aduentus eius ad iudicium erit ita manifeſtus, quod non poterit aliquem latere propter quod ſubditur*.

n Vbicunque fue. *i. Chriſtus in humanitate, quia ſicut ſupra frequenter dictum eſt, iudicabit in forma humana, glorioſa tamen*.

o Illic congrega. *id eſt ſancti occurrentes ob uiam Chriſto venienti ad iudicium, ſecundum quod dicitur. 1. ad Theſſal. iiij*.

Diuiſio p Statim autem. *Deſcripta tribulatione, quæ futura eſt per Antichriſtum, deſcribit ad uentum Chriſti ad iudicium. Et diuiditur in duas partes: quia primo deſcribit quædam ſigna præcedentia iudicium. Secundo deſcribit iudicis aduentum, ibi: Et tunc apparebit. Circa primum aduertendum, quod prout dicunt doctores & ſancti, poſt tribulationem Antichriſti, antequam appareant manifeſta ſigna iudicij, erit tempus breue, in quo poterunt illi, qui fuerunt decepti per Antichriſtũ penitere. & hoc ſignatur Apo. viij. a. Factum eſt ſilentium in cælo quaſi media hora. Iſtud enim tempus nõ durabit (vt dicunt) niſi per. xl. dies vel circiter. & hoc eſt quod dicitur* hic: Statim autem &c. *i. paruo tempore elapſo poſt tribulationem Antichriſti apparebunt ſigna manifeſta propinqui iudicij: & hoc eſt quod ſubditur*:

†Luc. †appar. q Sol obſcura. *non per priuationem ſui luminis cum ſit ei naturalis: corpora autem cęleſtia tunc manebunt in ſua natura integra, ſed iſta obſcuritas erit reſpectu noſtri per interpoſitionem alicuius corporis opaci, quemadmodum fit in eclipſi*.

*enim Quo intelligitur quod luna non ſit lumi r Et luna. *Quod poteſt dupliciter intelligi: Vno modo, quia erit interpoſita inter terram & ſolem: & ſic pars lunę, quæ eſt verſus terram, obſcurabitur, cum non habeat lumen niſi a ſole. Alio modo per interpoſitionem nubium obſcuratam*.

H ſ Et ſtellæ cadent de cælo. *non quantum ad earum ſubſtantiam, cum ſint incorruptibiles, ſed ſecundum apparẽtiam: quia uerę ſtellæ abſcondentur per nubium denſitatem, & de nubibus verſus terrã deſcendent exhalationes ignitæ, quæ dicuntur ſtellæ cadentes*.

†appar. Lib. de ier. hierar. t Et vir. cæ. cõ. &c. *Virtutes hic accipiuntur angeli, qui ſunt de medio ordine ſecundæ hierarchiæ, ad quorum officium ſpectat cooperari aliquo modo ad miracula, ſecundum quod dicit beatus Dionyſius. Et ipſi tunc frequentius ſolito mouebuntur ex diuina voluntate ad faciendum miraculoſas tranſmutationes in elementis, ad incutiendum hominibus terrorem iudicis venientis*.

v Et tunc. *Hic deſcribit iudicis aduentum: & circa hoc duo facit, quia primo facit quod dictum eſt. Secundo inducit exemplum ab arbore fi*. *Dicit ergo*: Tunc. *id eſt immediate poſt ſigna prædicta*.

x Parebit ſignum filij hominis. *id eſt crux, claui, & lancea, quæ ſunt paſsionis Chriſti inſtrumenta: Vel aliter*. Signum. *id eſt cicatrices, quę ap parebunt in Chriſti corpore. Iſta autem apparebunt in cęlo. id eſt in aere: qui aliquando vocatur cælum in ſcriptura*.

y Et tunc plan. &c. *id eſt aliqui de omnibus tribubus & nationibus in quibus ſunt aliqui mali: quibus aduentus iudicis erit triſtabilis*.

¶ Et videbunt

## NICOLAVS DE LYRA.

a Sed propter electos breuia. *ne ex tribulationis magnitudine cadant a veritate*.

g *Cœpit contriſtari.* Nõ timore paſſionis, q ad hoc venerat, ſed ꝓ ſcandalo apoſtolorum & perditione impiorum. Hiero. Cępit contriſtari, ut ueritatem aſſumpti hominis probaret. Vere contriſtatus eſt, ſed nõ paſſio eius animo dominatur, uerum propaſſio eſt. unde ait, cœpit contriſtari. Contriſtatur autem non timore patiendi, qui ad hoc venerat, ſed propter infelicẽ Iudam & ſcandalum apoſtolorum, et eiectionem Iudęorum & euerſionem Ieruſalem. Comm. in Mat. lib. 4. c. 26. tom. 9.

h *Triſtis.* Anima eſt quæ timet & triſtatur. Petrus inferior nõ timet dicens, animam meam ponam pro te, quia vt homo uim mortis ignorat. Chriſtus timet quia vt Deus in corpore conſtitutus fragilitatem carnis exponit, qui corpus ſuſcepit omnia debuit ſubire quæ corporis ſunt.

i *Vſq; ad mor.* Hila. Nõ propter mortem ſed donec apl̃os ſua liberet paſſione. Non mors ſed tp̃s mortis in metu eſt, quia poſt virtutem reſurrectionis, fides eſt firmanda credentium. *Si poſſibile*

---

a oues gregis. Poſtquam autem reſur- a
b rexero, præcedam uos in Galilęã. b
†reſpondes autem Petrus, ait illi: c d
c Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in
te, ego nunquam ſcandalizabor.
¶Petrus ex ardore promittit, Chriſtus ut Deus uentura prædicit.
Ait illi Ieſus: Amẽ dico tibi, quia i e
a Marcus dicit, Antequam gallus bis uocem dederit. ceteri: Antequam gallus cantet.
d hac nocte antequam gallus cantet,
a ¶Timor erit cauſa ter me negandi.
ter me negabis. † Ait illi Petr⁹: Etiã f
a ¶Intellexit enim quod timore mortis prædiceret eum negaturum.
ſi oportuerit me mori tecũ, non te
a ¶Ex amore & ardore eodem.
negabo. Similiter & omnes diſcipu
e li dixerunt. Tunc uenit Ieſus cum il g
lis in † villam, quæ dr̃ † Gethſema- h
¶Non moueamini ſicut nec loco ita nec mente.
ni. Et dixit diſcipulis ſuis: Sedete i k
a ¶Cuius oratio omnium redemptio.
f hic, donec vadam illuc & orem. Et l
a ¶Progreſſus parum. b ¶Quibus ſecretiora manifeſtaret.
aſſumpto Petro & duobus filijs Ze
g bedæi, cœpit contriſtari & mœ- m
¶Nec putetur irrationalis
h ſtus eſſe. Tunc ait illis: † Triſtis n
anima Chriſti: Animalia merent ſed non norunt cur & quouſq; triſtentur. ¶Pro Iuda damnando.
i eſt anima mea uſque ad mortem.
a ¶Pondus tribulationis. b ¶A ſomno infidelitatis & torpore mentis, ne ingrauante diabolus obrepat.
† Suſtinete hic, & vigilate mecum. o

---

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *tendum tamen, quòd Zachar. xiij. mutantur uerba, licet ſit eadem ſententia: quia ibi ponitur prophetia ac ſi propheta loquatur ad Dominum di.* Percute paſtorem &c. *hic autem ponitur, ac ſi Dominus loquatur di.* Percutiam pa. *quia idem eſt verbum Domini & prophetæ licet diuerſimode: quia ipſius Domini principaliter, & ipſius prophetæ inſtrumentaliter.*

a Poſtquam autem re. *hoc addit ad conſolationem eorum, ut qui audita eius morte erant deſolati, audita eius futura reſurrectione eſſent aliqualiter conſolati.*

b Præcedam uos in Gali. *Non ſolum promittit eis uiſionem ſuam in beatitudine & ĩ loco multũ diſtãti, ſed in ꝓpinqua regione, ſ. in Galilęa.*

c Reſpondens autem. *Hic ſpecialiter prædicit ſcandalum Petri.* Reſpondens autem Pe. *quia erat cæteris feruentior.*

Ait

C d Ait illi, & ſi om. *In hoc non mentiebatur, quia ſic habebat in mẽte, ſed præſumptuoſe loquebatur non conſiderans debilitatem fragilitatis ſuæ, propter quod grauius cæteris permiſſus eſt cadere, & iterum quia futurus erat paſtor eccleſiæ, ut ex ſuo caſu ſciret alijs condeſcendere.*

e Ait il. Ie. amen di. ti. quia in hac. *Mar. xiiij. dicitur expreſſius: Antequam gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus. Aug. in lib. de concordia euangeliſtarum dicit qđ tertia negatio Petri fuit inchoata ẽt ante primum cãtum galli, antequã tamen eſſet conſummata gallus cantauit: qa negatio ſcđm totalitatem ſuam accepta habet aliquem tractum temporis, in hoc enim includitur verborum illorum qui dicebant Petro: Tu es illis es: & argumẽtũ qđ adducebãt ex loquela eius: & negatio Petri ſequens, & ſic patet ꝙ bene potuit inchoari illa negatio anteq̃ gallus primo cantaret & poſt terminari. Matthæus ergo Lucas & Iohannes qui dicunt Petrum ter negaſſe Chriſtũ, ante primũ gallicãtum, loquuntur habendo reſpectum ad negationis inchoationem. Marcus aũt q dicit tertiam negationem Petri eſſe poſt primum gallicãtũ, & ante ſcđm, loquitur habẽdo reſpectum ad negationis conſummationem.*

f Ait il. Pe. e. ſi o. *Petrus & alij diſcipuli hoc dicẽdo nõ dixerũt mẽdaciũ, qa ſic cogitabant fore, dixerunt tamẽ falſũ qa cõtrariũ accidit.* † Geſſemani

g Tũc ue. Ie. *Hic conſequẽter oſtẽditur Xp̃i deſiderium ad noſtram redemptionem: Quod oſtẽdit tripliciter Xp̃s. Primo anxiando, ſcđo orãdo, ibi: Et ꝓgreſſus puſillum. tertio ꝓditori occurrẽdo, ibi: Ecce appropinquabit. Circa primũ aduertẽdũ, ꝙ anxietas animi eſt paſſio cauſata ex apprehenſione magni mali de proximo iminẽtis impoſſibilis ad euadẽdum, Xp̃s aũt uidebat mortẽ acerbiſſimã ſibi de proximo imminẽtẽ & nõ euaſibilem, quia ſciebat hoc eſſe determinatum à Deo patre, à cuius determinatione non poterat declinare cũ non poſſet peccare. Iſta tamen neceſſitas libertatem arbitrij non tollebat. Igitur ex tali morte ſic imminente Chriſtus habebat materiam maximæ anxietatis. Item pars ſenſitiua non alleuiabatur à tali anxietate ex contemplatione diuinæ eſſentiæ ſeu promptitudine uolũtatis, quæ erat in ſuperiori parte animæ. quia diuina uirtute fiebat, vt ex ſuperiori patre animæ non fieret influentia in inferiorem, ut ſic eſſet ibi dolor partis ſenſitiuę maximus ad noſtram redẽptionem: Ex quo ergo ex tali anxietate Chriſtus non fugiebat ſed magis uenit ad locum, ubi proditorem uenturum ſciebat, oſtendit deſiderium ad noſtram reedeptionem. & hoc eſt quod dicitur hic:* Tunc ue. Ie. cum. il. *i. diſcipulis ſuis.* †Mœſta †Mar. 14.d Ioan. 14.d Decelebr. mil. ca. in quadam. D

h In uil. *Illa enim uilla erat ſita in pede mõtis Olıueti, & propter hoc dicitur, ꝙ uenit in montem Oliuarum. In fine etiam illius uillæ erat quidam hortus contemplationi aptus & illuc intrauit Ieſus, ut dicitur & eſt ultra torrentem Cedron, ut dicitur ibidem, quia uallis Ioſaphat eſt intermedia inter montem Oliueti & ciuitatem Ieruſalem. torrens autem Cedron currit per medium illius uallis, & ſic patet quòd euangeliſtæ concordant de loco, licet ipſum diuerſimodè nominent.*

i Et dixit di. ſu. ſe. h. *hoc dixit octo apoſtolis, quia Iudas non erat ibi, & tres ſecum duxit. unde ſequitur:*

l Et aſſumpto Pe. & duo fi. Ze. *Iſti enim tres erant magis familiares ipſi Chriſto, & ad eius ſecreta magis admittebantur quam alij. Ratio autem tacta eſt ſupra. xvij.*

m Cœpit contri. & mœ. eſſe. *hoc fuit ad oſtendendum ueritatem humanæ naturæ. Et quòd iſta triſticia fuerit maxima, ſubditur:*

n Triſtis eſt anima mea uſq; ad m. *& põt ly uſq; accipi dupliciter. Vno modo intenſiue, quia tãtũ intẽſa erat quantum poterat eſſe ut uiſum eſt. Alio modo extenſiue, quia durauit uſq; ad horam mortis.*

o Suſtinete hic & uigilate mecum. *tanquam amici ſpeciales, qui* ¶ *debent*

## MORALITER.

✱ ipſe denegat amando. Vbi moraliter inſtruimur, vt q̃tũ confidimus de fidei feruore, tñ timeamus de humana fragilitate, uñ tamen Petrus accuſabilis, quia contradixit, qm̃ alijs ſe prępoſuit di.

d *Et ſi. o. ſcan.* & tertio quoniam totum ſibi attribuit. ſ. quòd eſſet fortiter perſeueraturus. ut hoc igitur in eo ſanaret, permiſit fieri caſum eius, non impellens ad negandum, ſed eum ſibi deſerens, & humanam naturam de fragilitate conuincens.

g *Tunc ue Ie. cum il. in uil. quę di. Gethſe.* quæ interpretatur uallis pinguedinis. Remigius. Pulchre appropinquãs paſſioni in ualle pinguedinis oraſſe dr̃, ut demoſtraret, quod per uallẽ humilitatis & ꝑ pinguedinẽ charitatis mortem pro nobis ſuſcepit. Moraliter ẽt nos inſtruxit, ut non geſtemus cor aridum a pinguedine charitatis. Hom. 83. in c. 26. Mat. tom. 2.

k *Sedete hic do. uadam illuc & orem.* Chryſo. Cõſuetudo illi erat ſi ✱ ne diſci-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Si poſſibile eſt.* Hoc non pro timore, ſed pro miſericordia, ne E Iudæi qui excuſationē ignorantiæ non habēt, me occidāt. vñ ait: iſte. i. ppl̄i Iudæorū: nō ſimpl̄r calix. *Si poſſi. eſt.* ut ſine interitu Iudæorū credāt Gētiles, paſſionem recuſo. Sinautē: illi excæcādi ſunt, ut gentes intrent: fiat, nō mea, ſed tua uoluntas.

b *Non ſi. ego uo.* Au. Transfigurat in ſe ſuos, qui nihil aliud uult q̄ pater, ut ibi: Eſuriui & de. mi. man. Et, qd me perſequeris? Docet aūt eos priuatā uoluntatē corrigere, & dirigere iuxta diuinam. Amb. Hoiem, quem ueritate corporis demonſtrabat, ęquabat affectu, ut diceret: Sed nō ſicut ego uolo, ſed ſicut tu. Suſcepit uoluntatem meam, ſuſcepit triſticiam meam. Confidēter triſticiam nomino, qui crucem prædico.

c *Caro au.* Non de ſe vtiq; hoc dicit, ſed de his qui dixerunt ſe nunq̄ negaturos.

d *Iterum ſe.* Scđo orat. i. ſi non pōt Niniue ſaluari aliter, niſi aruerit cucurbita. i. populus Iudæorum, qui prius fuit eius tabernaculum, ut me occidat.

e *Orauit ter.* Tribus uicibus orauit, vt & nos a præteritis peccatis ueniā, & a pñtib. malis tutelam, & a futuris periculis cautelam oremus, & ut omnē orōnē ad patrē & filiū & ſpūſanctum dirigamus. Itē ſicut eſt trina tentatio cupiditatis, ita & timoris. Eſt n. concupiſcentia carnis, concupiſcētia oculorū & ambitio ſeculi. Eſt & timor mortis, & timor uilitatis et timor doloris, ꝯtra q̄ oīa docet nos debere muniri oratione. Vnde & pp trinam tentationem paſſionis, poteſt intelligi Dominus ter oraſſe.

f *Dormite.* Primo reuertens obiurgat, ſecundo ſilet, & tertio quieſcere iubet. Quia primo poſt reſurrectionem diffidentes reprehendit. Secūdo, miſſo ſpū gratuitos ad contuendam euangelii libertatem oculos uiſitauit. Tertio, claritatis ſuæ reditu ſecuræ quieti eos reſti F tuit. *Dormite iam & requi.* Huic uidetur repugnare quod connectit. *Ecce apropi.* Sed ſciendum poſt illa uerba ſiluiſſe Dominum, ut fieret quod promiſerat. Et poſt ſm Marcum intulit. Sufficit, ꝙ iam requieuiſtis. Addiditq; *Ecce ap. Surgite eamus.* Vltro nos offeramus: non timentes inueniant, ui confidētiā & gaudiū paſſuri uideant. Poſtq̄ in hortum Dñm cum diſcipulis ingreſſum dixit Iohannes, non commemorat quid illic egerit, donec traditor uenit.

g *Cum gla. & fu.* Factum congruit mutate mēti. Iā n. uenit cum fuſtib. qui q̄diu cum pace fuit, tranquillius ſe egit.

h *Dedit eis ſign.* Putabat ſigna, quæ uiderat, non diuinitus ſed magice facta: & quē in mōte trāsformatum audierat, timebat, ne tali modo nūc de manib. eorum laberetur, & ideo dabat ſignum.

i *Quemcunq; oſcu.* Habebat adhuc aliqd de uerecundia diſcipuli, cum nō eum palam tradidit perſecutionibu, ſed per ſignum oſculi.

k *Et o. e.* Suſcepit Dñs oſculū, nō ꝙ ſimulare nos doceat, ſed ne prodi-

Ep. ad Ioan. epi. 121. c. 4. tom. 2. Sup. 25. c. Act. 9. a. Contra Fauſt. Luc. li. 10. c. 22.

Triplici timore triplex concupiſcentia reprimitur.

Marc. 14. e

†Mar. 14. c Luc. 22. e

Ioan. 18. a

a ¶Vt humilitatem mentis habitu corporis oſtendat.

Et progreſſus puſillum † procidit in faciem ſuam orans & dicens: Pa-

a ¶Id eſt vt me non moriente mors moriatur.

ter mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me

a ¶Quaſi in ſe reuerſus hoc dicit.

calix iſte. Veruntamen non ſicut

a ¶Humano affectu. b ¶Docet humanæ voluntati voluntatem Dei præponi.

ego uolo, ſed ſicut tu. † Et uenit ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos

a ¶Præ uilitia ſomnum uincere non poſſunt. b ¶Quia præ cæteris erat glorfatus, præ cæteris erat increpandus.

dormientes, & dicit Petro: Sic, non potuiſti una hora uigilare mecum?

a ¶Non, ne tentemini, ſed ne tentatione ſuperemini.

Vigilate & orate, vt nōn intretis in

¶Ideo orandum. a ¶Ad confitendum.

tentationem. Spiritus quidē promptus eſt, caro autē infirmā. Iterum

a ¶Ad tolerandum. ¶Quia nondum induti uirtute exalto.

¶Similiter.

ſecundò abiit, & orauit dicens: Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire, * niſi bibam illum, fiat voluntas

¶Vicina iam negatione.

tua. Et uenit iterum, & inuenit eos

a Langueſcebant enim eorum oculi uicina negatione.

dormiētes. Erāt ěnim oculi eorum grauati: Et relictis illis, iterū abiit, & orauit tertio eundem ſermonem dicens. Tunc uenit ad diſcipulos ſuos, & dicit illis: Dormite † iam & re-

¶Interpoſito aliquo ſilentio ait.

quieſcite. Ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum: Surgite eamus: Ecce appropinquabit qui me tradet. † Adhuc eo loquēte, ecce Iudas unus de duodecim uenit, & cū eo turba multa cū gladiis & fuſtibus miſſi à principibus ſacerdotū & ſenioribus populi. Qui autē tradidit eū, dedit eis ſignū, dicens: Quemcūque oſculatus fuero ipſe eſt, tenete eum. Et confeſtim accedens ad Ie-

a ¶Impudens confidentia, magiſtrum uocare, & oſculum iungere ei quem tradidit.

ſum, dixit: Aue rabbi: Et oſcu-

tum uerbo Sequitur:

e Vigilate & ora. *i. ut non ſuperemini à tentatione de proximo imminente, ſicut fuerunt poſtea ſuperati.*

f Spiritus quidem. *ad dicendum ſ. q. eſtis parati pro me mori, vt patet ex præcedentibus.*

G

g Caro autem infir. *ad ſuſtinēdū imminētē tentationem. Hoc aūt dixit Chriſtus, quia apoſtoli dixerāt ex magno ſpiritu prius mortem ſubire quam ipſum negare, cuius tamen contrarium fecerunt impulſu carnali.*

h Iterum ſe. abijt. *Vbi iterat orationē oſtēdēs qđ oratio dēt eſſe cōtinua. Similiter iterat uiſitationē diſcipulorū ſuorū, quia opera charitatis debent eſſe coniuncta orationi.*

i Et relictis il. *Ter orationem replicat, ſicut ter fuerat tentatus, ut ſupra patuit iiij. ca. ut liberet nos primo a malis præteritis per ueniam. ſecundo, a præſentibus per tutelam. tertio a futuris per cautelam.*

k Tunc ue. ad diſci. ſu. *Ter diſcipulos uiſitat. ſicut ter orat. ratione prędicta.*

l Et di. il. *quaſi compatiens eis propter tentationem de proximo eis imminentem.*

m Dormite iam & requi. *q. d. parum poteritis hoc facere.*

n Ecce ap. *Hic tertio oſtenditur Chriſti deſiderium ad noſtram redemptionem, quia non ſolum proditorem cum turba uenientem expectauit, ſed ēt occurrit eis, ut habetur Ioh. xviij. & hoc eſt quod dicitur hic:* Ecce appropin. ho. *Poſtquam. n. dixerat diſcipulis ſuis:* Dormite iam & re. *vt dictum eſt, dimiſit eos aliquantulum quieſcere: poſtea cū ſciebat Iudam appropinquātē dixit eis: Sufficit. vt habetur Mar. xiiij. & tunc euigilauit eos dicens:* Ecce appr. ho.

o Surgite eamus. *obuiam. ſ. Iudę proditori.*

p Adhuc eo loqu. *Hæc eſt tertia pars principalis huius c. vbi deſcribitur ipſius Chriſti traditi comprehenſio: ubi tria deſcribuntur per ordinem. Primū eſt, ipſius Iudæ fraudulētia ſcđm, eſt Chriſti patientia, ibi: Et ecce unus. tertium, diſcipulorū ignauia, ibi: Tunc diſcipuli. Circa primum dicitur ſic.* Adhuc eo loquen. *ſ. Chriſto cum diſcipulis ſuis.*

H

q Ecce Iud. unus. *id eſt de principalibus Chriſti diſcipulis.*

r Venit & cum eo tur. mul. *Talē aūt turbam adduxit ne forte alij credentes in Chriſtum ipſum uellent eripere Sequitur:*

ſ Qui au. tra. eum, de. eis ſignum dicens. *Hoc autem fecit, ne loco Chriſti caperent Iacobum minorem, qui erat ſimilis Chriſto in facie, propter quod dicebatur ſpecialiter frater Domini: Sequitur.*

u Et oſ. eſt e. *In quo apparet maxima Xpi mānſuetudo, q nō negauit oſculū pditori ſuo.*

¶ Dixitque

† Marc. 14. d Luc. 22. e

†Mar. 14. d Luc. 22. d

† de cetero

MORALITER.

✱ ne diſcipulis orare. hoc aut faciebat erudiens nos in orationibus quietem cōſtituere, & ſolitudinem quærere.

b *Tranſeat a me calix iſte.* Hilarius. Pro his orat, qui poſt ſe paſſuri erant, di. *Tra. a me cal.* i. quomodo a me bibitur ita ab eis bibatur, ſine differentia ſpei, metuque mortis.

c *Verūta. non ſi. ego uo.* Leo papa. Hæc uox omnes fideles inſtruxit, omnes cōfeſſores accendit, omnes martyres coronauit. Nam mundi odia, tentationum turbines, perſecutores, errores quis poſſet ſuperare, niſi Chriſtus in omnib. & pro omnibus patri diceret. Fiat uoluntas tua?

f *Spiritus qui. prom. eſt caro au. infirma. Iterū ſe. abijt & orauit dicēs.* Hilarius. Itaque quantum de ardore fidei confidimus, tantum de carnis fragilitate timeamus.

n *Ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite eamus. Ecce appropinquabit qui me tradet.* Orig. Sed & nunc in manus peccatorum Ieſus traditur, quando hi qui uidētur in Chriſtum credere, habēt eum in manibus ſuis, cum ſint peccatores, ſed & quotieſcunque iuſtus habens in ſe Ieſum, in poteſtate traditur peccatorum.

t *Quemcunque oſculatus fuero. ipſe eſt, tenete eum. Et confeſtim. ac.* Hieronymus. Dic ſacerdos, dic clerice quomodo eiſdem labiis de oſcularis filium uirginis, quibus deoſculatus es filiam meretricis. O Iuda oſculo filium hominis tradis. *Et ecce unus.* Sequitur:

✱ Et per-

Hom. ad pop. 19.

Sacerdotes libidinoſe ſaltentes inculpantur. Cō. in Mat. lib. 4. c. 26. tom. 9. Pſal. 68. a

NICOLAVS DE LYRA.

¶ *debent in anguſtus amicis aſſiſtere.*

a Et progreſſus. *Hic oſtenditur Chriſti deſiderium ad noſtram redemptionem, quia per orationem offerebat ſpiritum Deo patri pro nobis: Quæ quidem oratio oſtenditur perfecta quia ſolitaria, cum dicitur:* Et progreſſus pu. *recedens aliquantulum a prædictis tribus apoſtolis, quia oratio eſt eleuatio mentis in Deum, quod melius fit, quando homo eſt ſequeſtratus ab alijs. Secūdo, quia humilis, quod notatur cum dicitur:* Procedit in faci. ſuam. *Tertio, quia deuota. cum dicit:* Pater mi. *Quarto, quia recta, quia noluit contraire prædeſtinationi diuinæ, quod notatur cum dicitur:*

b Si poſſi. eſt. *Sed voluntatem ſuam ſupponit uoluntati diuinæ di.*

c Veruntamen non ſicut ego. *Quinto, charitatiua, quia in agonia mortis poſit* dulciter ſuos diſcipulos uiſitabat: unde ſequitur:* Et u. ad d. ſ.

d Et dicit Pe. *Sic &c. q. d. non oſtendis tantum feruorem facto quantum*

Oratio quomodo & ubi fieri debeat



ne pditionē fugere videaī. vñ: Cū his qui oderūt pacē erā pa.

A a *Seruum prin. ſa.* Myſtice. Seruus, eſt eſt populus Iudæorum principibus ſacerdotum indebite mācipatus, q in Dñi paſſione dexterā aurem. i. ſpūalem intelligentiā pdidit, ſiniſtra. i. vilitate literę cōtentus, nō Petro tollēte, ſed diuino iudicio ablatam pādente. qua auris in his qui credere maluerunt, pietate Dei reſtituit. Vel auris amputata & ſanata ſignificat auditū ablata vetuſtate innouatū vt ſit in nouitate ſpūs, & non in vetuſtate literæ, quod cui datur, a Chriſto datur & regnare cū eo. Vñ bene Malchus dicitur, quod eſt rex vel regnaturus. Quod ſeruus inuentus eſt, pertinet ad vetuſtatem, quæ in ſeruitutē generat: ſed cū acceſſit ſanitas, figurata eſt libertas. Lucas addit, quod dominus tāgens aurem ſanauit: qui nec hoſtium pietatis obliuiſcitur.

b *Gladio per.* Gladio illo, quo igneus vertitur ante paradiſum. i. diuinæ vindictæ, & gladio ſpiritus. i. verbi Dei:

c *An pu.* q. d. non indigeo auxilio apoſtolorum duodecim, qui poſſum hře duodecim legiones angelorū, in quibus ſunt. lxxij. millia, quibus omnium gentium lingua exprimitur. Innuit autem non eſſe verendū, ſi cōtra Ieſum oēs nationes inſurgāt, cum multo fortiores ipſe habeat exercitus angelorū. Aliter. Hic numerus ſignificat oē genus hoīm cū Romano imperio cōtra Iudęos certaturū. Hi ſunt angeli Dei, qui poſt reſurrectionem anno quadrageſimoſecūdo, cum Tito & Veſpaſiano perdiderūt homicidas illos, & ciuitatem illorum ſuccenderunt.

d *Exiſtis cum gla.* Stultū eſt cū gladijs & fuſtibus quærere eū qui vltrò ſe tradit, & in nocte per proditorem inueſtigare quaſi latitantem, qui quotidie in B tēplo docebat. Sed in tenebris cōgregamini, qa ptās veſtra in tenebris eſt.

e *Tunc di. om. re.* Sicut Petrus, qui negationem lachrymis abluit, & confeſſione Dei funditus extirpauit, recuperationem eorum ſignificat, qui in martyrio labuntur. Ita cæteri qui fugerunt cautelam fugiendi docent eos qui minus idonei ſunt ferendis aduerſis: quibus tutius eſt latere, quàm ſe diſcrimini committere. Ita etiam adoleſcēs, q ſm Marcum relicta Syndone nudus profugit, illorū opus & animum deſignat, qui vt ſecuriores ſint, omnia, quæ in mundo habent abijciūt, & Deo potius famulari nudi q̄ hærendo mundi rebus, materiam tentandi & a Deo reuocandi dare didicerunt. Iuxta exemplum Ioſeph, qui relicto adulteræ pallio, maluit nudus Deo quàm indutus meretricis cupiditatibus ſeruire.

f *Ad Cai.* Conuenit nomen actioni. Caiphas. i. inueſtigator vel ſagax ad implendam. ſ. doli ſui nequitiam. Vel vomens ore, qa impudēs ad proferendū mēdaciū, & ad petēdū homicidiū.

g *Alon.* Merito a lōge, qui in proximo fuerat negaturus, ſignificat eccleſiam imitaturam paſſionem Chriſti longe differenter, quia eccleſia patitur pro ſe, ſed Chriſtus.

Deo fal-

Pſ. 119. a Myſtice

Mar. 14. f Luc. 22. f Ioan. 18. c Mar. 15. c Mar. 14. e

Mar. 14. f Luc. 22. f Ioan. 18. e

latus eſt eum. Dixitq; illi Ieſus: Ami

¶Ironice. ¶Vt ſupra: Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem.

ce, ad quid † veniſti? Tunc acceſſerunt, & manus iniecerūt in Ieſum,

¶Petrus eodem ardore mentis quo cætera zelatus ſicut Phinees.

& tenuerunt eum. † Et ecce vnus ex his, qui erant cum Ieſu, extendens manum exemit gladium ſuum, & percutiens ſeruum principis ſacerdotum, amputauit auriculam eius.

¶Ceſſet vindicta, exhibeatur patientia, vt patientiam noſtros doceamus, non vindictam.

Tunc ait illi Ieſus. † Conuerte gla-

a ¶Nam econtratio. ¶Si omnes, tunc & Iudæi.

dium tuum in locū ſuum. † Omnēs

a ¶Exercuerint vindictam, ipſa vindicta erit eis cauſa perditionis.

enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas, quia non poſſum rogare * patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quàm duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur ſcri-

a ¶Quibus eſt: Tanquam ouis ad occi. du. eſt &c.

pturæ? Quia ſic oportet fieri. In illa hora dixit Ieſus turbis: † Tanquam ad latronem exiſtis cum gladijs & fuſtibus comprehendere me: quotidie apud vos ſedebam docens in

a Promptum animum oſtendit ad patiendum, vt ſua paſſione afferat prophetarum dicta.

templo, & nō me tenuiſtis. Hōc autem totum factum eſt, vt adimple-

a ¶Tanquàm ouis ad oc. ductus eſt.

rētur ſcripturæ prophetarū † Tunc

¶Timorem mortis oſtendentes.

diſcipuli omnes relicto eo fugerūt. † At illi tenentes Ieſum duxerūt ad

a ¶Qui pontificatum illius anni precio ſibi acquiſierat ab Herode Romanorum principe, prius tamen ad Annam, vt Iohannes ait.

Cāipham principem ſacerdotum, ubi ſcribæ & ſeniores conuenerant.

a ¶In hoc diuerſus a cæteris. b ¶Hoc eſt deuotionis

† Pětrus autem ſequebatur eum

a ¶Hoc timoris naturę eſt: quod negat, obreptionis. eſt, quod pœnitet, fidei eſt.

a lōnge vſque ad atrium princi-

a ¶Per diſcipulum notum pontifici.

pis ſacerdotum. Et ingrěſſus in-

a ¶Expectans, vel amore diſcipuli, vel humana curioſitate.

trò ſedebāt cum miniſtris, ut ui-

f Extendens manū. ex. gla. ſu. *Habebat enim duos gladios, vt habetur Luc. xxij. d. quos credo fuiſſe duos cultellos magnos, quibus vſi fuerant in deciſione agni paſchalis.*

G

g Et per. ſer. prin. *quem tamen ſanauit Chriſtus tactu ſuo, vt habetur. Luc. xxij. & in hoc adimpleuit Chriſtus quod prædixerat. Benefacite his qui oderunt vos.*

Matt. 5. g

h Tūc ait. *prohibendo defenſionem armorum: Et ad hoc inducit multiplicem rationem Prima ratio tangitur ibi:*

k Oēs em̄ q̄ ac. gla. *gladiū. n. accipit qui eo vtitur ad vindictā ppria autoritate: & hoc eſt illicitū. gladio aūt vtitur ſibi tradito, q eo vtitur ad punitionem malorū zelo iuſticiæ ſicut principes q autoritatē habēt a Deo qa in hoc princeps miniſter Dei eſt, vt dicit Paulus apoſtolis, & ſimiliter miniſtri ad hoc a principibus cōſtituti. Secūdā rōnē aſſignat cū dicit.*

l An p. *q. d. p aliā viā poſſē euadere, ſi vellē.*

m Et exhibe. &c. le. an. *Legio aūt vna cōtinet ſex milia ſexcentos ſexagintaſex. Aduertendū tamen ꝙ Chriſtus nō dicit hoc pp hoc ꝙ indigeret auxilio angelorū ſed magis econuerſo ipſi indigent ſuo auxilio: ſed vt oſtendat quod pluribus modis poterat euadere. Tertiam rationem aſſignat cum dicit:*

n Qūo er. im. ſcri. *Scripturę enim diuinitus reuelatæ loquūtur expreſſe de paſſione Chriſti, vt patet Iſa. liij. & Dā. ix. & in pluribus alijs locis, quæ nō implerētur niſi Chriſtus pateretur, qđ eſt inconueniens, cū ſint deriuata a prima veritate. propter quod ſubditur:*

o Quia ſic op. fi. *quia ex quo aliquid eſt ſecundū prædeſtinationē a Deo prædictū, oportet illud impleri. Ibi eſt neceſſitas cōſequētiæ nō tamen cōſequentis: quia diuina prætordinatio non tollit contingentiam a rebus.*

p In il. ho. *Hic oſtēditur Chriſti patiētia verbo: qa nō impatiēter, ſed rōnabiliter alloquutus eſt turbam ipſum comprehendentem.*

q Tāq. ad la. ex. cū gla. & fu. cō. me. *q. d. ſine cā feciſtis hoc. cuius rationem aſſignat di.*

r Quotidie. *ideſt frequenter.*

s Apud vos. *i. in loco in quo habetis ptātē.*

D

t Sedebam. *pacifice & ſine armis. q. d. tunc potuiſtis me comprehendere. Sequitur.*

u Hoc au. to. fa. eſt, vt ad. ſcri. *p. qa ſcriptū erat de eo, quòd tractaretur ſicut malefactor & latro. Cum ſceleratis reputatus eſt.*

x Tunc diſci. *Hic deſcribitur diſcipulorum Chriſti ignauia. Primo omnium in generali cum dicitur:* Tunc diſcipuli omnes relicto eo. *ideſt Chriſto magiſtro ſuo.*

y Fugerunt. *timore perterriti, & dimiſerūt magiſtrum ſuum ſicut latronem deduci. propter quod ſequitur:*

z At illi te. Ie. du. eum ad Cai. *Licet. n. primo fuerit ductus ad Annam, vt dicitur. Iohā. xviij. tamen Mattheus de hoc non facit mētionem: quia non fuit ibi ductus niſi propter quandam reuerentiam: quia erat ſocer Caiphe, vt ibidem dicitur.*

a Vbi ſcribæ, *ideſt legiſperiti.*

b Et ſeniores. *ideſt iudices ordinarij, vt viſum eſt ſupra.*

c Conuenerant. *ad examinandum & iudicandum Chriſtum.*

d Petrus au. *Hic ponitur ignauia Petri in ſpeciali, cum dicitur quòd.*

e Sequebatur eum a lon. *quia timebat ne perciperetur eius eſſe diſcipulus. Sequitur.*

f Et ingreſſus intro. *Qualiter autem ingreſſus fuerit dicitur Ioh. xviij. ſcilicet per impetrationem alterius diſcipuli, qui erat notus pontifici.*

g Vt uideret finem. *Licet autem non auderet Chriſtum confiteri ſeu defendere, tamen volebat videre, quid finaliter fieret de eo.*

¶ Principes

Rom. 13. a †Mar. 14. e Luc. 22. e Ioan. 18. b 23. q. 1. ca. p mēbris. & q. 8. &c. ſecūdo & 24. q. 3. c. ſi Petrus. †23. q. 1. §. 1. & q. fin. §. 1. *modò

†Mar. 14. e Luc. 22. f

Eſaie. 53. d †Mar. 14. e

Sup. 15. e

NICOLAVS. DE LYRA.

¶ a Dixitque il. Ie. Amice. *q. d. tu oſtendis amicitiam ſigno, & agis proditionem de facto: quod patet ex hoc quod ſequitur:*

b Tunc acceſſerunt. *ſcilicet qui erant in comitiua Iudæ.*

c Et manus iniecerunt in Ie. *violentas quātum erat ex parte ipſorū.*

d Et tenuerunt eum. *quando enim voluit, tentus eſt, & non ante.*

e Et ecce vnus. *Hic deſcribitur ipſius Chriſti patientia: & hoc dupliciter. primo, facto. ſecundo, verbo, ibi: In illa hora. Patientia autem Chriſti facto oſtenditur in hoc, quòd diſcipulos ſuos prohibuit a defenſione eius. & hoc eſt quod dicitur:* Et ecce unus ex his qui erant cum Ieſu. *iſte fuit Petrus, vt habetur Iohan. xviij.*

Extendens.

MORALITER.

✱ g *Et per. ſer. prin. ſa.* Hiero. Populus Iudæorum ſeruus factus eſt impietatis & deuorationis ſacerdotum: dexteramque perdidit auriculam, vt literæ veritatem audiat in ſiniſtram.

i *Conuerte gla. tu. in lo. ſu.* Rabanus. Oportuit vt autor gratię fideles patientiam ſuo doceret exemplo, & potius ad ſuſtinendum aduerſa fortiter inſtrueret, quàm ad vindicandum prouocaret.

x *Tūc diſci. om. re. eo. fuge.* ſicut prędixerat eos ſcandalum paſſuros.

✱ Hic dixit

Cō. in Mat. lib. 4. c. 26. tom. 9.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Duo falſi teſtes &c.* Quia non eo ſenſu quo Dñs, qui dixit de templo corporis ſui: ſed in verbis quibuſdam additis uel mutatis quaſi iniuſtam calumniam faciunt. Dñs dixerat: Soluite templum hoc. Commutãt. Ego diſſoluam templum hoc manufactum. Vos inquit ſoluite non ego: quia non eſt licitum vt nobis mortem inferamus. Item dñs dixerat Et ego ſuſcitabo. quod de animali tẽplo dr. Illi inuertunt Aliud manu factum ædificabo, vt proprie de templo Iudaico dictum videatur.

Ioan. 2. d

Marc. 14. f b *Tu dixiſti.* Marcus, Ego ſum: qđ idẽ eſt: Et eſt ſimilis contra Pilatũ & Caipham reſponſio, vt a propria ſententia condemnentur.

Phili. 2. c c *Filium hominis.* Me in forma quam iudicatis exaltatum, & habentem nomen quod eſt ſuper omne nomen.

Ioan. 19. d Mat. 14. f Ioan. 2. d † per triduum. d *Scidit ve.* Furor qui fecit de ſolio ſurgere, facit & veſtem ſcindere magno myſterio cum veſtis Domini nec a militibus ſcindi potuerit. Significat enĩ ſacerdotium eorum pro ſceleribus põtificum eſſe penitus ſoluẽdum: Sed ſoliditas eccleſiæ (quæ veſtis Dei dr) vſq; in finẽ ſeculi indirupta manebit. Mos eſt Iudæorum cũ aliquid blaſphemiæ

Act. 14. b audiunt, ſcindunt veſtimenta. Quod Paulus & Barnabas fecerunt in Licaonia, cum dicti ſunt Iupiter & Apollo.

e *Tunc expue.* Sicut tunc conſputus eſt ſaliuis infidelium, ita nunc opprobriis exhonoratur falſorũ fideliũ, & colaphis i blaſphemiis eorundem cęditur.

f *Prophetiza.* Dicunt contumeliam ei,

†Mat. 14. f Luc. 22. g qui ſe prophetam haberi voluit a populis. Velauerunt enim faciem eius ſecundum Marcum, non vt eorum ſcelera nõ videat, ſed vt a ſeipſis gratiam cognitionis eius abſcondant. Sicut velum fuit ſuper faciem Moyſi, quod vſque hodie manet.

*Vna*

†Ma. 14. g Luc. 22. g

G

a ¶Quid iudicaret pontifex de Ieſu.

dèret finem. † Principes autẽ ſacerdotum & omne conſilium quærebant falſum teſtimonium contra Ie-

a ¶Quia non erant vt Marcus ait, conuenientia teſtimonia.

ſum, ut eum morti traderẽt. Et nõn inueneruñt, cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſſime autem venerunt duo falſi teſtes, & dixerũt: Hic dixit: † Poſſum deſtruere templum Dei, & † poſt triduum reædificare il-

a ¶Motu corporis indicat inſaniam mentis.
b ¶Iratus: quia non inueniebat calumniæ locum.

lud. Et ſurgens princeps ſacerdotũ, ait illi: Nihil reſpondes ad ea, quæ iſti aduerſum te teſtificantur? Ieſus

a ¶Sciens vt Deus, quidquid reſpondiſſet torquendum in calumniam.

autem tacebat. Et princeps ſacerdotum ait illi: Adiuro te per Deum uiuũ, ut dicas nobis ſi tu es Chriſtus

a ¶Did. iſti in lege.

filius Dei. Dicit illi Ieſus: Tu dixiſti.

a ¶Quamuis vt hominem condemnatis, tamen dico.

† Veruntamen dico vobis, amodò videbitis filium hominis ſedentem

a ¶Ad iudicium in nube, vel mirabiliter operantem in ſanctis.

à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. † Tunc princeps ſacerdotum ſcidit veſtimenta ſua, dicens: Blaſphemauit. Quid adhuc egemus teſtibus? Ecce nunc audiſtis blaſphemiam. * Quid uobis uidetur? At illi reſpondentes, dixerunt:

a ¶Quia cum blaſphemum putauerunt, ideo morti addixerunt. b ¶Significat eos qui gratię eius pręſentiam reſpuunt.

Reus eſt mortis. † Tunc expuerunt

a ¶Colaphis cędunt, qui honores ſuos præferunt.

in faciẽ eius, & colaphis eũ cæcide-

a ¶Significat eos qui eum veniſſe negant, tanquam pręſentiam eius a ſe repellentes.
¶Alias alapas.

rũt. Alij autem palmas in faciẽ eius dederunt, dicentes: Prophetiza nobis Chriſte: Quis eſt qui te per-

a ¶Non appropinquabat Ieſu, ne miniſtris aliqua ſuſpicio oriretur.

cuſſit? Petrus verò ſedebat foris,

F

## NIC. DE LYRA.

¶ a Principes. *Hæc eſt quarta pars principalis huius ca. in qua deſcribitur ipſius Chriſti apprehenſi illuſio, vbi quatuor tanguntur per ordinem. Primum eſt eius accuſatio maligna per falſos teſtes, ſecundum, accuſati iniuſta condemnatio per malos iudices, ibi: Et ſurgens. tertium, condemnati vituperatio per malignos apparitores, ibi: Tunc expuerunt. quartum Petri negatio per tres vices, ibi: Petrus autem ſedebat. Circa primum dicitur ſic:* Principes autem ſacerdotum. *quia verum non poterant inuenire.*

*Eius

*Mat. 14. e Luc. 22. g

b Vt eum mor. *per Pilatum præſidem, quia ipſi non habebant altam iuſticiam.*

c Et non inue. *vnde poſſent eum accuſare tanquàm dignum morte coram Pilato.*

d Cum multi falſi. *ad id quod dictum eſt procurandum.*

e Nouiſſime autem venerunt. *Sed quæritur quomodo iſti dicuntur falſi teſtes quia ſcribitur quòd Chriſtus dixit Iudæis. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. quod videtur idem eſſe cum eo, quod hic dicitur. Dicendum, quòd illa verba quæ dixit Chriſtus. Iohan. ij. intelliguntur de templo corporis ſui, vt ibidem dicitur, & hoc ſonant verba ibidem poſita, quia dixit ibi: Soluite templum hoc, non præcipiendo eis, ſed prædicendo eis quid eſſent facturi diſſoluendo corpus eius: quod erat templum ſpirituale Dei. vnde ſenſus eſt: Soluite id eſt ſoluetis corpus meum per mortem, quam mihi inferetis. vnde ſequitur ibidem: Et in tribus diebus excitabo illud. Excitare enim eſt a ſomno mortis reuocare: quod non competit templo materiali, ſed templo ſpirituali. ſcilicet ſuo corpori. Iſti autem teſtes loquebantur ac ſi de templo materiali Chriſtus intellexiſſet, cum dicebat: in tribus diebus reædificabo illud, quia reædificare proprie reſpicit templum materiale. Item, Non dixit deſtruam, vel poſſum deſtruere, vt ipſi imponunt. ſed dicit: Soluite, id eſt ſoluetis mihi mortem inferendo: prædicens mortem ſuam & reſurrectionem, vt patet ex prædictis. Et ſic patet, quòd iſti teſtes mutauerunt verba eius & ſententiam: in quo apparet falſitas eorum. Dato etiam, quòd bene repetiſſent verba eius & ſententiam, tamen poſſint dici falſi teſtes alia ratione, ſcilicet ex falſa intentione, quia intendebant procurare mortem innocentis.*

Ioan. 2. d

g Et ſurgens princeps ſacerdotum. *Hic conſequenter oſtenditur qualiter Chriſtus condemnatus eſt per malos iudices. Dicit ergo ſic:* Et ſurgens princeps ſacer. *Ex impatientia ſurrexit de tribunali, quia non inueniebat vnde poſſet iuſte Chriſtus condemnari.*

h Ait illi. Nihil reſpondes ad ea, quæ iſti aduerſum te. *quia ea, quæ contra Chriſtum dicebantur, erant falſa, & reſponſione indigna, ideo nolebat reſpondere. Item, quia volebat adimplere illud, quod de ipſo ſcriptum erat. Quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperuit os ſuum. Sequitur:*

Iſaie 53. †Mar. 14. Luc. 22. Mat. 15.

k Adiuro te per Deum viuum, vt di. no. ſi tu. *Ad hoc autem reſpondet Chriſtus propter reuerentiam diuini nominis inuocati dicens:*

l Tu dixiſti. *ſupple veritatem, quod patet ex ſequentibus.*

m Veruntamen dico vobis, amodo uidebitis filium hominis ſedentem a dexteris virtutis Dei, & venientem. *quia in iudicio extremo ſic videbitur ab illis, qui eum iniuſte condemnauerunt. Dicit igitur amodo, quia à tempore ſuę paſſionis eum vlterius non viderunt.*

n Tunc princeps ſacerdotum ſcidit veſtimenta ſua. *Iſte erat mos Iudæorum, ſcindere veſtimenta in ſignum doloris, quando audiebãt blaſphemiam diuini nominis. Hoc autem imponebat princeps ſacerdotum Chriſto. propter quod ſubditur.*

o Blaſphemauit. Quid adhuc egemus teſtibus? Ecce nunc audiſtis blaſphemiam. Quid uobis uidetur? At illi reſponden. *propter quod ipſe & alij aſſiſtentes iudicauerunt eum dignum morte cum tamen diceret veritatem, vt patet multipliciter ex prædictis in hoc euangelio.*

p Tunc expuerunt in faciem. *Hic conſequenter oſtenditur qualiter Chriſtus fuit turpiter vituperatus per malignos apparitores & hoc dupliciter. Primo facto, cum dicit* Expuerunt in faciem eius. *tanquã in hominem peſtiferum & dignum morte. Mos enim erat Iudæorum ſuper tales ſpuere in contemptum.*

H

q Et colaphis eum ceciderunt. *ſine cauſa percutiendo & vituperando eum. Secundò, verbo dicentes.*

r Prophetiza nobis Chriſte. Quis eſt qui te percuſſit? *quaſi dicat, tu falſus propheta.*

s Petrus vero ſedebat foris in atrio. *Hic oſtenditur qualiter Chriſtus fuit negatus a ſuo diſcipulo per tres vices. Primo ſimplici verbo. ſecundo cum iuramento tertiò, per deteſtationem cum iuramento, id eſt per execrationem, quod eſt, quando aliquis non ſolum iurat per Deum, ſed etiam imprecatur ſibimet aliquod malum, niſi id, quod dicit, ſit verum. Dicit igitur:* Petrus verò ſedebat foris in atrio. *Non enim Petrus erat ſimpliciter extra domum, vt iam dictum eſt, ſed erat extra locum, vbi Chriſtus illudebatur in quodam atrio, in quo erat ignis accenſus in medio, ſecundum quòd dicitur, Lucæ. xxij.*

¶ Et acceſſit

## MORALITER.

* f *Hic dixit: poſſum deſtruere templum Dei, & poſt triduum reædificare illud.* Hieronymus. Falſus teſtis eſt qui non eodem ſenſu dicta proponit: Saluator dixerat: Soluite templum hoc. Iſti commutant & aiunt: *Poſſum deſtruere templum Dei.* Item dixerat: & excitabo illud, quod eſt uiuentis corporis, & non lapidei.

Vbi ſup.

i *Ieſus autem tacebat. Et princeps ſacerdotum ait illi.* Auguſtinus. Ex hoc autem loco diſcimus calumniantium & falſorum teſtium voces, vt nec reſponſione dignas habeamus, maxime vbi maius eſt libere fortiterque ſuſtinere, quàm defendere ſine vllo profectu.

p *Tunc expuerunt in faciem eius & colaphis eum.* Auguſtinus. Per hoc ſignificauit eos, qui præſentiam gratiæ eius reſpuunt: Et tanquam colaphis eum cædunt, qui ei ſuos honores præferunt. Et palmas in faciem eius dant, qui ſuperbia cæcati eum non veniſſe affirmant.

Vbi ſup.

Et

* *At ille nega-*



a *Vna ancilla.* Cur prima ancilla prodit, cum uiri magis poterant cognoſcere: niſi ut iſte ſexus oñdatur in necem Domini peccaſſe, & p paſſionẽ redemptus? Et iõ, mulier prima reſurrectionis myſteriũ accepit: & mãdata cuſtodiuit, ut ueterẽ p̃uaricationis adoleret errorẽ. Sicut p fœminã hoſtis antiquus primum parentem ſeduxit, ita per mulierem ad magiſtrum negandum quẽ Chriſtum filium Dei confeſſus fuerat, principem eccleſiæ compellit.

A

Mar. 14. g b *Exeunte au.* Hic Marcus adimplet q̃ iſte breuitatis cauſa omiſit. Exijt (inquit) foras ante atriũ, & gallus cantauit, quo reuerſo, in atrio fit negatio. *Exeunte au.* In hac ſecunda negatione a duob. cõpellit. Ab ancilla ut ait Mattheus & Marc⁹. Et ab alio ut ait Lucas dicens: Et poſt puſillum ait alius: Et tu de illis es. In hoc puſillo exiit, & reuerſus ſtans ad focum, ut Io-

Luc. 22. f hãnes ait: Iterum negat *Exeunte au. illo.* i. cum exiret, hoc eſt cum exurgeret ut exiret, animaduertit eũ ancilla, & dixit his q circa ignẽ erant: Quibus rediens iurat petrus. *Non noui ho.* i. non ſum eius diſcipulus, in quo & ipsũ Xp̃m negauit. Nota, primũ ait: Neſcio qđ dicis. Scđo, cum iuramento negauit. Tertio, cepit deteſtari & iurare, quia nõ nouiſſet hominem, quia perſeuerare in peccato dat incre-

Myſticè mentum ſcelerum, & qui minima ſpernit, cadit in maiora.

c *Non noui ho.* Quod noxia prauorũ colloquia, quæ cogunt Petrũ negare Chriſtum, uel hominem ſe noſſe, quem confeſſus eſt inter diſcipulos Dei filium?

Ioan. 18. c Luc. 22. f d *Qui ſta.* Iohannes & Lucas vnum dicũt cognatum Malchi. Sed uel eſt plurale pro ſingulari. Vel unus erat, qui eum uiderat & pręcipue dicebat, quem ſecuti cæteri ſimul arguebant.

in atrio. Et acceſſit ad eũ una ancilla, dicẽs: † Et tu cum Ieſu Gali-

a ¶Quia manifeſtare ſe expauit, qui adhuc nolebat mori.

lęo eras. At ille negauit corã oĩbus, dicẽs: Neſcio quid dicis. Exeunte aũt illo † ianuã, uidit eum

¶Cum quibus calefaciebat ſe Petrus.

alia ancilla: et ait his, qui erãt ibi: Et hic erat cũ Ieſu Nazareno. Et

a ¶Ab illis inquiſitus quibus ancilla propalauerat.

iterũ negauit cũ iuramẽto, quia

a ¶Lucas ait, quaſi facto interuallo unius horæ.

non noui hoĩem. Et poſt puſillũ acceſſerunt qui ſtabãt, & dixerunt Petro: Vere & tu ex illis es:

¶Ieroſolymitæ & Galilæi ęque ſunt Hebræi unius linguæ, ſed quæque prouincia habet ſuum ſonum.

† Nã et loquela tua manifeſtum te facit. Tũc cępit deteſtari et † iurare, quia nõ nouiſſet hoĩem. Et cõtinuò gallus cãtauit. † Et recor-

a ¶Reſpiciente ſe Domino.

datus eſt Petrus uerbi Ieſu, qđ dixerat: priuſquã gallus cantet: ter

a ¶Vt haberet locum flendi.

me negabis. Et egreſſus foras, fleuit amare.

e *Et continuo gal. can.* Poſt tertiam negationem ſequitur gallicantus, Sacra rerum, per ſtatum temporũ deſignant. Media nocte negat, in gallicantu pœnitet, poſt reſurrectionem ſub luce, quem ter negauerat, ter ſe amare profeſſus eſt: Quia qđ in tenebris obliuionis errauit, ſperatę iam lucis rememoratione correxit, & eiuſdem vere lucis pñtia plene quidquid nutauerat erexit. Myſtice. Gallus aliquis doctor eſt, qui ſomnolẽtos increpans ait. Euigilate iuſti & nolite peccare. Quod Petrus ante primum gallicantum negat, eos ſigñat qui Chriſtũ ante reſurrectionem Deum non putauerunt eſſe morte eius turbati. Quòd bis ante ſecundum gallicantum negat, illos ſigñat, q nunc in illo ſecundum hominem uel ſcđm Deum in vtraq; ſubſtãtia errãt, & iõ ueritatẽ negãt. Primus gallicãtus, eſt Dñi reſurrectio in ſeipſo. Scđs, eſt eiuſdẽ in corpe eccłiæ.

B

Luc. 22. g f *Recordatus eſt.* In alio euangelio dicitur. Reſpexit Dominus Petrum, & intuitu prouocauit ad lachrymas: quaſi in mẽtem ei reducens quotiens negauerat, & quod ei prędixerat nec potuit in tenebris permanere, quem lux mundi reſpexit,

g *Et egr.* Ab impiorũ cõſilio ſecluſus culpã lauat, qđ non intus. Ob hoc hæſitare permiſſus eſt, ut in eccłiæ principe remedium pñiæ cõderet, & nemo auderet de ſua uirtute cõfidere.

## NICOLAVS DE LYRA.

Euangeliſtæ non concordant de negationibus Petri. ¶ a Et acceſſit ad eum una ancilla. *De iſtis negationibus Petri uidentur euangeliſtæ diuerſimode ſcribere maxime de ſecunda & tertia: quia de ſecunda dicitur hic, quòd fuit ad uocem ancillæ. Lucas autem dicit, quòd fuit ad vocem hominis. Iohannes autem dicit quòd fuit ad uocem plurium. Similiter de tertia dicit Iohannes, quòd fuit ad uocem unius, qui erat cognatus illius, cuius Petrus abſcidit auriculam. Matthæus autem hic dicit, quòd fuit ad uocem illorum qui aſtabant. Dicendum igitur quòd principalis intentio euangeliſtarum erat negationẽ trinam Petri exprimere: & in hoc conueniunt omnes euangeliſtę. Exprimere autem perſonas accuſantes Petrum, non erat principalis intentio eorum, ſed tantum ex accidenti. Tamen non cõtrariantur in hoc: quia ueriſimile, q̃ multi ad illa uerba concurrebant circa Petrum: & conſimilia uerba proferebant ipſum accuſando: & ſic unus euangeliſta unam perſonam nominat: alius aliam: unam uel plures: nec eſt ibi falſitas ratione dicta. Videtur autem ſecundum ueritatem hiſtoriæ, quòd prima negatio ſit facta ad vocem oſtiariæ principaliter. Secunda ad uocem illorum qui ſtabant ad ignem, fuerunt tamen excitati ab alia ancilla. propter quod Matthæus illam exprimit hic, & de alij tacet. Quòd autem hic dicitur quòd facta eſt Petro exeunte ianuam, intelligendum eſt ſic, id eſt ſe diſponente ad exitum: quia adhuc erat prope ignem, ut dicit Iohannes: ſed timens ne perciperetur, volebat exire. Tertia autem negatio facta eſt multis eum accuſantibus, inter quos principalis erat cognatus illius cuius Petrus abſcidit auriculam. propter quod exprimit illum Iohannes de alijs tacendo. His dictis litera patet uſque ad illum locum:*

C

c Nam & loquela &c. *licet enim lingua Hebræa ſit una, tamen aliquo modo variabatur ſecundum diuerſitatem prouinciarum, & ideo illi de Galilæa aliter loquebantur aliquo modo quam illi qui erant de Ieruſalem. ſicut lingua gallica eſt una & tamen aliter loquuntur illi qui ſunt de Picardia, quam illi qui habitant Pariſius: & per talem uarietatem poteſt percipi, vnde aliquis ſit oriundus. Sequitur:*

†Ma. 14. g Luc. 22. f Ioan. 18. c

p Tunc cœpit de. &c. *In hoc ſignificatur iuramentum per execrationem.*

e Et re. eſt. Pe. *Dominus. n. reſpexit Petrum, ut dicitur Luc. xxij. Et ex hoc Petrus recordatus eſt de verbo Chriſti, quòd dixerat eum negaturũ & ad pñiam reductus eſt, vnde ſequitur:*

†in ueſtibulum,

f Et egreſ. foras, &c. *Et extunc Petrus traxit in conſuetudinem, vt à primo gallorum cantu uſq; ad horam matutinam ſtaret in oratione flens pro iſta negatione, vt habetur in Itinerario Clementis.*

## MORALITER.

* b *At ille ne. &c.* Rab. In hac autẽ negatione Petri diſcimus, non ſolũ negare Chriſtum, qui dicit eum Chriſtum non eſſe, ſed qui cum ſit, ſe negat eſſe Chriſtianum.

†23. q. 4. c. actione. †exprobrare.

In c. xxvj. ubi dicitur in poſti. Prima autem die azymorum &c. Iſta dies fuit feria quinta.

†Ma. 14. g Luc. 21. g

## ADDITIO.

*Ad declarationem temporis cœnę Domini, circa quod non ſolum inter græcos & latinos ſed ẽt inter ſanctos doctores diuerſitas non modica inuenitur, olim quandã formaui quæſtionem, quam in hoc loco ſuperaddere decreui, cuius tenor talis eſt. Vtrum quinta feria, in qua Chriſtus cum diſcipulis paſcha manducauit, fuit xiiij. luna primi menſis, in qua agnus paſchalis ſecundum legem immolari debuit. Et uidetur primo quòd ſic. legitur quòd prima die azymorum acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes. Vbi uis pare. tibi paſ. &c. Sed prima dies azymorum. Vel eſt. xiiij. luna in cuius ſecundis veſperis immolatur agnus qui cum azymis comedebatur. Vel. xv. luna quæ erat prima dies ſolemnitatis azymorum. Sed in propoſito non eſt. xv. luna. Nã ſi ſic nec Chriſtus paſcha comediſſet in tempore debito, nec in tempore à lege præfigurato fuiſſet paſſus: quorum vtrunque eſt valde inconueniens in propoſito. patet conſequentia, quia ſic comediſſet paſcha in xv. & fuiſſet paſſus in xvi. ergo prima die azymorum prædicta eſt xiiij. luna. Præterea Marc. xiiij. Prima die azymorum quando paſcha immolatur, dicunt ei diſcipuli &c. vbi expreſſè habetur, quòd in †propria die immolationis agni Chriſtus paſcha comedit, quod eſt propoſitum, nam illa ſolum eſt quartadecima. Præterea Luce xxij. a. Venit autem dies azymorum in qua neceſſe erat occidi paſcha & miſit Petrum, & Iohannem &c. ſed nulla dies eſt, in qua neceſſe ſit occidi paſcha, niſi quartadecima luna. vt patet Exod. xij. & Num. ix. & in aliis quamplurimis locis. ergo propoſitum. Idem patet per Chriſoſto ſuper Matthæum, dicentem, quòd vſque ad vltimum diem non fuit Chriſtus contrarius legi: Quod fuiſſet ſi paſcha comediſſet non tempore debito ſecundum legem. Idem patet per Hieronymum dicentem expreſſe, quòd Chriſtus cænam fecit quartadecima. Sed ad oppoſitum arguitur ſic: Sexta feria in qua Chriſtus fuit Paſſus erat luna. xiiii. ergo feria quinta immediate præcedens erat luna. xiij. Conſequentia patet de ſe, & antecedens habetur Ioha. xviii. vbi dicitur, quòd Iudæi non introierunt prætorium Pilati ut non contaminarentur, ſed manducarent paſcha. Sed cum paſcha manducari non poſſit legitime, niſi. xiiii. luna ſcilicet ſecundis veſperis, vt Exo. xij. ergo dies paſſionis Chriſti fuit. xiiij. luna quod fuit aſſumptum. Nec conſonum videtur, quòd manducare paſcha in loco euangelij allegato intelligatur de cibus paſchalibus ſcilicet de azymis, prout videtur ſentire Chriſo. quem ſequi. S. Th. & etiam aliqui moderni gloſſatores. Tum quia licet paſcha cum azymis habebat comedi: nuſquam tamẽ legitur quòd azyma nec agreſtia dicantur paſcha nec econtra: Tum quia azyma poterant comedi etiam ab immundis: cuius contrarium non legitur in aliquo loco ubi agatur de hac materia in ſacra ſcriptura: Quod etiam conſuetudo Hebræorum hodierna teſtatur: quia licet profitentur ſe eſſe immundos & cõtaminatos iſto tempore (cum caueant legitima aſperſione cineris vitulæ ruſæ de qua Nume. xix.) comedunt tamen hodie azyma & agreſtia in paſchatis tempore, non curantes de contaminatione. Item Iohann. xix. expreſſe dicit: Erat autem para. paſchæ &c. Cum enim paraſceue alicuius feſti idem eſt, quod præparatio ad illam diem & non dicit paraſceue ſabbati. ſed paſchæ: manifeſtè oſtendit, quòd in illa*

Quomodo notabilis

D

1. Arg. ad par. affir. Matt. 16. b

2. Arg.

†prima

3. Arg.

4. Arg. Hom. 82. ex ca. 26. part princ. to. 2.

5. Arg.

In oppoſitũ. 1. Arg. ad par. neg.

Vbi ſup.

Num. 19. a 2. Arg. Ioan. 19. c

3. Arg



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E in illa die paſcha ſerabatur, quòd propoſitum. Itē ſi ſexta fer. in qua eſt Chriſtus paſſus fuiſſet. xv. ſeq̃retur, quòd res non correſponderēt propria figuræ, quod eſt ualde inconueniens in hac materia. Nam cum agnus Num. 9.e Vbi ſupra paſchalis nihil aliud figurabat niſi paſſionem Chriſti, ad cuius agni immolationem ſola. xiiij. luna erat tempus determinatum, intantum quòd impediti à comeſtione agni propter euentum contaminationis, non poterant defectum ſupplere in. xv. ſequenti, nec in alia quacunque, ſed in. xiiij. luna menſis ſecundi, ut habetur Nu. ix. ergo nullo modo dicendum uidetur, quòd res principaliter figurata eſſet in. xv. luna. unde & idem Chryſ. expreſſe dicit, Chriſtum reſeruaſſe ſuam occiſionem ſextæ feriæ, quando uetus paſcha fiebat. Nec uidetur rationi conſonum, quod Remigius & alij doctores dicunt, ſcilicet quòd Chriſtus fuit ligatus & tentus in. xiiij. in ueſperis, & quòd tunc incæperunt paſſionis exordia. Nam immolatio Chriſti propria non fuit niſi in ara crucis. ut communis doctrina eccleſiæ teſtatur. 4. Arg. Item feria ſexta, in qua Chriſtus fuit paſſus, non fuit celebris nec ſolemnis in obſeruantia Hebræorum. ergo non fuit. xv. Exo. 12.c luna menſis primi, conſequentia patet. nam Exo. xij. de eadem die. ſ. xv. legitur: Dies prima erit ſancta ac ſolemnis, nihil operis facietis in ea, exceptis his, quæ ad ueſcendum pertinent. Ex quibus uerbis manifeſte dicitur, quòd quicquid operis prohibetur in ſabbato, eſt prohibitum in. xv. luna primi menſis, exceptis his, quæ ad ueſcendum pertinent. Sed aſſumptum probatur, nam multa fecerunt Hebræi in eadem ſexta feria, quæ nullo modo licebant fieri in ſabbato, nec in tali ſolennitate, uidelicet accuſare, flagellare, teſtes præſentare, examinare & ſententiam diffinitiuam ferre, quæ omnia exercuerunt circa perſonam Chriſti, ut euangeliſtæ teſtantur. Quæ quidem iudicialia etiam apud nos in ſolēnibus diebus feſtiuis ſunt illicita, multo magis apud eos qui nimis literalizant. Item Mat. 15.g Ier. 17.e angariauerunt patrem Alexandri & Rufi. quod eſt manifeſte prohibitū in diebus feſtiuis, præſertim extra ciuitatem, Iere. xvij. quod licet de ſabbato dicat, idem tamen eſt de prima die ſolēnitatis paſchalis, ut dictum eſt. Nec eſt dicendum, quòd hoc commiſiſſent ex odio Chriſti. nam ipſi tenebantur iuſtificare facta ſua: & per legem Moſaicam ea reuelare, dicentes. Nos legem habe. &c. Præterea ueritas aſſumpti patet expreſſe in ſepultura Chriſti. Fuit enim ſepultus per Ioſeph ab Arimathia & Nicodemum qui iuſti erant, & nullo modo quod non liceret in tempore ſolenni, feciſſent. unde ſuper illud Ioh. xix. ibi: Propter paraſceuæ Iudæo- Exp. in euāge. Io. tract. 120. c. 19. rum, quia iuxta erat monumentum &c. Aug. Acceleratam uult intelligi ſepulturam ne aduesperaret, quoniam iam facere aliquid non liceret. Inf. 10. 9. Luc. 23.g Sed conſtat, quòd ſi feria ſexta fuiſſet. xv. luna, ſic erat illicitum in eadem ſepelire ſicut erat in ſabbato, hoc idem patet, quia dies erat paraſceue, & ſabbatum illuceſcebat. Ex quo uidetur, quòd ſepultura illa licita erat in ſexta feria, non tamen in die ſabbati. Ex quo patet quòd feria F ſexta illa non erat prima dies ſolennitatis paſchalis apud Hebræos, quod fuit aſſumptum &c. Nec ualet dicere, quòd Ioſeph ab Arimathia ex deuotione Chriſti feſtum uiolaſſet pro eius ſepultura. Nam de Magdalena, quæ Chriſtum feruentius diligebat, & de cæteris mulieribus ip- Marc. 16.a ſum ſequentibus legitur. Et cum tranſiſſet ſabbatum emerunt aromata, ubi manifeſte apparet, quòd ab emptione aromatum pro ſepultura Domini pertinentium, (quod eſt ualde leuius opus quam ſepultura) mulie- Tom. 9. res deuotæ propter obſeruantiam ſabbati abſtinuerunt. Idem Hiero. ſuper illud Mat. xxviij. Venit Maria Magdalena &c. Sepulto namq; feria ſexta Domino mulieres præparauerunt aromata & unguenta, quandiu licuit operari. ſ. vſq; ad ſolis occaſum. Sabbato ſiluerunt ideſt quieue- Vbi ſup. runt ab operando ſecundum legis mandatum, ut Lucas ait. Hæc Hiero. Ioan. 19.f Ex quo ſequitur quòd feria ſexta illa non erat celebris ſolennitas azimorum. Nam ſi ſic omnia prædicta fuiſſent illicita, ſicut in ſabbato, ut 5. Arg. dictum eſt. Præterea, erat dies illa magna dies ſabbati. ergo in illa die ſabbati concurrebant duæ feſtiuitates. ſ. ſabbatina & paſchalis, & per conſequens dies ſabbati erat. xv. luna apud eos. conſequentia patet, quia tota celebritas hebdomadę azimorum erat ſolum in prima die & Leuit. 23. a In euangel. Io c. 19. r. 5 xvij. ut patet Leuit. xxiij. Concordat Beda dicens: Erat magna dies illa ſabbati. i. propter ſolennitatem paſchalem. Ad cuius difficultatis declarationem aliqua ſunt circa feſtiuitates legis antiquæ præſupponenda, Declarātur aliqua circa difficultatē quorum quædam ſumuntur ex ſacra ſcriptura, uel in ea habent aliquod fundamentum. quædam ex regulis kalendarij hebræorum apud eos diuulgatis, & uſq; in hodiernum diem infallibiliter obſeruatis. Primum præſupponendum eſt, quòd dies naturalis apud hebræos incipit ab occaſu ſolis diei ſabbati, & terminatur in occaſum ſolis diei dominicę. & ſic de alijs. Et ſic intelligitur illud: A ueſpera vſq; ad ueſperam celebrabi- Leuit. 23.a tis ſabbata ueſtra. Secundum eſt, quòd menſis apud eos, eſt lunaris, & † xxix. † certis. perficitur ex †. xxx. diebus & xij. horis naturalibus & duabus tertijs unius horæ cum † tribus minutis, quę quidem computatio cōcordat cum Ptolomæo & alijs aſtronomis ſecundum curſum medium lunæ qui eſt inuariabilis. Tertium eſt, quòd annus hebraicus incipit a kalendis ſeu Exo. 12.a Exo. 13.a nouilunio, quod eſt prope æquinoctium uernale. Vnde Menſis iſte uobis principium menſium primus erit in menſibus anni. Et infra. Hodie ingredimini in menſe nouarum frugum. Quartum, quòd omnia feſta Hebræorum præter ſabbatum exordium computationis, & per conſequens mobilitatem per diuerſas ferias hebdomadæ ſumunt à neomenia primi menſis prædicti. Verbi gratia. Sit prædicta neomenia in quinta feria, tunc dies ſolennitatis azymorum erit ſimiliter quinta feria: quia in xv. luna eſt dies immolationis agni ſolennitatis paſchalis iuxta illud. Num. 28. d Numerabitis ergo ab altero die ſabbati &c. ſeptem hebdomadas plenas, & feſtum tubarum erit in die ſabbati. Nam ſex menſes lunares, qui

computabantur à neomenia primi menſis uſq; ad neomeniam ſepti- G mi ſunt centum. lxx. & ſeptem dies integri, qui reuoluti per hebdomadas in ſexta feria finiuntur, & ſic neomenia menſis ſeptimi ſequentis erit in ſabbato. Conſequenter feſtum expiationis erit feria ſecunda, nam eſt in decima die à feſto tubarum. Conſequenter feſtum ſcenophegię ſeu tabernaculorum erit in ſabbato, quia in. xv. feſto tubarum & ſic de ſimilibus, quæ omnia Leuit. xxiij. & in alijs locis habentur. Quintum eſt, quòd in quacunque die coniunctio luminarium ſecundum medium curſum ſupradictum prope æquinoctium uernale occurrerit, in eadem die eſt kalenda ſeu neomenia menſis primi prædicta, niſi in certis caſibus, in quibus repellenda eſt ſeu transferenda ad ſequētem diem, & quandoque ad ſubſequentem. Qui quidem caſus duo ſunt. Primus: quando talis coniunctio tranſcendit. xviij. horam eiuſdem diei in qua eſt. Cuius repulſionis ratio eſt, quia tunc magis declinat talis coniunctio ad diem ſequentem quam ad illam in qua eſt, cum iam tranſit tres quartas partes illius diei, & attingit quartam ultimam, & talis coniunctio uocatur apud eos nouilunium uetus ſeu antiquum. Verbi gratia. Si nouilunium æquinoctij uernalis eſſet in. xviij. hora ſabbati uel infra, tunc kalenda ſeu neomenia eſſet fienda in eadem die ſabbati, & per conſequēs principium computationis feſtiuitatum totius anni eſſet ab eadem die ſabbati. Si autem coniunctio eſſet ultra. xviij. horam, tunc talis neomenia eſſet transferenda ſeu repellenda ad diem dominicam immediate ſequentem: & per conſequens paſchalia feſta & aliæ feſtiuitates illius anni transferentur ad ferias correſpondentes diei dominicæ & non ſabbati; ut patet ex dictis. Secundus caſus eſt quando nouilunium uernale occurrit in ſecunda feria quarta uel ſexta. In his enim tribus ferijs non poſſunt figi kalendæ ſeu neomenia æquinoctij uernalis. Cuius ratio patebit infra. Sextò præſupponendum eſt, quòd quandoq; oportet quòd fiāt duæ repulſæ de eandem neomenia. Hoc patet ex duobus caſibus ſupradictis. nam ſi nouilunium uernale occurrat in die dominica ultra. xviij. horam: tunc in eadem die non eſt neomenia figenda propter antiquitatem ſeu uetuſtatem nouilunij ſecundum primum caſum: Nec in ſecunda feria ſequenti propter hoc quòd eſt una de tribus ferijs interdictis, iuxta ſecundum caſum, & ſic oportet, quòd transferatur ad tertiam feriam: & hoc contingit apud eos ſatis frequenter. Nec ſentiendum eſt erroneum, ſeu contra mentem legis loquentis ſimpliciter de prima die menſis. nam computatio menſium quantum ſpectat ad cultum feſtiuitatum ſufficit, ꝙ ſit vniformiter regulata & apud omnes communiter ſuſcepta, & aliqualiter veritati propinqua: prout gratioſius & remotius contingit in computo noſtro circa feſtiuitatem paſchalem, & alia feſta mobilia ipſam ſequentia. Ratio autem quare prædictę tres feriæ, ſcilicet ſecunda, quarta & ſexta repelluntur, ne in aliqua earum neomenia primi mēſis figatur, quantum ad ſecundam & quartam feriam una eſt & eſt ta- H lis. Nam cum feſtum expiationis ſit celeberrimum ſicut dies ſabbathi, intantum ꝙ cibaria non permittuntur in eadem die parari, ſicut nec in ſabbatho, ut ex ſacra litera poteſt haberi: inde eſt ꝙ ex eorum traditione antiqua, ſeu cōſuetudine immutabili, quę vſq; hodie durat, habetur ꝙ dies expiationis nunq̃ cōcurreret in die veneris, nec in die dominica. Nam ſi dies ſabbathi à parte ante vel à parte poſt cōtinuaretur cū feſto expiationis, tūc eſſent duo dies naturales cōtinui celeberrimi, in quibus nullo modo liceret parare cibaria, quod eſſet graue & valde oneroſum toti populo. Ex quo ſequitur, ꝙ neomenia prædicta primi mēſis nō poteſt eſſe in ſecunda feria. nā ſic feſtū expiationis occurreret in ſexta feria, & cōtinuaretur cum die ſabbathi à parte ante, quod eſt cōtra prædicta. Similiter nec neomenia primi menſis habet eſſe in quarta feria. nā ſi ſic feſtum expiationis eſſet in dominica, & per conſequens continuaretur cum ſabbato à parte poſt: quod eſt contra prædicta. unde patet ratio repulſæ ſecundæ feriæ & quartæ. Sed ratio quare feria ſexta excluditur ad hoc, ut in eadem neomenia primi menſis non figuretur apud eos talis eſt: Nam in feſto tabernaculorum ſeu ſcenophegia, quod feſtum ſecundum eos & ēt ſcd̃m doctores noſtros præceptum fuit ad commemorādū beneficiū diuinæ protectionis & deductionis, qđ habuerunt per deſertū, ubi in tabernaculis habitauerunt, in quo habebant lætari per ſeptem dies coram Domino ſumentes fructum arboris pulcherrimæ ſpatulasq; palmarum, &c. prout legitur Leuit. xxiij. ad ſignificandum, quòd per aridam terram deſerti deduxit eos Deus ad terram delitioſam, prout ſan- Leuit. 23 ctus Tho. prima ſecunda. q. cij. arti. iiij. in reſponſione ad. x. ar. ponit. in qua lætitia prout traditur in eorum codicibus apud eos antenticis, circūibant altare ſolemniter cum huiuſmodi ſpatulis & ramis ſemel in prima die & in alijs diebus vſq; ad ſextam incluſiuè. In ſeptima autem circumibant ſepties in memoriam captionis Iericho quæ fuit prima ciuitas terræ promiſſionis ab eis capta per huiuſmodi circumitiones ſeptenarias, ut habetur Ioſue ſexto. Vnde & in illa ſeptima die procedebāt Ioſue 6.a in huiuſmodi lætitia intantum, quòd quædam ibi facta non licebat fieri in die ſabbati: Cuius circumitionis memoria hodie fit inter eos in gyro rotuli legis, cum altare non habeant. Sed ſi neomenia primi menſis fuiſſet in ſexta feria, ſequeretur, quòd feſtum tabernaculorum concurreret in die dominica, ut patet computanti, & ſic ſeptima dies tabernaculorum eſſet in die ſabbati, unde ceſſarent illa, quæ dicta ſunt. Ex quibus omnibus elicitur quædam regula in kalendarijs eorum ubiq; & apud omnes diuulgata, & uſq; in hodiernum diem infallibiliter obſeruata. Quam prima dies ſolemnitatis paſchalis nunquam, eſt feria ſecunda, quarta, nec ſexta. Septimum eſt, quòd anno, quo Chriſtus paſſus fuit cōcurrit coniunctio luminarium prope æquinoctium vernale iuxta veram computationem



A putationem Hebręorum, quæ eſt ſecundum medium curſum ſolis & lunæ, vt dictum eſt in feria quinta poſt. xix. horam cum certis minutis, hoc eſt certiſſime calculatum per me, & cum peritis Hebræorum diligentiſſime repertum & concordatum. Quibus præſuppoſitis patet ſolutio dubij prædicti. Nam in anno paſſionis Chriſti licet coniunctio luminarium, vt dictum eſt, fuit feria quinta, non potuit in ea neomenia figi propter ipſius vetuſtatem, quia fuit vltra. xviij. horam, vt patet in ſeptimo præſuppoſito: & per conſequens occurrit primus caſus repellendi ſupradictus. habuit ergo transferri ad ſequentem diem: ſed quia ſequens erat ſexta feria, nec in ea poterat neomenia aſſignari, vt dictum eſt. nam eſt ſecundus caſus repulſionis iam dictus: habuit ergo repelli ſeu transferri neomenia ad diem ſabbati: & per conſequens. xv. luna fuit eodem anno ſecundum hebraicam computationem legitimam & aſſuetam in die ſabbati, in qua concurrunt duæ feſtiuitates ſolemnes apud eos. ſabbatina ſcilicet & paſchalis, quæ eſt prima dies ſolemnitatis azimorum: & ſic erat magna dies illa ſabbati ſecundum Ioh. & in feria ſexta immediate præcedenti fuit ſecundum eos. xiiij. luna, in qua legitime erat paſcha immolandum. Vnde in eadem ſexta feria fuit immolatus verus agnus paſchalis ab eis: ſimiliter & typicus: pro cuius typici manducatione, vt non contaminarentur, non intraue- Ioan. 18.c runt prætorium ſecundum Ioh. Chriſtus autem in huiuſmodi neomenia primam repulſam tantum tenuit & non ſecundam. Prima enim eſt rationabilis in ſe & ſine reſpectu ad feſta futura, ſed ſolum propter vetuſtatem coniunctionis. vnde neomenia illius anni apud ipſum fuit tranſlata ad ſextam feriam: ſed de ſexta ad ſeptimam nullatenus debuit trāſferri apud eum. nam ratio illius repulſæ ex feſtis futuris in menſe ſeptimo dependebat ut patet ex iam dictis quæ feſta. ſ. futura cum Chriſtus ſciuiſſet per paſſionem ſuam de propinquo imminentem caſſari, ſicut & cętera legis cerimonialia, nullam vim habebant transferendi ſeu repellendi præſentem neomeniam, vt patet intuenti. Nam ceſſante cauſa præſertim finali, ceſſare habet effectus. Fuit ergo iuxta veriſſimam & infallibilem noticiam Chriſti neomenia tempore ſuæ paſſionis in ſexta feria. Similiter, & prima dies Paſchalis ſolemnitatis, hoc eſt. xv. luna apud eum. vnde & in feria quinta præcedenti fuit vera. xiiij. luna, in qua Paſcha cum diſcipulis tempore determinato ſecundum legis veritatem manducauit. In hoc etiam videtur concordare magiſter hiſtoriarum, dicens. Quod ſi tabulam computi diligenter retro percurramus, inueniemus quod tempore paſſionis Chriſti feria ſexta fuit. xv. luna. Et hoc eſt verum, licet tabula noſtri computi ſit groſſior quam hebraica in Quaſtionis reſolutio. hac materia. Ex quibus habetur, quòd tempore paſſionis Chriſti duplex fuit. xiiij. luna ſicut & neomenia primi menſis. Vna, ſcilicet vera ſimul & legitima ſecundum veram computationem Chriſti, cuncta le- B gis myſteria tam præſentia quam futura ſcientis. Alia verò legitima tantum ſecundum communem & aſſuetam computationem aliorum omnium præter Chriſtum: & in vtraque. xiiij. vterque agnus fuit immolatus, verus & Typicus. In. xiiij. enim vera & legitima, quæ fuit feria quinta, Chriſtus manducauit agnum typicum, & conſequenter verum agnum ſub ſacramento diſcipulis tradidit. In xiiij. vero legitima tantum, quæ fuit ſexta feria, agnus verus fuit immolatus, conſequenter autem Typicus: & ſic reddendo ſingula ſingulis, omnia veraciter concordantur. Nam Matthæus, Marcus & Lucas, qui de cœna Domini notabilem mentionem fecerunt exprimendo in illa agnum Paſchalem ſolemniter Chriſtum cum diſcipulis manducaſſe, & in eadem ſacramentum eucharistiæ inſtituiſſe, vt patet ex eorum dictis, quilibet eorum ipſam feriam quintam notat, tanquam propriam ad immolationem agni, & per conſequens. xiiij. lunam ſecundum veram computationem Chriſti prædictam ſecundum quam autoritates Chryſ. & Iero. ad partem affirmatiuam ſupra inducta & ſimiles obtinent veritatem. Sed Iohannes qui de cœna Domini breuiſſime ſe expediuit, ſolum dicens: Cœna facta &c. nihil exprimens de agni manducatione, nec de ſacramenti inſtitutione, cum iam de hoc ſacramento plus cæteris tradiderat: fe- C cit potius mentionem de ſecunda. xiiij. ſcilicet. legitima tantum, quę fuit ſexta feria, vt dictum eſt. Ad excludendum errorem, qui inſurgere poſſet ex hoc, quod principale figuratum non correſponderet figuræ in tempore tam diſtricte per legem determinato: vnde & vocat eum paraſceue Phaſchæ. i. vigilia. Et dicit quod hebræi nondum manducauerant paſcha tempore paſſionis Chriſti: quod habet veritatem ſecundum legitimam computationem hebræorum & cæterorum myſteria paſſionis protunc ignorantium. Et ideo in illa ſexta feria licuit eis iudicialia exercere, ſepelire, angariare, & huiuſmodi. Et ſanctis mulieribus in eadem ſexta feria aromata præparare, tanquam in die non feſtiuo. Ex quo clarius Error Græcorum intolerabilis patet error Græcorum dicentium, quòd Iohannes correxit alios euangeliſtas aſſerentes quintam feriam protunc. † xiij. lunam. Nam vt ex iam † xiiij. dictis patet: Iohannes non correxit alios, ſicut nec ipſi ſimilem aliquod aſſeruerunt, ſed potius vt de more euangeliſtarum eſt, illud quod alij prætermiſerunt, ipſe declarauit. ſ. † xiij. lunam protunc etiam fuiſſe feria † xiiij. ſexta ſecundum aliam computationem legitimam: cui concordant hiſtoriæ Hebræorum dicentium manifeſte, quod in vigilia paſchæ Chriſtus fuit patibulo ſuſpenſus: & quod a ſeculis nunquam fuit inter eos prima dies paſchalis feria ſexta. Et attendendum, quod ex verbis euangelij prædicta differentia duplicis neomeniæ ſeu. xiiij. lunæ aliqualiter poſſet notari. Nam Matth. xxvi. legitur: Magiſter dicit, Tempus meum prope Matt. 26.b eſt, apud te facio paſcha cum diſcipulis meis. vnde ſi ly tempus meum prope eſt, diligenter intelligebatur, non habet referri ad tempus paſſionis, ſicut communiter exponitur. Nam licet ſit verum quod tempus paſſionis erat prope: non tamen conſonat cum litera ſequenti. Dato enim quod tempus paſſionis eſſet protunc remotius, adhuc Chriſtus habebat paſcha manducare cum diſcipulis ſuis, vt legem adimpleret: Sed verus intellectus iuxta prędicta videtur talis: Magiſter dicit: Tempus meum. i. tempus manducandi Paſcha ſecundum veram meam computationem prope eſt. i. hodie feria quinta: licet aliquorum tempus iuxta ipſorum aſſuetam computationem fuiſſet remotius. ſ. in feria ſexta. Et ideo ſequitur: Apud te facio &c. Et notandum etiam uidetur, quod in manducatione paſchæ cum Chriſto non ſit mentio de alijs diſcumbentibus vel conueſcentibus, niſi de duodecim diſcipulis tantum, ſicut & illis tantum ſecretè paſſionem futuram denunciauit Mat. xx. c. concordat prædictis. Nam ex paſſione futura, quam ſolis Apoſtolis ſecreto expreſſe prænoſticauit, diuerſitas huius paſchalis temporis dependebat vt dictum eſt. Et ideo nimirum ſi ſanctæ mulieres, & Ioſeph ab Arimathia & huiuſmodi, potius ſequerentur hebraicam computationem communem, quam Chriſti veram computationem. Nam myſteria paſſionis & præcipue legalium euacuatio abſcondita fuit etiam apoſtolis poſt reſurrectionem vſque ad tempus. Et ſic iuxta ſententiam phi. omnia vera conſonant D vero. Diuina igitur prouidentia circa hæc deuotè attendenda eſt, quę pa- 1. Ethi. c. ſchalia feſta ſic in antiquis præordinauit, vt tempore paſſionis Chriſti duplex. xiiij. luna occurreret ad agni immolationem præſignata, vt in prima Chriſtus ſacrificium adimpleret legale & nouum inſtitueret, & in ſecunda ſe Deo in ſacrificium offerret veſpertinum: vt vtrumque tempore præſignato pro humana ſalute perficeret: Quam nobis concedat &c.

## R E P L I C A.

In capitulo. xxvj. cum poſtillator ſoluiſſet omnes difficultates circa cœnam domini & eſum agni paſchalis moueri conſuetas præſertim a Græcis, Burgen. facit vnam longam ſingularem computationem, in qua multa ponit multis dubia. cui placet, uideat. Et finaliter in eodem capitulo dicit quis fuerit ille hymnus de quo dicitur, Et hymno dicto &c. Et dicit, quod fuit magnum alleluia quod incipit à pſalmo, Laudate pueri, vſque ad Beati immaculati, excluſiue. Idem dicit circa pſalmum Laudate pueri. ſi verum eſt placet, Autoritatem autem ad id ſacri canonis non habemus.

## GLOS. ORD. CAP. XXVII.

Mar. 14.f Mane autem. Matthæus & Marcus contexerunt narrationem de his, quæ cum domino acta ſunt vſque ad mane: ſed poſtea redeunt vſque ad negationem Petri narrandam: qua terminata redeunt iterum ad mane, vt inde cætera contexerent.

Peccaui

## NICO. DE LYRA. CAP. XXVII.

Mane autem. Oſtenſo qualiter paſſio Chriſti fuit per Iudæos inchoata, hic oſtenditur qualiter fuit per gētiles conſummata. Et diuiditur in duas partes, quia primo deſcribitur ipſius Chriſti crudelis occiſio. Secundo, eius fidelis & deuota tumulatio, ibi: Cum ſero factum eſſet. Prima adhuc in duas: quia primò deſcribitur ipſius Chriſti iniqua condemnatio. Secundo ipſius ſūtæ iniquæ executio, ibi: Et poſtquam illuſerūt ei. Prima in quatuor: quia primò deſcribitur ipſius Chriſti coram præſide præſentatio. Secundo ipſius præſentati diligens interrogatio, ibi: Ieſus autem ſtetit. Tertio innocentiæ eius declaratio, ibi: Per diem autem ſolemnem. Quarto, innocentis condemnatio, ibi: Videns autem Pilatus. Prima adhuc in duas: quia primo deſcribitur ipſius Chriſti præſentatio, vt dictum eſt. Secundò, incidentaliter ſubditur Iudæ deſperatio, ibi: Tunc videns. Circa primum dicitur ſic,

## C A P. XXVII.

¶Vide quam ſolliciti in malo. tota nocte vigilauerunt vt facerent homicidium.

Mane autem facto. a †conſilium inierūt b omnes principes ſacerdotum & ſeniores populi aduerſus Ieſum, ut eum

a ¶Quem vinxerant in horto, vt Iohannes ait.

morti traderēt. Et uinctū adduxe- c

a ¶Mos erat, vt quem morti adiudicaſſent, ligatum iudici traderent.

runt eū, & tradidērunt Pōtio Pilato d

a Mane autem facto. Quia à media nocte uſque ad illam horam illuſerunt eum conſpuendo & palmis cædendo, vt uiſum eſt.

b Conſilium inierunt. &c. Non enim ex teſtimonijs prohabitis habebant aliquid, vnde poſſet accuſari coram Pilato, ſicut reus mortis: & ideo vlterius conſulebant qualiter eum ſicut dignum morte accuſarent, vt patebit infra. Sequitur, † Mar. 15.a Luc. 23.a Ioan. 18.c † conſilium

c Et uinctum adduxe. Illi. n. qui reputabātur digni morte, ducebātur corā iudice ligati.

d Et tradiderunt pontio. Aliqui dicunt quod Pilatus erat propriū nomē eius, cōpoſitū ex nōe matris, q̃ dicebatur pila, & patris



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E a *Peccaui tradens &c.* Quaſi in poteſtate ſua eſſet mutare perſecutorum ſententiam: licet autem mutauerit voluntatem, tamen primæ uoluntatis exitum non mutauit.

*Pœnitentia Iudæ infructuoſa.*

b *Quid ad.* Quid ad nos pertinet de hoc? tu videris, tu ſcias qđ feciſti. Vel quid uideris pertinere ad nos Quid ad nos pertinet pretiũ acceptũ, tu iſtud probaueras, tu inde fac quod vis. Qui ad mortẽ peccant, tantam habent ignorantiam & cęcitatem, vt nec turbentur in ſceleribus ſuis, nec pœnitentiæ dolore crucientur.

c *Et proiectis.* Sicut pœnitentia eius fuit infructuoſa, ſic & hæc oblatio in templo eſt execrabilis.

d *Et abiens. Iero.* Nihil profuit Iudæ egiſſe pœnitentiã, per quã ſcelus corrigere nõ potuit. Sed qñ frater ſic peccat in fratrem, vt emẽdare valeat qđ peccauit, poteſt ei dimitti. Sin autem permanent opera, fruſtra voce aſſumitur pœnitentia. Hoc eſt quod de eo dr̃: Et oratio eius fiat in peccatũ: vt non ſolũ emẽdare nequiuerit proditionis nefas, ſed proprij homicidij ſcelus addiderit. Leo papa. Sceleratior omnibus ò Iuda & infelicior extitiſti, quem non pœnitentia reuocauit ad Dñm ſed deſperatio traxit ad laqueum: Expectaſſes cõſolationem criminis tui, & donec ſanguis Chriſti pro omnibus effunderetur, informis læti ſuſpendium diſtuliſſes.

*Pſal. 108.a* — *Hom. ad popu. 20.*

e *Non licet eos.* verè colẽtes culicẽ & camelũ glutiẽtes. ſ.n. ideo nõ mittũt pecuniã in corbanã .i. in gazophylaciũ.i. inter dona Dei: quia preciũ ſanguinis eſt, cur ergo ipſe ſanguis effunditur? Et quid premij eis, ſi inde ager emitur in ſepulturam pauperum?

*Actu. 1.c*

f *Emerunt ex illis* Allegorice. Magnũ myſterium eſt in factis iniquitatis. Figulus eſt Deus in cuius manu eſt ex eodem luto facere aliud vas in honorem, alium in contumeliã. Ager eius, ſeculũ, quod vniuerſum precio eius emitur, vt ei cõmortui ſepeliantur peregrini. Nõ vtiq; Iſrael, ſed alieni: qui in precio ſanguinis Chriſti ſepulti ęternam requiẽ ſortientur. Illi quidẽ fecerunt alia voluntate, vt æternum relinquerent ſuæ nequitiæ monimẽtum. Sed nos qui peregrini eramus à lege & prophetis, praua eorum ſtudia ſuſcepimus in ſalutem, & in precio ſanguinis Chriſti requieſcimus.

*Allegorice Rom. 9.c* — F

g *Per Ierem. Hiero.* Hoc nõ in Ieremia: ſed in Zacharia legitur, tñ alijs verbis. Legi nuper Ieremiæ apocryphum, in quo hæc verba ſcripta repperi. Sed tñ magis mihi vr̃ hoc ſumptum de Zacharia more apoſtolorum qui verborum ordine prætermiſſo, ſenſus tantum de veteri Teſtamento proferunt. Per Ieremiam prophetam. Sed hoc in Ieremia nõ inuenitur, ſed in Zacharia fere ſm ſenſum, non ſecundum verba. Vnde quidã codices non habent, per Ieremiam, ſed tantum, per prophetam. Tamen ſecreto Dei conſilio factum eſt, vt animo Matthæi pro Zacharia occurreret Ieremias, quia omnes prophetæ uno ſpiritu ſunt loquuti, ita vt ſingula ſint omniũ, & omnia ſingulorum. Quare ergo Matthæus hoc emẽdaret, quod ſpiritu regente fecerat, vt per hoc ammoneremur tantam inter prophetas eſſe concordiam, vt vni deputetur congrue qđ ab alio dicitur. Vel apud Ieremiam inuenitur de empto agro, ſed non ſub hoc nomine pręcij. Apud Zachariam de triginta argẽteis & nihil de emptione agri. Vtrumq; ergo interpretatur euangeliſta ad hoc quod de Domino cõpletum eſt, & cõfert in unum triginta argẽteos quod eſt in Zacharia, & agrũ emptũ quod eſt in Ieremia. Quod ſubdit: *Quem appretiauerunt.* Apud neutrum inuenitur, ſed ex perſona euangeliſtę accipiẽdum eſt, quia hoc ex reuelatione Dñi cognouit ad hãc rem, quæ de precio Chriſti facta eſt hmõi pertinere ꝓphetiam. Liber quippe empti agri apud Ieremiam iubetur mitti in vas fictile. Et hic emitur ager figuli de precio Domini in ſepulturã peregrinorũ, Id eſt ad permanſionẽ quietis eorũ, qui peregrinantur cum Dño & conſepeliuntur ei per baptiſmum. nam & illam emptionem agri hoc ſignificare Ieremiæ Dñs dicit, quia erit permanſio de captiuitate liberatorum in illa terra.

*Cõ. in Mat. lib. 4. c. 27. tom. 9.* — *Euangeliſtarum excuſatio in alterata prophetarum allegatione.* — *Iere. 32.c* — *Zach. 11.c* — *Iere. 32.c*

h *A fi. Iſ. &c.* A qb. min' oſ oruerat, q magnificare debuerãt.

*Tu es rex*

præſidi. Tunc uidens Iudas, qui eum
a Magnitudinem auaritiæ, impietatis pondus excludit.
tradidit, quòd damnatus eſſet, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus ſacerdotum & ſe-
a Quanto magis qui emerunt.
nioribus, dicens: † Peccaui, tradens ſanguinem † iuſtum. At illi dixerunt:
Emiſſe ſe audiunt, & tamen extra reatum ſe credunt, & in vendente ſcelus conſtituunt.
Quid ad nos? Tu † uideris. Et proiectis argenteis in templo receſſit,
a Vt oſtenderet ſe peroſum cœli & terræ.
& abiens laqueo ſe ſuſpendit. Principes autem ſacerdotum acceptis ar-
a Oblatio impiorum abominabilis eſt domino, quæ offertur ex ſcelere
genteis dixerunt: Nõn licet eos mit-
a Corbonan interpretatur oblatio. Gazophilatium.
tere in corbonan, quia precium ſanguinis eſt. Conſilio autẽ inito, emerunt ex illis agrum figuli in ſepultu-
Huius ſeculi.
ram peregrinorum. Propter hoc uocatus eſt ager ille Acheldemach, † hoc eſt ager ſanguinis, uſque in hodiernum diem. Tunc impletum eſt, quod dictum eſt per Ieremiam prophetam, dicentem † Et accepe-
Quod in Zacharia: appenderunt.i. alij rei comparauerunt. a Hoc. ſ.
runt triginta argenteos, precium
a Illius Chriſti. b Sc licet me. c Id eſt non pluris precij me facientes, quam vile mancipium.
appreciati, quem appreciauerunt à filiis Iſrael, & dederunt eos in
a Conſtitutum mihi reuelauit.
agrum figuli, ſicut cõnſtituit mihi

† innocẽtẽ — † videbis — † Hacheldama. — † vbi ſu. — † Machæ

qui dicebatur, atus. Pontius autem cognomen eius, quia fuerat iudex miſſus à Romanis ad inſulam Pontianam. hoc autem diffuſè habetur in quadam legenda quæ vocatur aurea. Sed quia ibi multa dicuntur de hoc, quæ videntur prima facie falſa, quæ propter prolixitatem omitto, ideo aliter dicendum, quòd Pontius erat proprium nomen eius. quod patet ex duobus. Primo, quia poſtponitur cognomen, & non præponitur proprio nominis ſaltem de curſu communi. Secundo quia hoc nomen ſatis commune eſt in Burgundia, vnde ille Pilatus erat oriundus: Erat enim natione Lugdunenſis: vt dicit magiſter in hiſtorijs. Et idem dicit Ioſephus libro antiquitatum. Pilatus autem erat eius cognomen. Præſes autem erat nomen officij ſui. Et dicitur à præſidendo, quia præſidebat Iudæis ibidem miſſus à Romanis.

G — *Pontius nomen proprium & Pilatus cognomen qui Lugdunenſis erat.* — 18. c. 4.

a Tunc ui. *Hic incidentaliter ſubditur Iudæ deſperatio, cum dicitur:* Tunc ui. Iudas qui eum tra. quoddam. eſ. *Hęc autem deſperatio proceſſit ex duobus. Primo, ex magnitudine ſceleris, tradendo ad mortem illum cuius tantam ſanctitatem expertus fuerat. Secundo, quia damnationem ſuam audierat à Chriſto, vt dictum eſt capitulo præce. quem ſciebat prophetam veriſſimum.*

b Pœnitentia du. *Infructuoſa tamen: quia erat ſine ſpe veniæ, ſicut de his qui ſunt in inferno dicitur. Sap. v.a. Dicentes intra ſe pœnitentiam agentes.*

c Retulit tri. argen. prin. ſa. *Ex quo patet, quòd cupiditas ſua nihil valuit ſibi. Sequitur:*

d At illi di. Quid ad nos. *q. d. non curamus, ſi peccaſti vel non.*

e Tu uide. *i. ad te pertinet videre factum tuum.*

f Et abi. la. ſe ſu. *ex deſperatione: Et in hoc plus peccauit quam in tradendo Chriſtum, vt dicit Hiero. Cuius ratio eſt, quia in traditione Chriſti peccauit contra eius humanitatem directe: ſed in deſperatione illa peccauit directe contra eius diuinitatem, quia contra infinitatem diuinæ miſericordiæ. Sequitur,*

H

g Non licet eos mitte. in corbonam. קרבנא *Corbam Hebraice, idem eſt quod oblatio. Corbonam autem erat locus ad ponendum oblationes factas in templo pro reparatione templi & alijs neceſſarijs. Magna igitur apparet ſacerdotum excæcatio, qui occiſionem Chriſti reputabant ſibi licitam, imo tanquàm ſacrificium Deo facerent, & tamen precium venditionis eius reputabant nefarium & indignum applicari ad vſus templi.*

h Cõſilio aũt inito, e. ex il. a. fi. *qa ille, cuius ille ager erat, figulus fuit, iõ ſic vocabatur. Vel forte, qa ibi erat terra apta ad faciẽdũ vaſa fictilia.*

i In ſepulturam peregr. *quia non habebant proprium ſepulchrum.*

k Propter hoc uocatus eſt ager ille Achel. *Hoc ex Dei ordinatione factum eſt ad memoriam perditionis Iudæ & paſſionis Chriſti.*

l Tunc impletum eſt quod di. eſt per Ier. *Quia ſecundum quòd dicit Hiero. licet autoritas ſequens non ſit in libro Ieremiæ, quem habemus: tamen Hiero. vidit autoritatem iſtam de verbo ad verbum in quodam libello Hebraico qui dicebatur eſſe Ieremiæ prophetæ. Multi enim libri prophetarum non habentur. Vel aliter, li, Ieremiam, non eſt de textu, vt dicit Hiero. nec etiam in antiquis libris eſt & tunc quod dicitur per prophetam intelligere debemus Zachariam: quia Zachariæ vndecimo habetur iſta ſententia, licet verba aliquantulum ſint mutata.*

m Et acceperunt triginta argenteos, precium appreciati. *id eſt ipſius Chriſti.*

n Quem appre. fi. Iſ. *Quia iſtud precium fuit conſtitutum inter Iudam & ſacerdotes, qui erant de filijs Iſrael.*

o Et de. eos in ag. fi. *Hoc eſt pro agro figuli.*

p Sicut conſtituit mihi Dominus. *Hoc eſt additum ab euangeliſta, quia iſta prædicta erant à Deo præordinata.*

¶ Ieſus autem

MORALITER.

✱ a *Tunc uidens Iudas qui eum tradidit quod damnatus eſſet pœnitentia. Orige.* Si autem locum pœnitentiæ requiſiſſet, & tempus pœnitentiæ obſeruaſſet, forſitan inueniſſet eum qui dicit: Nolo mortem peccatoris, ſed magis vt conuertatur, & viuat.

b *Emerunt ex illis agrum fi. in ſepulturam pere.* Auguſt. Peregrinis in quam qui ſine domo, patria & toto orbe exules iactantur, requies Chriſti ſanguine prouidetur. Iſtos autem peregrinos dicimus eſſe deuotiſſimos Chriſtianos, qui renunciantes ſeculo & nihil poſſidentes in mundo in Chriſti ſanguine requieſcunt,

*Ezech. 18* — *De temp. Ser. 114. tom. 10.*

✱ *Ieſus autem*



A a *Tu es rex Iudæorum.* Secundum Lucam duo obiecerant. ſ. q prohibebat dari cẽſum Cæſari, & quòd diceret ſe regem. De regno ergò Pilatus, quia neſcit interrogat. De tributis, quia audierat eum reſpondiſſe: Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari quaſi apertum mendatium inuidorum negligit. Vnde Marcus. Et non erant conueniẽtia teſtimonia eorum. In hoc quod Pilatus nihil aliud criminis ĩterrogat, niſi an ſit rex Iudæorum: arguuntur impietatis Iudæi, qui nec falſo inuenire potuerunt quod obijcerent Saluatori.

*Luc. 23.a* — *Luc. 20.d* — *Mar. 14.f*

b *Tu dicis.* Sacerdoti, quaſi de præteritis reſpondit: quia lex omnis venturũ Chriſtũ prædicauerat. Tu dixiſti: quaſi venturum Chriſtum ex lege ipſe dixiſſet. Huic legis ignaro dicitur: *Tu dicis*: quia per fidem præſentis confeſſionis ſalus gentium eſt. Nota quod Pilato aliqua ex parte reſpondet qui inuitus ferebat ſententiam. Phariſæos vero indignos ſuo ſermone iudicauit.

c *Qui di. Bar.* Barrabas in euangelio ſecundum Hebræos filius patris vel magiſter eorum interpretatur. Ipſe eſt antichriſtus, quem illi Chriſto pręferunt, quibus dicitur: Vos ex patre diabolo eſtis. Pilatus, qui os malleatoris interpretatur, diabolum ſignificat, qui eſt malleus vniuerſæ terræ, per quem dominus vaſa ſua permittit probari: & ad vltimum conterit, quando in extrema damnatione confringet.

*Mar. 15.a* — *Luc. 23.c* — *Ioan. 18.g* — *Ioan. 8.f*

d *Quem uultis.* Populo volens ſatisfacere dat optionem, quamuis non dubitet Chriſtum eligendum ſciens per inuidiam.

e *Qui dicitur Chriſtus.* Idem quod Marcus ait. regem Iudęorum, quorum rex Chriſtus vocabatur.

f *Pro tribunali.* Tribunal ſedes iudicij, vt ſolium regum, cathedra doctorum.

B g *Vxor eius.* Vxor viri gẽtilis hoc in viſione intelligit, quod Iudæi vigilantes intelligere noluerunt.

h *Nihil tibi.* Nunc demum diabolus intelligens per Chriſtum ſe ſpolia amiſſurum, ſicut primum per mulierẽ mortem intulit, ita modo per mulierem vult Chriſtum de manibus Iudęorum liberare, ne per mortem eius mortis amittat imperium.

i *Barrabam &c.* Filium diaboli elegerunt pro filio Dei, vt Saluatorem cum ſua ſalute perderent, & proditorem liberarent, quæ ſua petitio hodie etiam hæret eis, amiſſa gente & loco & libertate: quia datorem libertatis perdere voluerunt.

*Mar. 15.a* — *Luc. 23.c* — *Ioan. 18.g*

k *Quid ig. fa. de Ie.* Multas q̃rebat occaſiones, vt eum cum beniuolentia populi liberaret. Primo, latronem iuſto conferens: Deinde. *Quid ergo faciam de Ieſu, qui dicitur Chriſtus?* Et cum

Dominus. † Ieſus autem ſtetit ante præſidem & interrogauit eum præſes, dicens: Tu es rex Iudæorum?
Sic temperat, vt ſermo eius calumniæ non pateat: & tamen verum dicat.
Dixit illis Ieſus: Tu dicis. Et cum accuſaretur à principibus ſacerdo-
Vt verum patientiæ det exemplum, ſicut flagellatus ante, ita modo ſilet accuſatus.
tum & ſenioribus, nihil reſpondit.
a Ethnicus eſt qui condemnat Ieſum, ſed cauſam refert in populum Iudæorum.
Tunc dicit illi Pilatus: Non audis † quanta aduerſum te dicunt teſti-
a Ne crimen diluens dimitteretur a præſide, & crucis vtilitas differretur.
monia? Et non reſpondit ei ad ullum uerbum, ita ut miraretur præſes uehementer † Per diem autem ſo-
a Non imperiali ſanctione, ſed ductus populi conſuetudine, cui placere uolebat.
lennem conſueuerat præſes dimittere populo unum uinctum, quẽ uoluiſſent. Habebat autem tunc
a Propter ſeditionem & homicidium. b Vulgatum in malitia.
unum uinctum inſignem, qui dice-
a Barrabas filius magiſtri, vel Barrabas filius patris, quod rectius.
batur Barrabas. Congregatis ergo illis dixit Pilatus: Quem uultis dimittã uobis, Barrabam, an Ieſum qui dicitur Chriſtus? Sciebat enim,
a Timentes, ne omnes crederent in eum.
q per inuidiam tradidiſſent eũ. Se-
a In Pilato & uxore eius, Chriſtum iuſtum confitentibus, gentilis populi teſtimonium eſt.
dẽnte autẽ illo † pro tribunali, miſit ad eum uxor eius dicens: † Nihil tibi & iuſto illi: Multa enim paſſa ſum hodie † per uiſum propter eũ † Principes autem ſacerdotum &
a Egreſſa eſt iniquitas a ſenibus & iudicibus.
ſeniores perſuaſerunt populis, ut peterent Barrabam: Ieſum uerò perderent. Reſpondens autem præſes, ait illis: Quem uultis uobis de duobus dimitti? At illi dixerunt, Barrabam. † Dixit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Ieſu, qui

dicerent:

† quot — † in ſomnis — † in ne quid rei ſit tibi cum iuſto illi

*Pilato, quia regnum imperatoris non poteſt eſſe niſi in hoc mundo, & ſic regnum Chriſti non erat contrarium imperatori.* C

c Et cũ accuſaretur &c. *Quæ dictæ ſunt q̃ expreſſius tãgũtur Lu. xxiij.*

d Nihil reſpondit. *Tum quia manifeſte falſa erant & reſpõſione indigna. Tum quia volebat implere illud quod erat ſcriptũ de eo. Sicut agnus corã tõdẽte ſe obmuteſcet, et nõ apiet os ſuũ.*

*Iſaiæ. 53. c*

e Tunc dicit illi &c. *Eadẽ ratione non reſpondit ei: & iterum quia nolebat impedire paſſionem ſuam. Sequitur,*

*Mar. 15.a* — *Luc. 23.a* — *Ioan. 18.f*

g Ita ut miraretur. *de Chriſti patientia ſic tacendo: cum omnia, quæ contra eum dicebãtur, poſſet exuſtare vno verbo.*

h Per diem. *Hic conſequenter ponitur innocentiæ Chriſti declaratio. Et primò oſtenditur eius innocentia. Secundo Iudæorum reſiſtẽtia, ibi: Principes autem. Prima in duas, quia innocentia Chriſti primo declaratur de verbo iudicis. Secundo, ex teſtimonio ſuæ vxoris, ibi: Sedente autem. Ad euidentiam primæ partis aduertendum, quod in fauorem Iudæorum conceſſum erat à Romanis, vt in ſolemnitate Paſchali dimitteretur vnus incarceratus ſecundum voluntatem eorum in memoriam liberationis eorum de Aegypto, qa in ſolẽnitate Paſchali fiebat memoria illius beneficij. Pilatus autem ſciebat eos cupidos, de obſeruanda illa conſuetudine. Ex altera parte volebat Chriſtum liberare, ideo propoſuit eis optionẽ dicẽs, q liberaret eis Ieſũ vel Barrabam, & nullum alium, per hoc ſubtiliter credens liberare Chriſtum de conſenſu eorum: quia non credebat aliquo modo q peterent liberationem Barrabæ, quia erat homicida & ſeditioſus & peſſimus, vt habetur Luc. xxiij. Et ideo credebat, quod præeligerent liberationem Ieſu. Et hoc eſt quod dicitur,* Per diem au. ſo. *non quemcunque, ſed in ſolemnitate Paſchali, vt dictum eſt.*

*Luc. 23.d*

i Conſueuerat. *Ratio dicta eſt.*

k Habebat, au. *Dicitur autem hic inſignis non nobilitate generis, ſed ex famoſitate ſui criminis: qa etiã bonũ ad mala trãſferimus, vt dicitur. v. Meta. ſicut aliquis dicitur bonus latro, ita poteſt dici inſignis. Sequitur,*

D — *Ter. 19.*

l Quem uultis. *q. d. nullum alium habebitis, & per hoc credebat liberare Ieſum, vt dictum eſt. Cuius ratio ſubditur,*

m Sciebat enim. *quia publice arguebat vitia ſacerdotum & Phariſæorum.*

n Sedente. *Hic declaratur innocentia Chriſti per teſtimonium vxoris Pilati. Ad cuius euidentiam ſciendum, quod diabolus, qui captionem Chriſti procurauerat per Iudæos, per aliqua ſigna perpendit q ipſe eſſet verè Chriſtus, & per conſequens, q per eius mortẽ ſpoliaretur infernus. hoc autem perpẽdit per eius patiẽtiã, & p ſcripturarũ impletionẽ, & forte p ſanctorũ patrũ in limbo exiſtentiũ exultationẽ: & ideo mortem Chriſti impedire volebat per vxorem Pilati: cuius preces efficaces credebat in conſpectu viri ſui. Et hoc quod dicitur hic.* Sedente autem eo. *iudicando. ſ. Chriſtum,*

*Marc. 15.b* — *Luc. 23.c*

o Miſit a. e. u. *q. d. nullo modo cõdemnes eum, ſed magis eum dimitte.*

p Multa e. p. *quia diabolus apparuerat ei, monens eam terroribus ad liberationem Chriſti. Vtrum autem talis apparitio fuerit ei facta in ſomno vel vigilia expreſſe non habetur hic. videtur tamen q fuerit in ſomno, p hoc q hic dicitur p viſum. Xp̃s. n. fuit præſentatus Pilato valde mane, vt dictũ eſt ĩ principio huius capituli. Et iõ ꝓbabile eſt, q uxor eius iacebat adhuc ĩ lecto: qa dominæ nõ ſolẽt ita mane ſurgere ſicut viri ſui.*

q Principes. *Deſcripta Chriſti innocentia, hic ſubiungitur Iudæorum reſiſtentia. intantum enim odiebant eum, q præelegerunt liberare hominem peſtiferum, ne Chriſtus liberaretur. Et hoc eſt quod ſubditur hic.* Princ. au. ſa. & ſe. *Falſas rationes inducendo.*

r Vt pe. *Et patet uſque ibi,*

¶ Quid enim mali

NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Ieſus autem ſtetit. *Hic ponitur ipſius præſentati interrogatio. Ad cuius euidentiam conſiderandum, quod Iudæi accuſauerunt Chriſtum coram Pilato de tribus, vt habetur Luc. xxiij. a. Primum fuit, q ſubuertebat gentem Iudæorum à cultu legis. Secundum, quod auertebat populum à redditione tributi imperatori Romano. Tertium, quòd dicebat ſe eſſe regem: & ſic volebat ſibi vſurpare regnum. De primo non curauit Pilatus, quia erat homo gentilis: & ideo non curabat de obſeruatione ſeu violatione Iudaicæ legis. Secundum ſciebat eſſe falſum, quia audiuerat à Chriſto reſponſum fuiſſe Iudæis: Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari. &c. vt ſupra habitum eſt. De tertio autem interrogauit ipſum Chriſtum: quia contra imperatorem videbatur eſſe directe, quòd aliquis diceret ſe eſſe regem Iudæorum qui ſeruiebant imperatori Romano ſub tributo, propter quod Romani abſtulerãt à Iudæis nomen regium à t. Pompei. & hoc eſt qđ dicitur hic,* Et interro. eum Præſes, di. Tu es rex.

*Iudæi accuſauerunt Chriſtũ coram Pilato de tribus.* — *Sup. 22.*

b Dixit illi Ieſus: Tu di. *ſ. veritatem: quia non negauit ſe eſſe regem: ſed magis conſenſit. veruntamen expoſuit dictum ſuum, dicens, Regnum meum non eſt de hoc mundo, vt habetur Ioh. xviij. g. Et in hoc ſatisfecit Pilato,*

MORALITER.

✱ a *Ieſus autem ſtetit &c.* Sequitur,

f *Et n. r. ei &c.* Rõ dicta eſt c. p̃ce. ſm Aug. Vel ideo nihil reſpõdit ne crimen diluẽs dimitteretur a pr̃ſide, & crucis vtilitas differret.

q *Principes. Orig.* Eſt & nunc videre, quõ ppl's Iudęorũ a ſeniorib. ſuis & Iudaicæ doctorib. ſuadetur, & excitatur aduerſus Ieſum, vt perdãt eũ: & hodie in locis plurib. fit idem aduerſus membra eius.

*Quæſt. euang. lib. 1. c. 44. tom. 4.*



✱ *Innocens*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dicerent, crucifigatur, non ſtatim acquieuit ſed iuxta ſuggeſtionem vxoris ait: Quid enim mali fecit? Quo dicto Pilatus abſoluit Chriſtum.

a *Lauit manus.* Gentilem populum ab impietate Iudæorũ alienum deſignans, qui clamauerunt: Crucifige crucifige eum.

b *Sanguis eius.* Perſeuerat vſq; hodie imprecatio: & ſãguis Chriſti nõ aufert ab eis.

c *Tunc di.il. Barr.* Barrabas latro ſeditioſus, & homicidiorum autor, dimiſſus eſt populo Iudæorũ. *Iſid.* Diabolus qui iam olim ob ſuperbiã à patria lucis expulſus, & in tenebrarum carcere fuerat miſſus. Et ideo Iudæi pacẽ habere non poſſunt, quia ſeditionum principem eligere maluerunt. Vel Barrabas Typum gerebat antichriſti.

d *Ieſum verò fla.* Ideo credẽdus eſt Pilatus Ieſum flagellaſſe, & militibus ad illudẽdum dediſſe, vt ſatiati pœnis eius & opprobrijs, Iudæi mortem eius vltra non ſitirent. *Ieſum verò* Sertiens Romanis legibus, quæ crucifigendos prius iubent flagellari.

e *Chlamydem coc.* quæcunq; fecerunt, licet alia mente, tñ nobis ſacra dederunt. Chlamydem idem quod Marcus dicit purpuram, in qua Chriſti caro paſſionibus obiecta inſinuatur. vnde propheta: Quare ergo rubrũ eſt indu. tuũ. In ſpinea corona, noſtrorũ ſuſceptio peccatorũ, quæ per ſpinas notantur. In calamo: venenata occidit animalia. Iuxta Lucã apud Herodẽ alba veſte induit, in quo innocentia & caſtitas aſſumptæ humanitatis exprimit: & gloria regni immortalis, q̃ã per paſſionẽ accepit. Vel induit purpura id eſt ſanctis Martyribus, alba veſte, alijs ſanctis: qa vero ſolet calamo ſcriptura fieri, caput Chriſti percutiunt calamo, qui diuinitati illius contradicentes, errorẽ ſuũ autoritate ſcripturæ ſanctæ cõfirmare conantur. In faciem ſpuũt, qui Ieſum in carne veniſſe denegant. Vt illi falſo adorabant, ita hodie qui credunt ſed peruerſis actibus verba eius & promiſſa regni deſpiciunt quaſi fabuloſa. *Iero.* In chlamyde coccinea opera gentiũ cruẽta ſuſtentat. In corona ſpinea, maledictum ſoluit antiquũ. In calamo, venenata occidit animalia. Vel calamũ tenet in manu, vt ſacrilegiũ ſcriberet Iudæorum. In ſuis veſtibus nõ illuditur, ſed in his, quæ propter peccata noſtra portauit. Cum crucifigeretur ſuum recepit ornamentum ſtatim: quia elementa turbantur, & creatori teſtimonium dat creatura.

f *Exeu. au.* Primo Dñs crucẽ ſuã portauit: qđ Iohannes refert anteq̃ iſte ueniret obuius: cui impoſita eſt. Et hoc congruo ordine myſterij, qa Chrs paſſus eſt pro nobis, no. re exem. vt ſe ve. eius. Et quia Simon de cyrenis eſt, quæ eſt in libya: per eum gentes ſignantur, qui primo peregrini à teſtamento Dei nunc obediendo ciues ſunt & domeſtici

Marginalia: *Iſidorus* · *Crucifigendi de lege Romana prius flagellantur.* · *Marc. 15. b* · *Iſa. 63. a* · *1. q. 4. certe ligia.* · *Luc. 23. b* · F · *Ex. in Mar. li. 4. ca. 27. tom. 9.* · *Ioan. 19. c* · *†Mar. 15. b* · *Luc. 23. d* · *1. Pe. 2. d*

dicitur Chriſtus? Dicunt omnes: Crucifigatur. Ait illis præſes: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabãt, dicentes: Crucifigatur. Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret, acceptã aqua lauit manus corã populo, dicens: Innocens ego ſũ à ſanguine huius iuſti, uos † uideritis. Et reſpondens vniuerſus populus, dixit: † Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. † Tunc dimiſit illis Barrabam: Ieſum vero flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur. Tunc milites præſidis ſuſcipientes Ieſum in prætorio, congregauerũt ad eum vniuerſam cohortẽ, & exuentes eum, chlãmidem coccineã circumdederunt ei. Et plectẽtes coronã de ſpinis, poſuerũt ſuper caput eius, & arũdinem in dextera eius: & genuflexo ante eum illudebãt ei, dicentes: † Aue rex Iudæorũ. Et expuentes in eum, acceperũt arundinẽ, & percutiebãt caput eius. Et poſtq̃ illuſerunt ei, exuerunt eum chlamyde: & induerunt eũ ueſtimentis eius, & duxerũt eum, vt crucifigerẽt. † Exeũtes autem inue

Interlinear: Qui rex veſter eſt. · Vt vxor mandauerat, nihil tibi & iuſto illi. · Quanto plus audiebant, quod Filius vellet eũ liberare. · Id eſt rebellionis crimen et contra Cæſarem impingeretur. · Quodammodo conteſtans, ego innocentem volui liberare. · Non in hoc Deum fallit, particeps eſt ſed innocentior eſt is qui dicunt: Crucifige crucifige. · Ego miniſter ſum legum, veſtra vox ſanguinem fundit. · Culpa & pœna. · Vnde per Iſaiam: Si lauaueritis manus ad me, non exaudiam: manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. · A Pilato, vt Iohannes ait, ideo flagellatum, vt nos à flagellis liberemur. · Quia obijciebatur ei quod vſurpaſſet imperium in populo Iudæorum, illuſionibus hoc oſtendunt. · Proprijs veſtimentis. · Pro purpura qua reges vtebantur. · Pro diademate. · Pro ſceptro. · Adorant vt regem.

bendum populi fauorem: minus tamen peccauit quàm Iudæi: quia eius motiuum fuit minus malum: Iudæi enim ad occidendum Chriſtum moti ſunt per rancorem & odium. Pilatus autem propter timorem Cæſaris & fauorem Iudæorum habendum.

h Tunc di. il Bar. *Facta reſponſione à Iudæis, quòd totum peccatum reciperent ſuper ſe & filios ſuos.*

i Ieſum au. *licet iſta flagellatio Chriſti ponatur hic poſt ſententiam iudicij, tamen fuit ante facta vt habetur Ioh. xix. quia ad hanc intentionẽ eum præcepit Pilatus flagellari & illudi, vt Iudæi eſſent ſatiati ſanguine eius, videntes eum ſic punitum etiam vltra condignum, & ideo ponitur hic quaſi per recapitulationẽ.*

k Tunc mi. *i. poſt flagellationem immediate & ante ſententiam.*

l Suſci. Ie. in præ. *vt magis illi illuderent in loco patenti & coram multitudine.*

m Et exu. *ſ. veſtimentis ſuis.*

n Chlamy. coc. *i. rubeam in ſimilitudinem purpuræ qua vtuntur reges.*

o Circund. ei. *ipſum veſtiendo.*

p Et plecten. co. de ſpi. *i. de iuncis marinis ad modum ſpinarum acutis. Et ego qui hæc ſcripſi audiui à quodam, qui fuerat vltra mare cum ſancto Ludouico rege Franciæ, quòd in littore maris ſenſerat puncturas iuncorum per ſotulares intermedios.*

q Poſuerunt ſu. ca. e. *pro ſimilitudine coronæ regiæ.*

r Et arum. in de. e. *pro ſceptro regio.*

s Et genufle. an. eum il. ei. *facto ſimiliter & verbo. vnde ſequitur:*

t Dicen. Aue rex iu. *q. d. voluiſti regnare, & non potuiſti: & ſic eorum illuſio accuſationi Iudæorum correſpondebat.*

u Et ex. in e. *tãq̃ in pſonã cõtẽptibilẽ & vilẽ.*

x Acce. arun. *de manu eius.*

y Et p. c. e. *Et ratione contemptus & ratione doloris infligendi: quia ex tali perſecutione acutæ coronæ intrabant caput eius.*

y Et poſtq. *Poſtq̃ deſcripta eſt ipſius Chriſti condemnatio iniuſta, hic ponitur iniquæ ſententiæ executio. Et primò ponitur ipſius Xpi iudicati crucifixio. Secundo, crucifixi illuſio, ibi: Prætereuntes. Tertio, illius expiratio, ibi: A ſexta autem hora. Circa Chriſti crucifixionem quatuor tanguntur: loci vilitas: Iudæorũ crudelitas, ibi: Et dederũt. Militũ cupiditas, ibi: Poſtquam autẽ. Latronũ ſocietas, ibi: Tunc crucifixi ſunt. Circa primum dicit ſic: Et poſtq. il. quia chlamyde illam coccineam impoſuerunt ſibi ſolum ad deriſionem eum ſicut regem falſum.*

a Et indu. eũ ue. e. *quibus ſpoliauerunt eũ, vt ſuſtĩ eſt: & hoc fecerũt, vt ductus ad mortẽ magis cognoſceretur ĩ ꝓpria veſte q̃ ĩ aliena.*

c Exeũ. hoc nõ eſt cõtra id qđ dicitur. Et baiulans ſibi crucẽ. &c. *Ipſe. n. priò portauit crucem ſuã, quãdo exiuit de domo Pilati, vt dicit Ioh. ſed qa erat fatigatus ex præcedenti labore ieiu*

Marginalia: G · H · *† videbitis Exemplum de ſpinis.* · *† Mar. 15. d* · *Luc. 23. d* · *Ioan. 19.* · *Circa Chriſti iſtius quatuor tanguntur.* · *† Mar. 15. b* · *Ioan. 19. c*

ȝ nijs & vigi-

## MORALITER.

g *Inno.* Leo Papa. Exceſſit ergo Pilati culpam facinus Iudæorum, ſed nec ipſe euaſit

## NICOLAVS DE LYRA.

a Quid enim mali fecit. *q. d. non allegatis cauſam ſufficientem, ſuæ mortis.*

b Et illi magis. *per clamorem autem & tumultum populi voluerunt obtinere quod non poterant per rationem habere, dicentis:*

c Crucifigatur. *i. morte turpiſſima & acerbiſſima moriatur.*

d Videns au. *Declarata Chriſti innocentia, vt viſum eſt, hic ponitur ipſius innocentis iniuſta condemnatio, quæ proceſſit ex parte iudicis ex timore, ne ſi dimitteret eum contra clamorem populi, accuſaretur poſtea ad Cæſarem. & hoc eſt quod dicitur hic: Videns au. Pi. oſtendendo Chriſti innocentiam ad eius liberationem.*

e Sed magis tu. *ſ. clamantis ad contrarium per ſeductionem ſacerdotum, vt viſum eſt.*

f Accepta acqua la. *ad hoc vt Iudæi totum peccatum ſuper ſe acciperent, & ipſe immunis eſſet à peccato. Sed hoc non ſuffecit ad omnimodam eius excuſationem, quia cum eſſet iudex tenebatur ex officio ſeruare iuſtitiam: & ideo grauiter peccauit faciendo contra eam, adhabendum*

b *Tunc di.* Hilarius. In quo archanum infidelitatis futuræ oſtenditur. ſ. Antichriſtum Chriſto præferendum.

k *Tunc mili.* Chryſ. Quæ igitur erit nobis cura de cetero, ſi contumelias ab aliquo patiamur, poſtq̃ Chriſtus hæc paſſus eſt? Et n. qđ fiebat ĩ Chriſto, vltimus contumeliæ terminus erat. nec vna particula tantum ſed vniuerſum corpus patiebatur iniurias. Caput per coronã & arũdinẽ & Colaphos. Facies: quia cõſpuebatur genæ & alapis cædebantur. Corpus totum per flagella denudatur, & circũdationẽ Chlamydis ad fictam adorationem. manus p arundinem quã dederant ei pro ſceptro. ac ſi timerent ne prætermitterent aliqđ grauiſſimæ præſumptionis. Moraliter. Rab. Caput Chriſti Deus, igitur calamo Chriſti caput percutiunt qui diuinitati eius contradicentes errorem ſuum autoritate ſacræ ſcripturæ, quæ calamo ſcribitur, firmare conãtur. Spuũt in faciẽ eius, qui plenitũ gratiæ ſue uerbis execrandis reſpuũt, & Deum in carne veniſſe denegant. Falſo autem illum adorãt qui eũ credunt, ſed puerſis actib. deſpiciunt.

b *Et du.* extra ciuitatem, vt per hoc oſtenderetur, quòd pro totius mundi ſalute patiebatur. Heb. xiij. b. Ieſus vt ſanctificaret populum ſuum extra portam paſſus eſt.

c *Exeuntes autem inue.* ho. cy. Hierony. Myſtice crucem ſuſcipiunt nationes, & peregrinus obediens portat ignominiam Saluatoris.

ȝ Et dederunt.

Marginalia: *Hom. ad pop. 20.* · *Hom. 88 in cap. 27. a Mat. tom. 2.* · *Moraliter* · *Luc. ſup. cit.*



& domeſtici Dei & hæredes. Simon. n. obediens, cyrene hæres interpretatus, Qui bene de villa venit. i. de gentilitate. Villa Græce pagus, vnde pagani. qui a ciuitate Dei ſunt alieni: qui relictis paganis ritibus paſſionis veſtigia imitantur. Vel in Domino figurantur: qui ſponte portant crucem Domini, in Simone qui inuiti.

a *Cyreneum.* Ecce non Hebræus, ſed alienigena opprobrio Chriſti ſubditur, vt plenitudo ſacramẽtorum tranſire à circumciſione ad præpucium oſtendatur.

b *Golgotha.* Syrum eſt, & interpretatur Caluariæ non ob caluitium Adæ quẽ mentiũtur ibi ſepultum, ſed ob decollationem damnatorum. Adam iuxta Hebron in libro Ieſu legitur ſepultus. Loca ſunt foris portam in quibus capita truncabantur damnatorum. Et Caluariæ: hoc eſt decollatorum ſumpſere nomen. Q. ergo noxius inter noxios.

c *Cum felle mi.* Alius euangeliſta dicit Myrrhatũ i. amariſſimum. Et potuit vtraq; eſſe cõmixtio fellis & myrrhæ.

d *Et cum guſ. noluit.* Hoc Marcus tacet noluit bibere. Hoc eſt quod Marcus ait: non accepit. ſ. vt biberet.

e *Diuiſerunt.* Hoc Iohãnes diſtinctius: veſtimenta in quatuor partes vt eccleſia in quatuor partibus mundi ſignetur. Tunica ſortita, ſignificat omnium partium vnitatem vinculo charitatis, quæ ſorte. i. gratia Dei prouenit, non humano arbitrio.

f *Cauſam.* Pro qua eum Iudæi Pilato tradiderunt. Rex per crucem non perdidit ſed confirmauit imperium, velint nolint Iudæi.

g *Vnus à dex.* Vnus à dextris per quem mortificatio ſignificatur carnis pro cœleſti gloria: vnus à ſiniſtris, per quem iterum ſignificatur mortificatio carnis pro aliqua mundi cauſa.

h *Blaſphemabant.* Prædictum erat in libro ſapientiæ: Morte turpiſſima condemnemus eum: Erit. n. reſpectus in ſermonibus illius: Si. n. vere filius Dei eſt, ſuſcipiet illum, & de manu contrario rum ſuorum liberabit illum. Quia crucifigebatur, & non liberabatur, credebant illum non eſſe Dei filium: propterea pendenti in ligno inſultant, & caput agitant.

i *Si filius Dei es.* Si inſultantibus cedẽs deſcenderet de cruce, virtutem patientiæ non demonſtraret.

k *Et credemus ei.* Fraudulenta promiſſio: maius facit ſurgens de ſepulchro, & non creditis: ſi ergo de cruce deſcẽderet, non crederetis. Sed hoc dæmones immiſerunt, ſtatim. n. ſenſerunt virtutem crucis, & ſuas vires fractas & hoc agunt vt de cruce deſcendat. Sed ſciens hoc Dominus, permanet vt diabolum deſtruat.

Marginalia: A · B · *Marc. 15. b* · *Pſal. 21. d* · *Ioan. 19. d* · *Sap. 2. d* · *Phariſæi*

nerunt hominem cyreneum nomine Simonem: hunc † angariauerunt vt tolleret crucem eius. † Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod eſt * Caluariæ locus. Et dederunt ei † vinum bibere cum felle mixtum. Et cũ guſtaſſet, noluit bibere. Poſtquam autem crucifixerũt eum, diuiſerunt veſtimenta eius ſortem mittentes, vt impleretur quod dictum eſt per prophetam dicentem: † Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Et ſedentes ſeruabant eum. † Et impoſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam: Hic Ieſus † eſt rex Iudæorum. Tunc crucifixi ſunt cũ eo duo latrones, vnus à dextris, & vnus à ſiniſtris. † Prætereuntes autem blaſphemabant eum mouentes capita, & dicentes: † Vah qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædificas. Salua teipſum. Si filius Dei es, deſcende de cruce. Similiter & principes ſacerdotum illudentes cum ſcribis & ſenioribus, * dicebant: † Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Si rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de cruce, & credemus ei. Con-

Interlinear: Vt vbi erat area damnatorum, ibi ſint vexilla martyrum. · Decollatorum. · Qui omnes conuerſi ſunt ei in mortem, ſuam in illum vitis alienæ. · Vel pro amaritudine. · Guſtauit quidem mortem ad horam, ſed tertia die reſurrexit. · Tunicam inconſutilem. · Diligentia hæc nobis proſicit, vt apertior virtus reſurrectionis appareat. · Pilatus & miniſtri. · Non in via veritatis pedem ponentes. · Sicut mobiles greſſu corporum, ita & mente, ita termote. · Fatuus populus concordat voci falſorum teſtium. · Nolentes verum dicunt, & qui hoc potuit, poſſet vtique, ſed minus voluit ut faceret maius.

dũ eſt. Scribitur. n. in quodam libro Hebraico qui apud eos intitulatur liber Iudicũ ordinariorũ: q; quia Salomõ dixerat, Date ſiceram. i. potum inebriatiuum mœrentibus, & vinũ his qui amaro ſunt à vino, vt bibant & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recordentur amplius. Ideo ex occaſione huius verbi ſeniores Iudæorũ ſtatuerãt, vt cõdẽnatis ad mortẽ daretur vinũ aromaticũ ad bibẽdũ, vt facilius tolerarent paſſionẽ. In Ieruſalẽ autẽ erant matronæ deuotæ & cõpaſſiuæ, quæ hoc vinũ dabãt ex deuotione. Iudæi ergo ex nimia crudelitate moti tale vinũ datũ p Chriſto & alijs duobus cum eo crucifixis acceperunt ſibi ſecundum q; dictum erat Amos. ij. c. Vinum damnatorum bibebant et loco eius poſuerunt acetum cum felle mixtum.

c Et cum gu. no bi. *Marcus dicit: Et nõ accepit ad bibendum, ſed ſolum ad guſtandum modicum, vt ſic impleretur in eo quod ſcriptum eſt in Pſal. lxviij. e. Dederunt in eſcam meã fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto.*

d Poſtquam cru. eum. *Hic ponitur militũ crucifigentium cupiditas, hoc q; abſtulerunt ſibi veſtimenta ſua omnia: cum tamen dãnatis ad mortẽ dimittatur aliqđ veſtimẽti ad carnis ſuæ operimẽtũ. et hoc eſt q; dicit.*

e Diuiſerunt ſi. ve. e. *in quatuor partes, ſecundum quod dicitur Ioh. xix. quia quatuor erant milites ipſum crucifigentes.*

f Sortem mit. *Iſta ſors fuit miſſa ſuper tunicam Domini inconſutilem, quæ erat facta quaſi reticulato opere, & ideo non poterat bene diuidi cum non haberet aliquam ſuturam, & ideo miſerunt ſortes, quis haberet eam integram.*

g Vt adim. quod d. eſt per pro. d. Diui. ſi. *ſecundũ Hier. iſtud non eſt de textu Matthæi, nec eſt in antiquis libris, ſed tantum in euangelio Iohannis. Expoſitio tamen huius autoritatis patet ex dictis.*

h Et ſeden. ſe. eum. *ne aliquis raperet eum de cruce antequam eſſet mortuus.*

i Et imp. ſu. ca. e. *Iſte erat modus Iudæorũ, q; ſuper capita crucifixorum ponebatur cauſa condemnationis ipſorũ. Ipſe autem accuſatus fuerat, q; ſibi volebat vſurpare regnum Iudæorum, vt viſum eſt.*

k Tunc cru. ſunt cum eo. *Hic deſcribitur latronum ſocietas. Ad hoc. n. crucifixi ſunt cum Chriſto ex intentione Iudæorũ, vt Xpus videretur particeps, & magiſter in malefactis eorũ. Sed ex intẽtione Dei hoc permittitis factũ eſt, vt impleretur qđ de Xpo ſcriptũ erat: Iſa. liij. d. Et cũ ſceleratis reputatus eſt.*

l Prætereuntes a. *Hic deſcribitur ipſius Xpi crucifixi deriſio: qa primo fuit deriſus à prætereuntibus, hoc eſt à vulgaribus hominibus circa locum crucis concurrentibus, dicentibus, m Vah. Interiectio eſt inſultantis ſeu deridẽtis. Qui deſtruis tem. Dei. Imponebãt. n. ſibi, q; hoc dixerat, Sed hoc falſum erat vt viſum eſt cap. præced.*

n Salua te ipſum. *q. d. non potes, ex quo patet falſitas tua. Secũdo fuit deriſus à ſacerdotibus & hoc eſt qđ dicitur,*

p Similiter & prin. ſa. illu. cum ſcri. *id eſt legiſperitis.*

q Et ſeniori. *id eſt iudicibus ordinarijs.*

r Dicebant. alios ſa. fe. *q. d. non eſt verum: quia ſi poſſet facere talia, ſaluaret ſemetipſum.*

ſ Si rex Iſrael eſt. *non quicunq; ſed Meſſias promiſſus in lege.*

t Deſcen. n. de cru. *quia alij reges non poſſent talia facere.*

u Et crede. ei. *Falſum dixerunt, quia maiora fecit, quando Lazarum ſuſcitauit, & quando poſt mortem de ſepulchro ſurrexit, & tamen non crediderunt ei. Tertiò fuit deriſus à latronibus, & hoc eſt quod dicitur,*

ȝ Idipſum

Marginalia: C · *Prou. 31. a* · *† adegeſſe* · *† Mar. 15. b* · *Luc. 23. c* · *Ioa. 19. d* · D · *† גלגלתא Golgotha* · *Ioan. 19. d. vt impleretur quod dictũ eſt per propheta dicentẽ: Diuiſerũt ſibi veſtimẽta mea, & ſuper veſtem meã miſerunt ſorte non habetur.* · *† Mar. 15. c* · *Luc. 23. e* · *Ioan. 19. d* · *† Nazarenus* · *† Mar. 15. c* · *† Luc. 23. c*

ȝ Idipſum

## NICOLAVS DE LYRA.

ȝ nijs & vigilijs: *ideo milites coegerunt Simonem ad portãdum eius crucem, vt citius poſſent peruenire ad locum crucifixionis, vt dicitur hic.*

a Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha. quod eſt Cal. lo. *Ille locus nõ eſt ſic nominatus à Caluaria Adæ ibi ſepulti, vt dicunt aliqui: quia Adam fuit ſepultus in Hebron vt habetur Ioſue. xiiij. propter q; Hebrõ dicebatur antiquitus Cariatharbe. i. ciuitas quatuor: qa quatuor magni patriarchæ ſunt ibi ſepulti cum vxoribus ſuis. ſ. Adam & Eua, Abraham & Sara, Iſaac & Rebecca, Iacob & Lia. Dicitur ergo Caluariæ locus, quia locus ille erat plenus capitibus mortuorum, qui ibi decollabãtur: quia ibi maleſactores puniebantur: & ſic patet loci vilitas, in quo Chriſtus crucifixus eſt.*

b Et de. *Hic conſequenter ponitur Iudæorum crudelitas, cum dicitur: Et de. ei vi. cum fel. mix. Iohãnes ãt dicit, q; dederũt ei acetũ. Ad euidẽtiã aũt huius cõſiderãdũ, q; aliqi dicũt hoc eſſe factũ vt citius moreretur: & ſic milites de eius cuſtodia citius expedirentur, quia debebant eum cuſtodire, quouſq; expiraſſet. Dicũt. n. q; exiſtẽtes in tormento, ſi potẽtur aceto, citius moriũtur: Sed hoc nõ videtur multũ ꝓbabile: qa acetũ eſt frigidũ, & p cõſequẽs videtur magis mortẽ taliũ differre: p p qđ aliter dicẽdum*

## MORALITER.

b Et dede. ei vin. bi. cum fellæ mixtum. Hoc moraliter faciunt qui membra eius amaritudinibus affligunt.

e Diuiſerunt ue. eius. Hoc nequiter attentant, qui eccleſias ſpoliant.

k Tũc c. ſ. c. e. d. Per iſtos duos latrones deſignãt oẽs q artioris vitæ cõtinẽtiã apprehẽdũr. Quicũq;. n. intẽtione placẽdi Deo hoc faciũt deſignãt p illũ, q à dextris Xpi crucifixus eſt. Qui verò pro appetitu laudis humanæ, vel aliqua min⁹ digna intẽtione, p illũ q à ſiniſtris.

l Prætereunts au. blaſ. eum mou. capita & dicen. Sic & modo qui viam prætergrediuntur iuſticiæ, non ceſſant ipſum blaſphemare.

o Si filius Dei es. Ra. Si autem nunc de cruce deſcenderet, virtutem patientiæ non demonſtraret: ſed expectauit paululum, irriſionem ſu

ȝ ſtinuit.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Idipſum an. & l.* Prius vterq; blaſphemauit, deinde viſis ſignis vnus credidit. Ita vterq; populus Deum prius blaſphemauit: ſed alter ſignis territus penituit, & nunc Iudæos arguit. Vſitate dicitur: Et ruſtici inſultāt, mihi, ſi vnus hoc facit. Ita & hic. Lucas.n. ait vnum fideliter dixiſſe. Memento mei Domine dum, &c. moralem ſanctę crucis figuram deſcribit Paulus, vbi ait: In charitate radicati & fundati, vt poſſitis cōprehendere cum omnibus ſanctis, q̄ ſit longitudo, latitudo, ſublimitas & profundum. Cognoſcere etiā ſupereminentem ſcientię charitatem Chriſti. In latitudine quippe opera charitatis ſignificat. In longitudine, perſeuerantiā conuerſationis ſanctæ vſq; in finē. In altitudine, ſpem cæleſtiū præmiorum. In profundo, inſcrutabilia iudicia Dei. Quando iſta gratia inter homines venit, & hæc coaptâtur ſacramēto crucis, vt in latitudine accipiatur tranſ[illegible]ſum lignum quo extendūtur manus propter operū ſignificationē. In lōgitudine, ab ipſo vſq; in terrā, vbi totū corpus erat, ſignificatur perſiſtere .i. longanimiter permanere. In altitudine ab ipſo trāſuerſo ligno ſurſum verſum vbi caput erat, pp ſpectationem ſupernorū, ne illa bona opera, & in eis perſeuerantia, pp beneficia Dei terrena ad temporalia faciēda credatur: ſed propter illud ſempiternū quod deſuper ſperat fides, quæ per dilectionem operatur. In profundo autem pars illa quæ in terra abdita defoſſa latet, ſed inde conſurgit omne illud, quod eminet. Sicut ex occulta Dei voluntate vocatur homo ad participationem tantæ gratiæ alius ſic, alius autem ſic: Supereminentem vero ſcientiæ charitatem Chriſti, eam profecto, vbi pax illa eſt, quæ præcellit omnem intellectum.

(Margin: Luc. 23. f — Ephe. 3. d — †deo — *Eum. — †Mar. 15. c Luc. 23. f — † אלי אלי למה שבקתני eli eli lam maſabatani & eſt vltima dictio Chaldæa, ſiue Sira, — Gal. 5. a)

b *A ſexta an. ho.* Nota ſole a centro mundi receſſuro crucifigitur Dominus, quia propter peccata moritur, & Adā poſt meridiem cū peccaſſet, vocem Dñi audiuit. Et ordo eſt rōnis, vt quo tpe præuaricanti Adæ clauſit, eo tpe pęnitenti latroni ianuam reſeret paradiſi. Quod Marcus ait hora tertia crucifixiſſe Dñm, ideo eſt, vt Iudęos qui ſe excuſant, magis crucifixiſſe oſtendat linguis quàm milites, quorum manibus factum eſt: qui hora tertia vt crucifigerentur, inclinauerunt: Quando.n. crucifixus eſt, hora erat quaſi ſexta .i. non adhuc plene ſexta. (Gen. 3. b — Mar. 15. c)

c *Et cir. ho. no* Cum inclinata eſt dies ad veſperā & tepefactus eſt ſol a feruore, paſſionem cōſummat, oſtendens ſe mori pp peccata noſtra, quibus à diuina luce & dilectione in hanc noctem cecidimus. Mane ſurrexit Dominus, docens reſuſcitatos in anima ſe eſſe producturum in lucem ęternę felicitatis.

d *Eli Eli la.* Quorum ſuſcipit naturam eorundē plorat miſeriā. In quo oſtendit quâtum ipſi flere debent qui peccant. Ne mireris verborum humilitatem, & querimonias derelicti, cum formam ſerui ſciens ſcandalum crucis videas.

e *Quidam i.* Non omnes, forſitan Romani Hebræi ſermonis ignorantes proprietatem. Vel aliqui Iudæi Chriſtum minorem Elia reputantes, ut eius auxilium deprecetur.

f *Et con. cur.* Quare acetum ſit ei datum Iohannes oſtendit dicens: Sciens Ieſus quòd omnia alia conſummata ſunt, ut & hoc impleretur. Et in ſiti mea potauerunt me aceto, dicit: Sitio. Iudæi erant acetum degenerantes a uino patriarcharum de pleno uaſe, de iniquitate huius ſeculi impleti, cor habētes ut ſpongiam cauernoſis & tortuoſis latibulis fraudulentum ut ſpongia. Spōgia herba eſt uacua & cauernoſa. Hiſopus humilis herba et purgans pectus, humilitatem Chriſti ſignificat. Spongia ergo hiſopo circumponunt, quia humilitatem Chriſti circundederunt & ſe cicumueniſſe putauerunt. Arundo ſignificat ſcripturam, quæ hoc facto implebatur. Imponunt ergo ſpongiam arundini, id eſt euentum rei præmiſſę prophetię adiungunt. (Pſal. 68. e)

g *Sine, videa.* quia uocem Domini male intelligebant, fruſtra Eliæ expectabant aduentum.

Et ecce

fidit in †Deum: liberet eū nūc ſi vult*. a Dixit enim, quia filius Dei ſum. Idipſum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. b A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram, uſque ad horam nonam. † Et circa horam nonam clamauit Ieſus voce magna dicens: † Eli eli lamma azabtani: hoc eſt: Deus meus Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Quidam autem illic ſtantes, & audientes dicebant: Eliam vocat iſte. † Et continuò currens vnus ex eis acceptam ſpongiam impleuit aceto, & impoſuit arundini, & dabat ei bibere. † Cęteri verò dicebant: Sine: videamus, an veniat Elias liberans eum. Ieſus autem iterum clamans

(Interlinear: Plurale pro ſingulari. — Compatiuntur elementa conditori ſuo. — Ne ſol pendentem dominum videret, vel ne impij ſua fruerentur luce. — Ne putetur conſueta eclipſis, per tres horas tenebræ factæ ſunt. — Suſcepta naturæ in primis parentibus corruptæ deplorat miſeriam. — Humana natura erat derelicta, ſed non Dei filius. — Ex eo quod dixit, eli. — Quid dixerit Lucas aperit. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.)

## NICOLAVS DE LYRA.

a Idipſum. *id eſt verba præmiſſa.*

b Et la. im. ei. *contrarium videtur Lucæ. xxiij. vbi dicitur, q̄ vnus increpabat eum, alter autem rogabat eum dicens: Domine memento mei, dū veneris in regnum tuum. Dicendum q̄ Matthæus loquitur ſecundum illum modum loquendi, quo ſocietas dicitur aliquid facere, quando vnus de ſocietate hoc facit. Vel aliter dicendum, q̄ uterq; improperauit primò Chriſto ſed alter uidens poſtea patientiam Chriſti pœnituit, & miſericordiam petijt: & ſic inuenit.*

c A ſexta autem hora. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius Chriſti crucifixi & deriſi expiratio: vbi primò notatur perturbatio elementorum quaſi Chriſto morienti compatientium. Secundò confeſſio aſſiſtētium ibi: Cēturio autem. Prima in duas: quia primò deſcribitur perturbatio corporum ſuperiorum. Secūdò inferiorum, ibi: Et ecce uelum. Circa primum dicit ſic:* A ſexta hora tenebræ factæ ſunt. *Hieronymus dicit ſuper iſtū locum, q̄ iſtæ tenebræ fuerunt factæ per retractionem radiorum ſolis diuina virtute. Origenes autem dicit, q̄ hoc factum eſt per interpoſitionem nubium denſarum. Sed in hoc magis credendum eſt Dionyſio, qui dicit in epiſtola Ad Policarpum hoc fuiſſe per interpoſitionem lunæ inter terram & ſolem: ſicut fit in eclipſi ſolis: Et idem dicit, q̄ ipſe hoc uidit tunc exiſtens in Aegypto, ubi eſt aeris puritas: quia rariſſimæ ſunt ibi nubes & pluuia: propter quod talia potuit tūc magis perpendere. Vidit ergo, ut dicit, lunā ab oriente aſcendentem uerſus meridiē, & ſupponentem ſe ſoli. Hieronymus autem et Origenes non loquuntur de illa eclipſi aſſerendo, q̄ ſic fuerit ut dicunt, ſed q̄ potuit ſic fieri. Ex dictis patet, q̄ illa eclipſis non potuit naturalis eſſe ſed miraculoſa: Et hoc multipliciter. Primò quia luna erat quintadecima, ut patuit ca. præcedenti. & tunc luna diſtat à ſole per diametrum cęli Eclipſis autem ſolis non poteſt fieri naturaliter, niſi tempore cōiunctionis ſolis & lunę. propter quod dicit Dionyſius, quod mirabatur: quia non erat tempus conueniens ad talem coniunctionem. Secundum miraculum fuit ibi: quia tranſacta eclipſi luna rediit ad orientem, ita q̄ in ueſpere fuit in oriente ſole exiſtente in occidēte: & ſic orbes eorum ſunt ad priſtinum ſtatum reſtituti. Tertium miraculum fuit ibi, quia pars orientalis ſolis primo fuit obſcurata, & iterum vltimo illum nata. Contrario autem modo fit eclipſi naturali.*

(Margin: †Mar. 15. — Eclipſis tempore paſſionis Chriſti fuit miraculoſa. — †Mar. 15. Ioan. 19. †Mar. 15.)

d Super vniuerſam terram. *Hic accipitur pars pro toto, Eclipſis.n. ſolis non poteſt eſſe uniuerſalis. & propter hoc quando dicitur ſuper uniuerſam terram, intelligendum eſt de terra Iudæa.*

e Vſq; ad horam no. *Ex quo patet, q̄ luna fuit immobilis ſub ſole per tres horas. Et in hoc fuit quartum miraculum illius eclipſis: quia in naturali eclipſi luna continuè mouetur ſub ſole.*

f Et circa horam nonam clamauit Ieſus uoce magna dicens: Eli Eli lamma azabtani hoc eſt. *El in Hebræo idem eſt quod Deus, iota litera Hebraica adiuncta facit ſignare cum hoc, meus: & ideo Eli idem eſt quod Deus meus. lamma una eſt dictio per ſe, & idem ualet quod quare in Latino. azabtani non eſt uera litera, quia non deſignat idem quod derelequiſti me, ſed debet præponi ibi quædam litera, quæ uocatur Ain, & ſonat ſicut a. formatum in gutture. unde debet ſic ſcribi azabtani, & tunc ſignificat idem quod, derelequiſti me, ſed per ignorantiam ſcriptorum corrupta eſt litera in latinis libris. Dicit autem Chriſtus ſe derelictum à Deo patre, quia dimittebat eum in manibus occidentium.* (Margin: Interpretatio iſtorum nominum Hebraicorum Eli eli lamma azabtani.)

h Quidam autem illic ſtantes. *ſcilicet milites ipſum cuſtodientes, qui erant gentiles, propter quod linguam Hebraicam ignorabant, dicebant,*

i Eliam vocat iſte. *Cætera patent vſq; ibi,*

k Ieſus autem iterum clamans uoce magna emiſit ſpiri. *Ex quo patet q̄ illa uox non fuit naturalis ſed miraculoſa, quia homo magno cruciatu & longo afflictu, & ex tali afflictione morti ſic proximus non poſſet ſic clamare virtute naturæ.*

Et ecce

## MORALITER.

* ſtinuit, & qui de cruce deſcendere noluit, de ſepulchro reſurrexit.

c *A ſexta.* Orig. Sicut Moyſe extendente manus in cœlum factæ ſunt tenebræ ſuper Aegyptios, ſic & Chriſto hora ſexta manus extendente in cruce ad cælum ſuper populum, qui clamauerat, Crucifige eum: factæ ſunt tenebræ, & omni lumine priuati ſunt in ſignum futurarum tenebrarum, quæ apprehenſuræ erant Iudaicam gentem.

g *Deus meus, Deus meus ut quid dereliquiſti me.* Gloſſa. Subtraxit protectionem, ſed nō ſoluit vnionem. Sic martyres in manibus carnificum dereliquit, quos tamen charitate firmiſſima ſibi iunxit.

k *Ieſus autem iterum clamans vo. ma. emi. ſpi.* Oſtendens ex clamore ſupernaturali, quòd ex maxima charitate tradidit noſtræ ſalu-

* tis precium



a *Et ecce velum temp.* Vt arca teſtamenti & omnia ſacramenta legis, qua tegebantur, appareant, & ad gentes tranſeant. Ioſephus ait virtutes angelicas præſides quondam templi nunc pariter conclamaſſe: Tranſeamus de his ſedibus. Velū quod dicebatur exterius, quia nunc ex parte videmus: Cum autem venerit quod perfectum eſt, tunc velum interius dirumpetur. (1. Cor. 13. c)

b *Terra mo. eſt.* Omnia elementa ſuum Dominum crucifixum demonſtrant: Terra mouetur, Dominum ſuum pendentem terræ non ſuſtinens.

c *Petr.e.* i. corda gentilium, vel vaticinia prophetarum, qui petræ dicuntur a petra Chriſto. vt quidquid in eis duro legis velamine clauſulum erat, ſciſſum pateret gentibus. Myſticè. Corda terrenorum per paſſionem Chriſti cōmutantur. Petræ ſciſſæ ſunt, quia duricia Iudaica ex parte erat emollienda. (Myſtice)

d *Et monu.* Et tamen, cum monumenta aperta ſunt, non ante ſurrexerunt, quàm Dominus reſurgeret, vt eſſet primogenitus ex multis fratribus.

e *Corpora ſ.* Hi credendi ſunt cum dño aſcēdente ſiſr aſcēdiſſe cum corpore. (Roma. 8. f)

f *In ſanctam ci.* Ieruſalem quæ ſancta dicitur propter templum & ſanctaſanctorum quod nulla alia.

g *Centurio au.* Hi in ſcandalo crucis cōfitentur Dei. Arrius in eccleſia prædicat creaturam, quem cæci Iudæi nec tot miraculis credunt. In centurione fides eccleſiæ deſignatur, quæ velo cęleſtium myſteriorum per mortem domini reſerato, Ieſum filium Dei tacente ſynagoga confirmat. (†facta fuerant. — *ſpectātes)

h *Mulieres m.* Matthæus & Lucas dīt Mariam Magdalenam a longe ſtetiſſe. Iohannes verò iuxta crucem, quia tanto interuallo aberat, vt iuxta diceretur: quia p̄ſto erat in cōſpectu eius, & longe comparatione turbę propioris. Poſſumus etiam dicere q̄ illæ quæ erant cum matre Domini poſtquam eam commendauit diſcipulo, abire cęperāt iam, vt a denſitate turbæ eruerēt ſe &c. quę facta ſunt lōgius intuerent. (Luc. 23. g — Ioan. 19. f — †ferunt ſe nt)

i *Miniſtrantes ei.* Cōſuetudinis Hebraicæ erat, vt mulieres de ſubſtantia ſua p̄ceptoribus ſuis miniſtrarēt: qđ & dñs accepit, vt exemplum daret apoſtolis.

k *Iaco.* Iacobus Alphæi minor dicitur ad differentiā Iacobi, qui inter primos apoſtolos vocatus eſt & electus à Domino.

l *Homo diu.* quia ad præſidem niſi diues accedere nō poterat, non q̄ diuitias commendet euangeliſta. Dictus eſt, & decurio, quia fuit de ordine curiæ, & officium curiæ miniſtrabat per hoc potuit habere facultatem, per hoc quòd diſcipulus, hoc miniſterio dignus fuit.

m *Diſcipulus erat Ie. Hic acceſ. ad P.* Etſi occultus, vitās prius inimicitias Iudæorū, in hoc extremo officio nihil curat de illis.

In ſyndone

a uoce magna, emiſit ſpiritum. † Et ecce uelum templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo uſque deorſum. Et terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monuméta aperta ſunt. & multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt. Et exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius uenerunt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. † Centurio autem, & qui cum eo erant, cuſtodientes Ieſum, uiſo terræmotu & his, quæ † fiebant, timuerunt ualde, dicentes: Verè filius Dei erat iſte. Erant autem ibi mulieres multæ à longè, * quæ ſequutæ erant Ieſum à Galilæa miniſtrantes ei. Inter quas erat Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi, & Ioſeph mater, & mater filiorum Zebedæi. † Cùm ſero autem factum eſſet, venit quidam homo diues ab Arimathia nomine Ioſeph, qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu. Hic acceſſit ad Pilatum, & petijt corpus Ieſu. Tunc Pilatus iuſſit reddi corpus. † Et accepto cor-

(Interlinear: Non alius extorſit. — In nouum & vetus teſtamentum. b Ab initio mundi quando homo conditus eſt, vſq; ad conſummationem ſeculi. — In typum futuræ reſurrectionis. — Quo ordine hoc, & quando conſiderandum eſt. — Ad teſtimonium dominicæ reſurrectionis. — Pro antiquo nomine, vt Matthæus publicanus. — i. idonæis. — Non omnibus: quia non generalis reſurrectio. — Milites. — De qua Dominus eiecerat ſeptem dæmonia. — Soror matris Domini. b Minoris. — Qui regnum ſuis poſtulauerat filijs. — Ipſa eſt Ramatha, Helchiæ & Samuelis ciuitas. — Ecce Ioſeph dignus apud ſeculum.)

## NICOLAVS DE LYRA.

a Et ecce ue'um tem. *Hic ſecundò declaratur perturbatio elementorum inferiorum, quia ad motum terræ & aeris velum templi ſciſſum eſt. Illud autem velum erat ſecūdum aliquos in introitu templi, prohibēs aſpectum eorum, quæ erant intra templum: & ideo per talem ſciſſionem declarata eſt impletio veritatis in morte Chriſti, quę latebat in figuris veteris Teſtamēti. Scđm alios verò, nō fuit velū qđ erat in introitu templi, ſed velū qđ erat intra tēplū inter ſanctū & ſanctumſanctorū: & ſciſſio eius idem ſignificat quod prius dictum eſt. & hoc dicunt communius doctores. De vtroq; vero uelo dictum fuit plenius. Exo. xxvi.*

b Et terra mo. eſt. *quaſi non potens ſuſtinere mortem Chriſti.*

c Et petræ ſciſsæ ſunt. *in ſignum huius, q̄ corda quantumcunq; dura deberent Chriſto morienti compati.*

d Et monumenta aperta ſunt. *ex terræmotu, ad denotandum, q̄ reſurrectio Chriſti propinqua erat & aliorum cum ipſo reſurgentium.*

e Et multa corpora ſanctorum qui dor. ſur. *nō tūc quādo monumēta aperta ſunt. ſ. hora mortis Chriſti, ſed poſtea quando reſurrexit: quia cum eo ſurrexerūt tāquam teſtes ſuæ reſurrectionis, & hoc eſt quod ſubditur:*

f Et exeuntes de monumentis poſt reſurrectionē eius. *id eſt Chriſti.*

g Venerunt in ſanctam ci. *i. Ieruſalem: Quæ dicebatur ſancta, propter templum diuino cultui deputatum, quod erat ibi:*

h Et apparuerunt multis. *ad declarationem dominicæ reſurrectionis.*

i Centurio au. *Hic ponitur aſſiſtentium confeſſio. & primò centurionis & ſuæ ſocietatis: qui videntes ſigna prædicta in morte Chriſti, confeſſi ſunt veritatem ſuæ diuinitatis dicentes:*

k Verè filius Dei erat iſte. *& per cōſequens eiuſdem naturæ cum eo. Secundò ponitur confeſſio mulierum deuotarum, quæ confitebantur eum facto, inquātum aſſiſtebant ipſi morienti: quod non audebant facere apoſtoli: quia ſolus Iohānes legitur ibi ſtetiſſe: & hoc eſt quod dicitur:* (†Mar. 15. d Luc. 23. g)

l Erant autem ibi mulie. multæ à longe. *Contrarium uidetur Io. xix. vbi dicitur, q̄ ſtabant iuxta crucem. Dicendum, q̄ erant longè reſpectu militum Chriſtum crucifigētium & cuſtodientium: ſed propè erant reſpectu aliorum aſtantium. Non erant .n. ita longè, quin poſſent eum loquentem audire, quando dixit matri ſuæ: Mulier ecce filius tuus, &c.*

m Quæ ſecu. erant. *Ex deuotione quam habebant ad audiendum verbum eius.*

n Miniſtrantes ei. *n. cęſſaria vitæ ſuæ de facultatibus ſuis. iſte .n. erat mos Iudæorum, quòd neceſſaria vitæ adminiſtrabant doctoribus.*

o Inter q. erat Maria Magdalenæ. *ſic nominata à Magdalo caſtello.*

p Et Maria Iacobi & Ioſeph ma. *Iſta erat ſoror Marię matris Chriſti. Et mater filiorum Zebedai. ſ. Iacobi & Iohannis.* (†Mat. 15. d Luc. 23. g)

q Cum ſero autem factum eſſet. *Hic deſcribitur ipſius Chriſti mortui deuota tumulatio, vbi duo ponuntur. Primum eſt ſepelientium deuotio. ſecundum, Iudæorum malignātium machinatio, ibi: Altera autem die. Circa primum aduertendum, quod licet mors Chriſti fuerit ignominioſa, vt patet ex prædictis, ſepultura tamē eius fuit nobilis & ſumptuoſa. Cuius ratio eſt: quia paſſibilitatem & humanitatem aſſumpſit Chriſtus propter noſtram redemptionem: & ideo ipſa completa in ſua morte, prædicta debuerunt ceſſare, & ea quæ ſequebantur quodammodo ad gloriam ſuæ reſurrectionis pertinere. Vtrumq; autem fuerat prædictum per Iſa. prophetam de turpitudine mortis eius. Iſa. liij. c. Tāquam ouis ad occiſionem ducetur. Et ſequitur ibidem: Cum ſceleratis reputatus eſt. De nobilitate ſepulturæ eius dicitur Iſa. xi. c. Radix Ieſſe qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gētes deprecabuntur, & erit ſepulchrum eius glorioſū, hoc eſt ergo quod dicitur hic,* Cum ſero autem factum eſſet. *quia circa ueſperam feriæ ſextæ depoſitus eſt de cruce.* (Diuiſio — †Mar 15. d Luc. 23. d Ioan. 19. g — †De cō. di. 1. c. conſulto.)

r Venit quidam homo diues. *& propter hoc potuit de facili accedere ad Pilatum, & quia erat nobilis, & vnus de curia, ut habetur Lucæ. xxiij.*

ſ Ab Arimathia. *Iſta eſt ciuitas quæ 1. Reg. dicitur Ramatha. De qua fuit oriundus Samuel.*

t Nomine Io. *Nomen aūt eius exprimitur, quia erat homo famoſus.*

u Qui & ipſe diſci. erat Ieſu. *occultè tamē ne expelleretur de ſynagoga, quia ſcđm qđ dicitur Ioh. xij. Ex principibus multi crediderūt in Ieſum, ſed propter Phariſæos nō confitebantur, ne de ſynagoga eijcerētur.*

x Hic acceſſit ad Pi. *depoſito enim timore, confidenter.*

y Petijt corpus Ie. *ad ſepeliendum honorificè.*

z Tunc Pilatus iuſ. reddi c. *Tum quia Ioſeph erat homo ualens & nobilis, propter quod Pilatus petitioni eius uoluit acquieſcere, Tum quia ſciebat Chriſtum crucifixum iniuſtè.*

a Et accepto cor. Io. inuo. *hoc eſt in panno lineo mundo, Propter quod corpus Chriſti non conſecratur in altari ſuper pannum ſericum ſed lineum, quia corpus Chriſti in ſepulchro tali panno fuerat inuolutum.*

Et poſuit.

Et

## MORALITER.

* a *Et ecce uelum tem. ſciſſum.* Dei templum eſt fidelis anima. j. Cor. iij. Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Cuius velū ſcinditur, quando velamen hypocriſis diſſipatur. terra mouetur, quando terrenum deſiderium in amorem cęleſtium commutatur, & petræ ſeinduntur, qñ duritia cordis per pietatē emollitur. & mortui reſurgunt, qñ ſomnus pigriciæ ad boni operis exercitium excitat. q *Cum ſero autem factum eſſet.* Sequitur. *Et petijt corpus Ieſu.* Ille corpus Ieſu poſtulat, qui pro digna receptione euchariſtiæ, Deum ſupplicitur exorat. & inuoluit ſyndone munda, quando recepit mente pura, & ponit in monumento nouo, id eſt in corde per gratiam renouato. Et aduoluit ſaxum magnum ad oſtium, quando ponit diligens obſtaculum contra peccati recidiuum, & mulieres ſedent

* contra

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *In ſyn.mu.* Myſtice. Syndone munda Ieſum inuoluit, qui pura mente eum ſuſcipit. Hinc etiam mos eccleſiæ habet, vt ſacrificium altaris non ſerico, non panno tincto, ſed puro lineo celebretur.

b *In mo* Quia ſi in monumento, vbi alius poſitus eſſet, poneretur, alius fortaſſe reſurrexiſſe fingeretur. In petra, ne ſi ex multis lapidibus ædificatum eſſet, ſuffoſſis tumuli fundamentis ablatus furto diceretur.

c *Erant au.ibi.* Alijs notis Ieſu ad ſua recedentibus, ſolæ mulieres, quæ artius amabant, obſequium funeris inſpiciebant, expectantes quod promiſerat Ieſus: & ideo primæ reſurrectionem vident.

d *Poſt p.* Paraſceue.i. præparatio: hoc nomine dicitur ſexta ſabbati i. in qua præparabantur neceſſaria ſabbato, vt de manna dictum eſt: ſexta die colligetis duplum, q̃a ſexta die homo factus eſt, & in ſeptima requieuit Dominus. Ideo ſexta die Ieſus pro homine moritur: vnde & dixit conſummatū eſt i. ſexta die pro redēptione mundi opus expletum eſt: & in ſabbato quieuit in ſepuchro. Ita & nos in hac ſexta ætate pro Domino pati debemus, & in ſeptima (quæ eſt mortuorum) in ſecreta pace quieſcere, donec octaua reſurrectiõis veniat. In Geneſi ſeptimus dies veſperam habere non legitur, quia in illo ſeculo requies animarum nullo mœrore conſumitur: ſed gaudio futuræ reſurrectionis augetur. Noſtrū paſcha eſt immolatio Chriſti.i. paraſceue.i præparatio eius ab hora captionis.

e *Poſt tres dies.* A parte totum: pars ſexti diei, quo crucifixus eſt cum ſua nocte pro vno die. Sabbatū integre. Tertius dies a parte prima.i. nocte totus cum ſuo diurno: & ſic eſt triduum.

f *Munierunt ſe.* Diligentia eorum noſtræ profuit fidei. Nam quanto amplius ſeruabatur, tanto magis virtus reſurrectionis oſtenditur.

(Maioris meriti apud Deum.)

pore Ioſeph inuoluit illud in ſyndone munda, & poſuit illud in mo-

(In ſimplici ſepultura Domini condemnatur ambitio diuitum, qui nec mortui diuitijs careant.)

nūmento ſuo nouo, quod excide-

(Vt non poſſet aperiri ſepulchrum ſine auxilio multorum.)

rat in petra. Et aduoluit ſaxum magnum ad oſtium monumenti, & abijt. Erant autem ibi Maria Magdalenæ & altera Maria ſedentes contra ſepulchrum. Altera autem die,

(Præparationem Paſchæ.)

quæ eſt poſt Paraſceuen, conuenerunt principes ſacerdotum, & Phariſæi ad Pilatum dicentes: Do-

(Non ſuffecit ſcelus mortis niſi poſt mortem famam eius lacerent. Quod erant, Domino imponunt.)

mine, recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc viuens: poſt tres dies reſurgam. Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum vſq; in diē tertium, ne forte veniant diſcipuli eius & furentur eum, & dicant plebi: ſurrexit à mortuis: & erit nouiſſimus er-

(Ignoranter verum dicunt, quia peior eſt contemptus pœnitentiæ quam error ignorantiæ.)

ror peior priore. Ait illis Pilatus:

(Q.d. diceret. Sufficit vobis q̃ in nece conſenſi innocentis, vobiſcum permaneat error.)

Habētis cuſtodiam. Ite cuſtodite

(Quanto diligentius ſeruatur, tanto magis virtus reſurrectionis oſtenditur.)

ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes munierunt ſepulchrum ſignantes lapidem cum cuſtodibus.

c Quod excid. in pe. *Eadem ratione factum eſt hoc: ne ſi Chriſtus fuiſſet ſepultus in terra, diceretur à Iudæis q̃ diſcipuli rapuiſſent corpus eius fodientes in terra deſubtus per uiam ſubterraneam.*

d Et aduoluit ſa.ma. *quod non poſſet de facili amoueri, ne aliquis veniens poſſet rapere corpus Chriſti.*

e Ad oſtium mo. *Monumentum illud factum erat ad modum cuiuſdā domuncule in cuius medio erat ſepulchrum, & in domūcula erat quoddā oſtiū ad habēdū illuc ingreſſū.*

f Erant au.ibi Ma.Mag. *aſſiſtentes ſepeliētibus Chriſtum ex deuotione, ad vidēdū qualiter poſſent reuerti ad ipſum inungendum.*

g Altera au. *Hic ponitur Iudæorum machinatio, quia impetrauerūt cuſtodiri ſepulchrū, ne diſcipuli Chriſti raperent corpus eius, & diuulgarēt eum reſurrexiſſe. Sed quia nō eſt conſilium contra Dominum, vt dicitur, ideo factum Iudæorum magis fecit ad oppoſitum .ſ. ad certitudinem Dominicę reſurrectionis: quia ab ipſis cuſtodibus teſtificata eſt, vt habetur ſequenti cap. & hoc eſt magnum .ſ. habere teſtimonium ab aduerſarijs. Dicit ergo:* Altera die quæ eſt poſt pa. *i. ſabbato: quia feria ſexta in qua paſſus eſt Chriſtus, dicta eſt paraſceues.i. præparatio: quia illa die præparabantur cibaria pro ſequenti die. In craſtino igitur dominicæ paſſionis.*

h Conuenerunt prin.ſace. *patet uſq; ibi:*

l Ait illis Pi. *i. concedo, q̃ accipiatis milites ad cuſtodiendum eum pro uoluntate ueſtra.*

m Illi autem abeun. *militibus armatis.*

n Signantes lapi. *ſigillo ſuo, ne aliquis poſſet ingredi ſine ſcitu eorum.*

MORALITER.

* contra ſepulchrum, cum animæ deuotæ conſiderāt paſſionis Chriſti myſteriū.

g *Altera au.die.* Sequitur:

i *Iube er.cu.ſe.* Notādū: q̃ volētes impedire diuinā ꝓuidētiā, cōtra ſuā intētionē ꝓmouēt illā: ſicut fratres Ioſeph vēdiderūt ipſum, ne adorarēt eū, & ꝑ hoc compulſi ſunt eū adorare ſm ordinē ꝓuidentiæ diuinæ. ſic principes Iudæorū uolentes impedire celebritatem noīs Xp̄i, fuerūt ualde diligentes de cuſtodia ſepulchri: & ꝑ hoc celebrata eſt fama de ueritate ſuæ reſurrectionis: & per conſequens ſui noīs:

k *Et erit no.er.* Veritatem ignorāter dixerūt: ſicut et Caiphas. nā error eorū, quo milites pecunia corruperūt, vt furatum corpꝰ Xp̄i mētirēt, peior fuit errore, quo petierūt cuſtodiā ſepulchri, ne diſcipuli corpꝰ Xp̄i furarēt.

NIC. DE LYRA.

a Et poſuit illud in monumento ſuo. *quod erat ſumptuosè factum.*

b Nouo. *quia ſi aliquis fuiſſet ibi ante ſepultus, calumniari poſſet à Iudæis, quòd ille ſurrexiſſet, & non Chriſtus.*

Quod

## GLOS. ORD. CAP. XXVIII.

V*eſpere au.ſa* Marcus ait: Valde mane. in quo diſcordat a Luc. & Iohanne. Matthæus a prima parte noctis.i. a veſpera noctem ſignificat, cuius fine venerunt ad monumentum. Ideo autem ſic nominat, quia ab eo tempore licebat facere q̃ vellent tranſacto ſabbato. Veſpere autem ſabbati.i. nocte diei ſabbati. Veſpere quidem cœperunt venire.i. aromata præparare: ſed luceſcente mane peruenerunt: Quod Matthæus cauſa breuitatis ponit obſcuriꝰ, alij apertius. Veſpere ſolet tenebreſcere: ſed Myſtice dicit luceſcere, pro gloria reſurrectionis. Hucuſq; diem nox præcedere dicebatur: nunc ordo mutatur & nox qua reſurrexit, diei, quo ſe oñdit, adiūcta eſt. Cōgrue prius diē nox ſequebatur, q̃a homo a luce in tenebras ceciderat. Nunc dies ſequitur noctem: quia poſt reſurrectionem a peccatis ad vitam reducimur. *Veſp.* i. nocte quę luceſcit.i. quæ terminatur luce: quod nō prima pars noctis eſt, ſed extrema pars noctis eſt diluculū quo venerūt. *Hier.* Q̄d diuerſa tp̄a iſtarū mulierū in euāgelijs deſcribūt, nō mēdacij ſignū eſt, ſed ſedulæ viſitationis officiū, dū crebro abeūt & recurrūt, & nō patiuntur a ſepulchro Domini diu abeſſe vel lõgius. Sepulto Domino quandiu licuit eis operari.i vſq; ad occaſum ſolis vnguenta parabant: & quia præ anguſtia temporis opus explere non potuerunt, tranſacto ſabbato.i. occidente ſole, vbi licētia operādi redijt, emerūt aromata. Et q̃a nocte ꝓoccupāte ſepulchrū adire non potuerunt, mane adeunt.

b *Maria Magd. & al. Ma* Duæ vnius nominis et deuotionis mulieres, duas ſignificant plebes pari deuotione Chriſti paſſionem & reſurrectionem amplectentes.

Terræmo-

## CAP. XXVIII.

V Eſpere autem ſabbathi, quæ luceſcit

(Quando primum licuit operari.)

in prima ſabbathi, venit Maria Magdalenæ, & altera Maria, videre

## NIC. DE LYRA CAP. XXVIII.

V*Eſpere au.ſa. Poſtq̄ euāgeliſta deſcripſit Xp̄i paſſionem & ſepulturā, hic cōſequēter deſcribit ipſius reſurrectionē, & primò deſcribitur dominicæ reſurrectionis manifeſtatio. Sc̄dò, ipſius manifeſta diuulgatio ibi: Vndecim āt. Prima in tres, q̃a primò, manifeſta eſt reſurrectio ꝑ deſcēdētē angelū. ſc̄dò, ꝑ apparētē Dominū, ibi: Ex exierūt. tertiò, teſtimoniū militū cuſtodiētiū, ibi: Quæ cū abiſſent. Circa primum tria notātur. Mulierū deuotio, Angeli apparitio, ibi: Et ecce terræmotus. Et Reſurrectionis manifeſtatio, ibi: Scio.n. Ad euidētiā primi cōſiderādū, q̃ denoīatio fit à nobiliori, iō apud Iudæos oēs dies hebdomadæ denoīabātur à ſabbato: ita q̃ dies immediatè ſequēs ſabbatū dicebatur prima ſabbathi.i. prima à ſabbato, alia ſc̄d a ſabbati, & ſic cōſequēter. Ab illa aūt bora, qua Xp̄s fuerat ſepultus, nō poterāt mulieres emere aromata ad inungendū Xp̄m vſq; ad veſperā diei ſequētis, q̃a ſolēnitas ſabbati incępta erat ab hora ſepulturæ, in qua nō licebat aliq̄d emere vſq; ad veſperam ſequētis diei.ſ. ſabbati, & tūc.ſ. veſpere ſabbati emerūt aromata, & ꝓparauerūt ſe ad veniendum: non tamen venerunt propter noctem de proximo imminētem, ſed in mane ſequenti uenerunt in prima hora diei ſequentis, quæ dicebatur prima ſabbati. Sic ergo conſtruenda eſt litera:*

a Veſpere autem ſabbathi, quæ. *ſcilicet veſpera.*

b Luceſcit in pri.ſab. *i. incipit illuceſcere in principio diei ſequentis.*

c Venit Mar. *præmittitur aūt ibi: Veſpere aūt ſabbati: nō q̃a illa hora* venerūt



a *Terræmotus.* Sicut in paſſione, & in reſurrectione fit motus terrę: ſignificat autem corda terrænorum per fidem paſſionis & reſurrectionis ad pœnitentiam mouenda.

b *Reuoluit la.* Clauſo potuit exire ſepulchro, qui clauſo natus eſt uirginis utero. Reuolutio lapidis ſignificat reſerationem ſacramentorum Chriſti, quæ uelo literæ tegebantur, quo ablato reſurrectio, mortis abolitio, uita æterna cœpit toto orbe prædicari.

c *Sedebat.* Regnantem indicans, qui in natiuitate ſtando, bellaturum ſignificarat. Super lapidē, quo monumentum claudebatur, ut clauſtra infernorum ſuperata doceret. Marcus dicit. Introeuntes mulieres in monumentum, iuuenem uidiſſe in dextris coopertum ſtola candida. Quod poteſt mouere, niſi intelligamus uel Matthæum tacuiſſe de illo angelo, quem intrantes uiderāt: uel Marcum de illo, quem foris ſuper lapidem uiderūt, ut duos uiderint, & ut a duobus ſingulatim eadē audierint. Aut certe intrantes in monumentum, hoc in aliqua ſepta maceriæ debemus accipere (quia locum tunc fuiſſe munitū credibile eſt). ſ. in aliquo ſpatio ante petrā: qua exciſa locus factus eſt ſepulturæ, ut ipſum viderint in eodem ſpatio ſedentem a dextris, quem dicit Matthæus ſedentem ſuper lapidem.

d *Sicut ful.* In candore veſtis ſignificabat blandum iuſtis, in terrore fulguris, ſignificat terribilē futurum reprobis.

e *Nolite ti.* Quæ ueſtros conciues uidetis. Illi timeant qui ad eorum ſocietatem non pertinent.

f *Et cito eum.* Nec conceſſum eſt nobis hoc gaudium occulto cordis tenere, ſed ſimiliter amantibus pandere.

g *Et ecce præce.* quia iam a morte ad uitā trāſmigrauerat cuius reſurrectionis gloriam poſt lęti uidebimus: ſi modo a uitijs ad uirtutes tranſmigramus: Exierunt cito currētes nunciare. Lucas idē dicit, Regreſſæ nunciauerunt oīa illis undecim & cæteris oībus. Sed Marcus ait: fugerunt exeuntes. Inuaſerat enim eos timor, & nemini quidquam dixerunt. Nemini.ſ. nō apoſtolorum, ſed angelorum, quibus non fuerunt auſæ aliquid reſpondere. Vel certe ipſis cuſtodibus, quos iacētes uiderunt.

h *Cum ti. & gau.* Duplex eſt affectus in eis, timoris & gaudij. Alter de magnitudine miraculi: alter ex deſiderio reſurgentis. & uterque gradum fœmineum concitabat.

i *Ecce Ie. oc. il. di.* Sic omnibus iter uirtutum inchoantibus adiuuando occurrit Chriſtus.

k *Et tenuerunt.* Superius dictum eſt clauſo exiſſe monumēto, ut immortale corpus intelligeres: Hic tenentur pedes, ut uerā carnem comprobes. Et quia tanta uiſione tremebant, primū pellitur timor: Nolite timere: ut mente placida poſſint audire quæ dicuntur. Iſtæ tenent pedes quæ adorant reſuſcitatū: ſed illa, quæ neſciebat adhuc reſurrexiſſe filiū Dei, audit merito: Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad patrem meum.

l *Nunciate.* Vt mulier mortifera ſerpentis uerba narrauit, ita modo uerba uiuificatoris, ut a qua tunc mors, modo ab ea uita.

m *Fratribus meis.* Ante ēt ſeruos uocauit, modo fratres ut poſt reſurrectionem eandem humanitatem reſumpſiſſe, & illos idem ſperare doceat.

n *Vt erant in Gali.* Non tñ ibi ſolum, neq; ibi primum uiſus eſt a diſcipulis. Lucas enim & Iohannes ſatis aperte dicunt, ipſo die reſurrectionis Dñm uiſum eſſe in Ierl̄m: Primo Mariæ Magdalenæ, dū dictum eſt ei: Noli me tangere: Deinde eidem & alij Mariæ currentibus nunciare apoſtolis, qñ & pedes eius tenuerunt, uiſus eſt etiam ipſo die duobus diſcipulis in uia. Viſus eſt etiam & Petro. Quod qūo factum ſit euāgeliſta nō declarat. Viſus eſt ēt & diſcipulis ſimul, cū loquerenē reuerſis illis cognouerūt eū in fractione panis, qñ ſtās in medio eorū dixit, Pax uobis. Tñ ſpāliter Matthæus & Marcus ſcribunt dixiſſe angelū, uel ipſum Dñm q̃ in Galilæa uidendus eſſet Miſtice quidē, quia Galilæa dicitur tranſmigratio.

Præcedet

ſepulchrum. Et ecce terræmotus fa-

(Præbens obſequium Domino ſuo.)

ctus eſt magnus. Angelus enim domini deſcendit de cælo, & accedēs

(Non ut egreſſuro ianuas aperiat, ſed ut egreſſum eius pandat iam factum.)

reuoluit lapidē, & ſedebat ſuper

(Ipſo habitu terribilem ſuturum reprobis & blandum ſignificat iuſtis.)

eum. Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur, & ueſtimētū eius ſicut

(Quia terribilis impijs.)

nix. Pręe timore āt eius exterriti ſūt

(Quia uitam uiuere ſperabant.)

coſtodes, & facti ſunt uelut mortui.

(Quia blandus iuſtis.)

Reſpondens autem angelus dixit mulieribus: Nolite timere.

(Quia multi hoc nomine dicebantur, determinat qui cruci.eſt.)

Scio enim, quòd Ieſum, qui crucifi-

(Per præſentiam carnis.)

xus eſt, quæritis, nõn eſt hic: Surre-

(Impoſſibile eſt non fieri quæ dixit.)

xit enim, ſicut dixit: Venite, & ui-

(Et ſi uerbis non creditis.)

dēte locum, ubi poſitus erat dominus. Et cito euntes dicite diſcipulis eius, quia ſurrexit & ecce præcedet uos in Galilæam: Ibi eum uidebitis: ecce prædixi uobis. Et exierunt cito de monumento cum timore & gaudio magno currentes

(Quia ſic intente.)

nunciare diſcipulis eius. Et ecce

(Vt maledictum Euæ in mulieribus ſolueretur.)

Ieſus occurrit illis, dicens: Auēte. Illæ autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Tunc ait illis Ieſus: Nolite timere. Ite, nunciate fratribus

(Non in Iudęa ſed in Gentibus.)

meis, ut erāt in Galilęam: ibi me ui-

venerūt ad monumētū, ut dictū eſt: ſed q̃a tūc ſe ꝓparauerūt ad venīē dū videre ſepulchrū.i. qualiter poſſent ingredi ad vngendum Chriſtum.

a Et ecce terræm. *Hic deſcribitur angelica apparitio, non ad hoc q̃ angelus prepararet exitum de ſepulchro Domino reſurgenti: quia Chriſtus exijt clauſo ſepulchro, ſicut intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis, ſed vt oſtenderet ſepulchrum vacuum, et reſurrexiſſe Dominum. hoc eſt ergo quod dicitur:* Et ecce terrem. ſ. eſt magnus. *Cuius cauſa ſubditur:*

b Angelus autem do. deſcen. de cæ. *i. virtute eius factus eſt ille terræmotus, quia corporalia obediunt angelis ad nutum quantum ad motum localem.*

c Et accedens re.la. *vt oſtenderet Chriſti reſurrectionem completam.*

e Erat autem aſpe. eius ſicut ful. *ad incutiendum terrorem cuſtodibus.*

f Veſti. eius ſicut nix. *ad dandum conſolationem mulieribus. propter quod ſubditur.*

g Prę timore autem eius exterri. ſunt cu. *& illud quod ſequitur:* Reſpondens autem angelus dixit mulieribus: nolite time.

h Scio enim. *Hic ponitur dominicæ reſurrectionis manifeſtatio: quæ quidem ſurrectio primo manifeſtatur mulieribus ipſum deuote quęrentibus. Et hoc eſt q̃ dicitur* Scio eñ, quòd Ieſum qui crucifixus eſt. *Hoc additur ad differentiam aliorum: quia multi erant qui vocabantur nomine Ieſu.*

i Quæritis. *in ſepulchro ſicut mortuum.*

k Non eſt hic. ſurre. enim ſicut di. *Hoc autem addidit angelus, vt reduceret ad memoriam verba Chriſti dicta ante paſſionem ſuā, vt ſic magis crederēt reſurrectionē eius factā.*

l Venite & uidete locum. *vacuum ſcilicet.*

m Vbi poſitus erat. *& patet litera. Sequtur.*

o Præcedet vos in Gali. ibi eum ui. *non ſolum in beatitudine, ſed in propinquo tempore & propinqua regione antequam aſcendat in cælum.*

q Et exierunt. *Hic ponitur manifeſtatio dominicæ reſurrectionis per ipſum dominum apparentem mulieribus de ſepulchro reuertentibus: & hoc eſt q̃ dicitur:* Exierunt cito. *ad denunciandū bonos rumores Chriſti diſcipulis.*

r Cum timore. *ex inſolita angeli viſione.*

s Et gaudio magno. *ex Chriſti reſurrectione.*

t Currentes nunci. *diſcipulis: Mar. xvi. dicitur q̃ fugerunt de monumento, timentes & nemini quidquam dixerunt. Dicēdum, q̃ verbum Marci intelligendum eſt de militibus, qui iacebant præ timore ſicut mortui: & nemini illorum mulieres aliquid dixerunt, ſed verba angeli cū eis loquētis apoſtolis dixerūt.*

v Et ecce Ie. oc. il. *reuertentibus. ſ. de monumento, antequam venirent ad apoſtolos.*

x Dicens: Auete. *verbum eſt conſolatorium.*

y Illæ autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes eius. *ex deuotione.*

z Et adorauerunt eum. *adoratione latriæ.*

a Tunc ait illis nolite timere. *Hoc dicit ad earum perfectam conſolationem, quia timor qui inuaſerat eas ex aſpectu angeli, adhuc non totaliter receſſerat ab eis.*

b Ite & nuncia. *Diſcipulos ſuos vocat fratres, eos amicabilius nominans ſolito, ut ſecurius accedant ad eum, & non timeant accedere. propter hoc quòd relinquerant eum in ſua captione.*

Quæ

MORALITER.

a *Et ec. ter. Bed.* Q̄d terræmotus reſurgēte dño ſicut ipſo moriēte i cruce factꝰ eſt magnꝰ, ſignificat terrena priꝰ corda, ꝑ fidē paſſionis ac reſurrectionis eiꝰ ad pniā cõcutiēdo ſalubri pauore cõmota.

b *Ang. e. do. deſ. de cæ.* Angelus iſte ſignificat bonū ꝓlatū, de quo dr̄ Angelus Domini exercituum eſt. qui deſcendit de altitudine contemplationis diuinæ, propter reuelationem neceſſitatis fraternæ.

d *Reuoluit la.* impedimētū tollens accedendi ad Chriſti monumētum, quia monet mētes ſubditorum ad cõſiderationē mortis Chriſti ꝑ compaſſionem, & reſurrectionis eius per cæleſtium amorem

e *Aſpectus eius ſicut fulgur.* nam obſtinatos terret.

f *Et ue. e. ſi. nix.* q̃a pœnitētes demulcet: in ſignum huius ſubditur.

g *Præ timore autem eius exteriti ſunt cuſtodes & mu. di. No. ti. uos. Veni. & ui. lo.* per diligentem meditationem prædictorum.

n *Et cito euntes.* ideſt alios inducentes ad ſimile bonum.

o *Præcedet vos in Ga.* quæ trāſmigratio interpretatur, q̃a Chriſtus trāſmigrans ad cæleſtia præceſſit ad præparādum electis ſuis loca.

p *Ibi eum videbitis.* facie ad faciem in gloria.

v *Et ec. Ie. oc. il. Ra.* Per hoc oſtēdit omnibus iter virtutū inchoantibus, vt

Præcedet ergo vos in Galilæam.i. gratia Dei tranſmigratura a Iudeis ad gētes præcedet vos viam in cordibus eorū præparādo: & ibi videbitis eum.i.mēbra eius & viuū corpus eius ibi inuenietis. Vel Galilęa dicitur reuelatio, non in forma ſerui, ſed in ea, in qua patris eſt æqualis. Illic nos pceſſit, cū ſimiles ei erimus, ibi videbimus eum ſicuti eſt. Et hæc eſt beata reuelatio vel tranſmigratio de iſto ſeculo ad æternitatē.

Ioan. 3.a

*a Pecuniam copio.* Hiero. Qui rebus eccleſiæ abutuntur in alijs rebus quibus ſuā expleant voluntatem, ſimiles ſunt Scribarum & Phariſæorum & ſacerdotum redimentium mendacium & ſanguinem Saluatoris.

Comm. in Matt. li. 4. c. 28. to. 9.

*b Furati ſunt eum n.dor.* Aug. Si dormierunt quomodo viderunt? Si non viderunt, quomodo teſtes eſſe potuerunt? Auaricia, quæ captiuauit diſcipulum comitem Domini, decepit & milites cuſtodes ſepulchri: & ſic Iudęos ſeduxit. vnde ſubdit: *Et diuulgatum eſt*,

*c Abierunt.* A Ieruſalem in Ga. In mōtem: quia corpus de cōmuni terra ſuſceptum iā ſuper oīa terręna erat eleuatum. Et monet nos, vt ſi eum videre volumus, ad ſuperna de infimis eleuamur. Præceſsit Chriſtus primitiæ dormictiū, ſequūtur alij in ſuo ordine, & vidētes eum adorāt.i. ſine fine laudāt.

ſub praſide.i. ſi res apud illū iudicē agatur.

*d Quidam au.* Dubitauerunt, vt Lucas ait, exiſtimantes ſpiritum videre, quem moriendo tradidit.

Luc. 24.f

*e Et acce.* Et ideo pius magiſter & illos ad fidē cōfortat, & dubios ad fidē vocat, intimās ad quātā peruenerit gloriā.

*f Data eſt.* Hoc nō de coæterna patris diuinitate, ſed de aſſumpta dicit humanitate, in qua minor angelis, in qua etiam gloria & honore coronatus eſt & omnibus ſuperpoſitus.

Hebr. 2.b

*g Euntes*, quia iā in lucem venit, quod hactenus quibuſdam de cauſis dubium hominibus fuerat.

F

*h Docete*, Cōgruus ordo Primo enim docendus eſt auditor. Deinde fidei ſacramentis imbuendus, tunc ad ſeruanda mādata inſtruēdus. Quia niſi prius anima fidem recipiat, non eſt dandus baptiſmus, nec valet mundari, ſi poſt non inſiſtat bonis operibus.

Mar. 16.f

*Et ecce*

[a ¶ Indocta ſimplicitas fatetur veritatem. ¶ Miracula quæ viderant. a ¶ Aſtuta duplicitas modum quærit quomodo aſtruat falſitatem. a ¶ De templo acceptam, ſicut prius xxx. argenteos.]

debunt. Quæ cum abijſſent, ecce quidam de cuſtodibus venerunt in ciuitatem, & nunciauerunt principibus ſacerdotum omnia, quę facta fuerant. Et congregati cum ſenioribus conſilio accepto pecuniam copioſam dederunt militibus dicentes: Dicite, quia diſcipuli eius nocte venerunt, & furati ſunt eum nobis dormientibus. Et ſi hoc auditum fuerit † a præſide, nos ſuadebimus ei, & ſecuros vos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerunt ſicut erant edocti. Et diuulgatum eſt uerbum iſtud apud Iudæos uſque in hodiernum diem. Vndecim autem diſcipuli abierunt in Galilæam in montem ubi conſtituerat illis Ieſus. Et videntes eum adorauerunt, quidam autem dubitauerunt. Et accedens Ieſus loquutus eſt eis, dicēs: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & ī terra. † Eūtes ergo docete omnes gentes, baptizātes eos in nomine patris & filij & ſpirituſſancti:

[¶ Furtim eum ſublatum. a ¶ Ne quidquam a vobis exigat. ¶ Abſque periculo. a ¶ Error empti mendacij perſeuerat, ne in Chriſtum credant. a ¶ Credentes, ſe ante eum humiliauerunt. a ¶ Dubitatio eorum noſtram auget fidem. a ¶ Vt qui ante regnabat in cælo, per fidem regnet in terris. a ¶ Id eſt primum cathetizate, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. a ¶ Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpirituſancto, non poteſt intrare in regnum cælorum. ¶ In inuocatione nominis. ¶ In proceſſione trinitatis.]

apparitio. *Probabile tamen eſt quòd hoc fuit quando ipſe & Iohannes cucurrerunt ad monumentum: & non inuento corpore Chriſti abijt Petrus mirans ſecum quod factum fuerat, vt dicitur Lucæ vlti. & ideo dum eſſet in tali admiratione ſolitarijs creditur Chriſtus ſibi apparuiſſe. Quarto, apparuit duobus diſcipulis euntibus in Emaus, vt habetur Luc. vltimo. Quinto, apparuit decem apoſtolis abſente Thoma, vt habetur Io. xx. Et iſtæ quinque apparitiones factæ ſunt ipſa die reſurrectionis, vt patet euangelia intuenti. Sexto, apparuit vndecim apoſtolis, exiſtente ibi Thoma, vt habetur Iohannis xx. & fuit octaua die poſt reſurrectionem, vt habetur ibidem. Septimò, apparuit Petro & ſocijs ſuis ad mare Tyberiadis, vt habetur Iohan. vlti. Et octauo, in monte Thabor, vt hic dicitur apparuit apoſtolis & multis alijs. Et iterum bis apparuit diſcipulis in die aſcenſionis: ſemel in Ieruſalem ipſis conueſcentibus, & ſemel in monte Oliueti hora ſuæ aſcenſionis: vt habetur Marci vltimo: & Lucæ vltimo. & Actu. 1. Sequitur.*

G

l Et uidentes eum adorauerunt. *adoratione latria.*

m Quidam autem dubitauerunt. *Ex quo patet, quòd ibi erant alij quàm apoſtoli, qui iam erant certificati de eius reſurrectione. etiam Thomas qui inter alios fuit magis incredulus. & hæc patent ex præcedentibus.*

n Et accedens Ieſus loquutus eſt eis dicens. *ad certificandum eos qui dubitabant de ſua reſurrectione, dicens.*

o Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. *quia licet Chriſtus quantum ad diuinitatem, ab æterno haberet hanc poteſtatem & inquantum homo ab inſtanti conceptionis haberet poteſtatem in cælo & in terra autoritatiue, tamen executiue non habuit ante reſurrectionem ſuam: ſed noluit eſſe paſſibilitati ſubiectus propter noſtram redemptionem.*

p Euntes ergo. *Hic ponitur diuulgatio dominicæ reſurrectionis quantum ad omnes populos, quæ facta eſt per prædicationem apoſtolorum per vniuerſum orbem. Et hoc eſt quod dicitur:*

H

q Docete omnes gentes. *prius enim dixerat eis, quòd ſolum prædicarent Iudæis ut ſupra dicitur, quia ante Chriſti reſurrectionem fides Chriſti non erat diuulganda per vniuerſum orbem, ut ibidem dictum eſt.*

Sup. 10.

r Baptizantes eos. *Præpoſuit, docete, quia catheciſmus debet præcedere baptiſmum. vnde adulti prius debent inſtrui de his, quæ pertinent ad fidem, quàm baptizentur.*

s In nomine. *propter vnitatem ſubſtantię.*

t Patris & filij. *propter diſtinctionem perſonarum. Iſta eſt forma baptiſmi inſtituta*

## NIC. DE LIRA.

a Quæ cum abijſſent. *Hic declaratur reſurrectio Chriſti per teſtimonium cuſtodum. qui ut dicitur hic.*

b Venerunt in ciuita. *de ſepulchro Chriſti, quod erat aliquantulum extra Ieruſalem, vt dicitur Ioh. xix.*

c Et nunci. prin. ſa. *a quibus erant poſiti ad cuſtodiendum ſepulchrum Chriſti.*

d Omnia quæ fac. fue. *ſcilicet Chriſti reſurrectionem, & angeli terribilem apparitionem.*

e Et congrega. cum ſenioribus. *Iſtud mendacium militum emerunt care, quod adhuc tenet Iudęos in errore. vnde ſequitur poſtea:*

g Et diuulgatum. *tanquam verum quod tamen erat falſum apud Iudæos vſque in hodiernum diem.*

h Vndecim au. diſ. *Hic ponitur reſurrectionis manifeſtatæ diuulgatio & prima quantum ad Chriſti diſcipulos. ſecundo, quantum ad omnes populos, ibi:* Euntes ergo. *In prima ergo parte dicit:* Vndecim autem diſcipu. *quia Iudas erat mortuus, vt uiſum eſt cap. præcedenti.*

i Abierunt in Galilæam, *ſecundum mandatum Chriſti & angeli.*

k In montem. *ſ. Thabor, in quo transfiguratus fuit coram Iacobo, Petro & Iohanne, vt habitum eſt ſupra. Ibi enim paucis oſtenderat gloriā ſuæ reſurrectionis, vt ibidem dictū eſt: & ideo ibi reſurrectionem cōpletam manifeſtauit omnibus diſcipulis ſuis. Vnde probabiliter creditur, quòd illa ſit manifeſtatio, de qua ſcribit Apoſtolus. Deinde viſus eſt plus quàm quingentis fratribus ſimul. hic tamen non exprimuntur, niſi vndecim Apoſtoli, qui erant principales Chriſti diſcipuli. Prius tamen viſus eſt ſepties perſonis ſpecialibus. Primo, Maria Magdalenæ manenti iuxta ſepulchrum alijs recedentibus, vt dicitur Iohannis vigeſimo & Mar. decimoſexto. Secundo, ipſi Mariæ Magdalenæ cum alijs mulieribus a ſepulchro reuertentibus: quia poſtquam viderat Chriſtum, ſequuta eſt alias, & inuenit eas in itinere, & tunc apparuit eis Chriſtus. Tertio, Petro ſecundum quod habetur Lucæ vltimo licet non habeatur expreſſe ex euangelio quando facta eſt ei iſta apparitio.*

Sup. 17. c.

1. Cor. 15.a

## MORALITER.

bus, vt ad ſalutem perpetuam peruenire quærant, adiuuando ſe occurrere.

*f Pecuniam copioſam dederunt militibus dicentes Dicite.* Hilarius. Emitur ergo reſurrectionis ſilentium, & furti mendacium argento: quia honore ſeculi, qui in pecunia eſt & cupiditate Chriſti, gloria denegatur. Item iſtis Iudæis ſimiles ſunt, qui cum magnis ſumptib. & laboribus conantur ad ſubuerſionem veritatis in ſpeculabilibus vel agibilibus, cuiuſmodi ſunt aduocati doloſi & doctores glorioſi. Et illi, qui eos ad hoc inducunt.

*h Vndecim autem diſcipuli abierunt in Galilæam in montem ubi conſtituerat illis Ieſus.* Rab. In monte quidem apparuit eis Dominus, vt ſignificaret, quòd corpus, quod de communi generis humani terra naſcendo ſuſceperat, iam ſuper omnia terrena ſubleuabat. Et ut admoneret fideles ſi illic celſitudinem reſurrectionis eius cupiunt videre, hic ab infimis voluptatibus ſtudeant ad ſuperna deſideria tranſire.

*p Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpirituſſancti.* Ex hoc patet, quòd prædicatores euangelij debent omnibus magnis & paruis ſine acceptione prædicare & miniſtrare ſacramenta ſecundum gratiam & poteſtatem immediate a Domino vel per miniſtros ſuos ſibi datam. Quibus promittitur aſſiſtentia Domini, cum dicitur: Et ecce uobiſcum ſum, &c. ſcilicet dirigendo ſermonem ad ſalutem audientium & meritum veſtrum.



*a Et ecce ego uobiſcum ſum.* Quæ autem merces piæ conuerſationis, quod ve pignus futuræ beatitudinis etiam in præſenti ſit fidelibus, ſubdit: Ecce ego uobiſcum ſum &c. Quod apoſtolis, per ſucceſſiones vniuerſali eccleſiæ promittit. Nota ꝙ vſque in finem ſeculi non ſunt deſituri qui diuina manſione ſunt digni. Aug. Prima ſabbati diluculo (ſicut omnes euangeliſtæ conſentiunt) uentum eſt ad monumentum. Iam factum erat, quod ſolus Matthæus ait de terræmotu & reuoluto lapide, & territis cuſtodibus. Venit autem Maria Magdalena cæteris feruentior. Vnde Iohannes de ea commemorat tacitis aliis, quæ cum ea fuerāt, videnſque lapidem ſublatum, antequam diligentius inſpiceret, credens ſublatum corpus, cucurrit nuncians Petro & Iohanni, qui etiam cucurrerunt ad monumentum, & non inuento corpore crediderunt, quod Maria dixerat, ablatum, abieruntque. Maria autem ſtetit foras plorans, in horto ſcilicet ubi ingreſſæ fuerant. Tunc viderunt angelum ſedentem ſuper lapidem reuolutum, de quo Matthęus & Marcus dicunt. Qui dicit illis: Nolite timere. ſcio enim quòd Ieſum, qui crucifixus eſt, quæritis. Quibus ſimilia Marcus non tacuit. Ad hæc uerba Maria dum fleret inclinauit ſe & proſpexit in monumento, & vidit duos angelos, vnum ad caput & vnum ad pedes ſedentes in albis. Dicunt illi: Mulier, qd ploras? Quia tulerunt Dominum meum, & neſcio vbi poſuerunt eum. Hic intelligendum eſt angelos ſurrexiſſe, vt & ſtantes uiderentur ſicut Lucas ait, qui & eos dixiſſe refert: Quid quæritis viuentem cum mortuis &c. Poſt hæc conuerſa eſt Maria retro, & uidit Ieſum ſtantem (ut Iohannes ait) & neſciebat quia Ieſus eſſet, putans hortulanum, vbi & nominata agnouit eum cui & dictū eſt. Noli me tangere. Tunc egreſſa eſt de monumento, id eſt de loco ante lapidem effoſſum & cum ea aliæ, quas (vt Marcus ait) timor inuaſerat, & nemini quidquam dicebant. Tunc iam ſecundum Matthæum: Ecce Ie. oc. e. di. Auete. Illæ autem ac. & te. pe. e. Sic colligimus & angelorum allocutionem bis eas habuiſſe venientes ad monumentum, & ipſius Domini ſemel, quando Maria hortulanum putauit, & nunc cum eis iterum occurrit, vt eas ipſa repetitio firmaret. Venit ergo Maria Magdalenæ nuncians diſcipulis, & aliæ, quæ cum ea erant, quas Lucas commemorat. Plures quidem fuerunt apparitiones, quod innuit Paulus dicens: Viſus eſt Iacob, viſus eſt plus quam quingentis fratribus ſimul, ſed decem legimus in euangelijs. Quinque in ipſo reſurrectionis die. Primo apparuit Mariæ Magdalenæ flenti ad monumentum. Poſtea eidem & alij Mariæ egredientibus nunciare apoſtolis. Tertio, Simoni, Quarto, Cleophę & ſocio eius. Quinto reuerſis illis & narrantibus quomodo cognouerunt eum in fractione panis, apparuit ianuis clauſis vbi Thomas abierat. Sexto poſt dies octo, quando cum eis erat Thomas. Septimo, piſcantibus ad mare Tiberiadis. Octauo, in monte Galilęæ, qui non longe erat ab Ieruſalem. Nono, recumbentibus illis vndecim, die, quo aſcendit. Decimo, viderunt eum iam non in terra poſitum, ſed eleuatum in aera, cælos petentem, dicente eis angelo: Sic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cęlum.

A

B

[a Quia fides ſine operibus mortua eſt. ¶ Quia quidem non ſunt pauca uel leuia. ¶ Diuinitate ¶ Cum finitis laboribus mecum regnabitis.]

docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui uobis. Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *mi inſtituta à Chriſto, ſed familiari conſilio ſpirituſſancti quodammodo mutata eſt in primitiua eccleſia, quando apoſtoli baptizabant in nomine Chriſti, ut habetur Act. decimo & decimonono, ut nomen Chriſti, quod tunc erat odioſum, magnificaretur, & hoc diffuſius tractatur in quarto ſententiarum.*

a Docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui uobis. *videlicet ſacramenta à Chriſto inſtituta & alia ad fidem catholicam pertinentia.*

b Et ecce ego uobiſcum ſum omnibus dieb. *& hoc dupliciter. Vno modo aſſiſtendo eis in operibus miraculoſis ad confirmationem doctrinę. Alio modo exiſtendo in ſacramento euchariſtiæ, ubi eſt totus Chriſtus, ut patet ex prædictis.*

c Vſque ad conſummationem ſeculi. *Ex quo patet, ꝙ fides catholica non deficiet uſque ad finem mundi, quantumcunque tribulationibus agitetur. Aduertendum etiam, ꝙ licet Deus non aſſiſtat continue doctoribus eccleſiæ per operationem miraculorum, quia non eſt neceſſe, cum fides catholica ſit ſufficienter confirmata per miracula facta in primitiua eccleſia; tamen aliquando hoc modo aſſiſtit eccleſiæ faciendo miracula aliqua ad conſolationem fidelium. Aſſiſtit etiam eccleſiæ ſemper ipſam dirigendo per occultos inſtinctus ſpirituſſancti, ut ſic non deficiat fides Petri. Ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti: Cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.*

## Incipit Procemium uenerablis patris fratris Nicolai de Lyra in euangelium Marci.

C

*Facies leonis à dextris ipſorum quatuor, Ezech. 1. c. Secundum ꝙ dictum fuit in principio euāgelij ſecundum Matthæum per quatuor facies, quas vidit Ezechiel propheta in animali vno, deſignātur quatuor euangeliſtæ ſeu quatuor euangelia ab eis ſcripta de Domino noſtro Ieſu Chriſto: & ſicut in facie hominis deſignatur euāgelium Matthæi, ſic in facie leonis deſignatur euangelium Marci, de quo dicitur uerbum propoſitum. Facies leonis, &c. In quo quidem verbo circa Marci euangelium poſſumus quatuor notare. uidelicet: Procedendi modum, cum dicitur: Facies. Speciale ſubiectum, cum dicitur, leonis. Ordinem vel ſitum, cum dicitur à dextris. Ipſius cum alijs certum numerum, cum dicitur, ipſorum quatuor. Circa primum conſiderandum, quòd licet facies ſit breuis pars corporis: tamen in ea continentur omnes ſenſus, videlicet viſus, auditus, &c. ſic in euangelio Marci licet ſit breue reſpectu aliorum, tamen in eo breuiter continētur ſententiæ aliorū triū euangeliorum, ſecundum quod dicit Grego. ſuper Ezech. Si quæras quid Marcus de incarnatione Domini ſenſerit, hoc nimirum quod Matthæus Lucas & Iohannes, & ideo talis modus procedendi in quo ſub quodam compendio continentur aliorum ſententiæ cōpetenter per faciem deſignantur, de quo poteſt accipi illud quod dicitur: Facies tua plena gratiarum: quia modus procedendi ipſius ſancti Marci euangeliſtæ, licet ſit breuis ut dictum eſt, tamen plenius eſt ſententiarum gratioſarum: & ſic patet primum. Circa ſecundum conſiderandum, quod licet Marcus de omnibus Chriſti factis ſcribat, ſicut & alij: tamen ſpecialiter uerſatur et immoratur circa reſurrectionem & regnum Chriſti quod aſſequutus eſt Chriſtus in ſua benedicta reſurrectione ſecundum quod dixit apoſtolis immediate poſt reſurrectionem ſuam. Data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo & in terra. Quod quidem regnum per leonem conuenienter deſignatur, qui eſt rex animalium, ut dicit Iſidorus & ideo ſpeciale ſubiectum, circa quod ſpecialiter immoratur: Marci euangelium deſignatur in nomine leonis: & hoc propter tria quæ in reſurrectione Chriſti reperiuntur & proprietatibus leonis aſſimilantur. Primum eſt, reſurrectionis efficiens principium, quod in alijs hominibus eſt extrinſecum, ſed in Chriſto fuit intrinſecum, ſecundum quod ipſe dicit. Poteſtatem habeo ponendi animam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam, quia propria uirtute reſurrexit. Et ſimile huius in proprietate leonis reperitur. Dormit enim oculis apertis, ſecundum quòd dicit Iſido. Licet autem caro Chriſti in ſepulchro dormierit per ueram mortem & animæ ſeparationem, tamen diuinitas vtroque coniuncta vigilabat, ſecundum quod dicitur. Ego dormio & cor meum uigilat, & uirtute huius deitatis ſicut uigilantis ſurrexit à ſomno mortis. unde poteſt exponi de eo quod dicitur Aſcendit leo de cubili ſuo: quia Chriſtus qui eſt leo de tribu Iuda de ſepulchro aſcendit uirtute propria. Secundo aſſimilatur leoni propter tempus & modum, quia reſurrectio Chriſti facta eſt poſt triduum, quod tamē accipitur per ſynecdochem, ita ſimiliter leo natus de nouo tribus diebus dicitur dormire ſecundum Iſidorum, & poſtea fremitu & rugitu patris excitatur, ſic Chriſtus poſt triduum dormitionis in ſepulchro uirtute Dei patris fuit excitatus a mortis ſomno, ſecundum quod dicitur. Hunc Deus ſuſcitauit à mortuis, &c. & ideo de hoc poteſt exponi illud Catulus leonis Iuda. & ſubditur. Requieſcens accubuiſti ut leo ſcilicet in ſepulchro. & ſubditur: Quis ſuſcitabit eum. ſ. de ſomno mortis poſt triduum? Ad quod poteſt reſponderi, Deus pater, ut patet ex prædictis. Nec iſtud dictum contrariatur ei quod præmiſſum eſt. ſ. quòd Chriſtus reſurrexit uirtute propria quia una & eadem ſimpliciter eſt poteſtas patris & filij. Tertio aſſimilatur reſurrectio leoni propter aſſequutum imperium, quia licet Chriſtus ante reſurrectionem ſuam humilis et abiectus apparuerit, tamen in reſurrectione dominium obtinuit, ſecundum quod dicit Apoſtolus. Humiliauit ſemetipſum factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen ut in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, &c. Et in leone inuenitur huiuſmodi ſimilitudo, inquantum eſt rex animalium, vt prædictum eſt: & ideo nomen leonis dicitur à leon Græce quod ſignificat regem Latine. & de hoc dicitur. Ecce vicit leo de tribu Iuda, quia per ſuam benedictam paſſionem & reſurrectionem ſubiecit ſibi oēm creaturam, & ſic patet ſecundum. Tertio in verbo præaſſumpto notatur huius euangelij ſitus vel ordo, cum dicitur: A dextris. In illa enim uiſione imaginaria Ezechieli prophetæ oſtenſa ſic apparebat animal habēs quatuor facies quod facies hominis erat in directo aſpectu prophetæ, facies autem leonis in dextera parte, & bouis in ſiniſtra. & ideo ſicut euangelium Matthæi, quod deſignatur per faciem hominis, ponitur primum, ita euangelium Marci rationabiliter ponitur ſecundum: quia dextera pars prior eſt ſiniſtra: & de hoc poteſt exponi quod dicitur. In dextera eius ignea lex, id eſt lex euāgelica à Marco deſcripta, quæ dicitur ignea, quia accendit animos fidelium ad amorem cæleſtium inquantum de- ſcribit*

Quatuor notanda circa Marci euāgelium.

Homil. 3. in primo. to. 2.

Eſth. 15. d

Matt. ult. d

Libr. etym. 12. c. 9.

Quare euāgelium Marci in leone deſignatur.

D

Ioan. 10. d

Vbi ſup.

Can. 5. a

Leu. 4. b

Vbi ſup.

Act. 3. c

Gen. 49. b

Ad Philip. 2. a

Apoc. 5. b

Deut. 33. d

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

*Incipit quædam introductio circa hunc prologum.*

Quatuor in euan. eliis. Præfa. in Mar. m. 9. Hieronymus Quatuor ſunt qualitates de quibus ſancta euangelia contexũtur. Præcepta, mandata, teſtimonia, exempla. In præceptis, iuſticia: in mandatis, charitas: in teſtimonijs, fides: in exẽplis, perfectio. Præcepta huiuſmodi: In uiam gẽtium ne abieritis: hoc eſt, diuertere a malo. Mandata ut hoc, Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem, hoc eſt facere bonum & charitatem implere. Teſtimonia, quæ in ore duorum uel trium teſtium. ut hoc, Iohannes teſtimoniũ perhibet de me, ſed habeo teſtimonium maius Iohanne: Eſt enim pater, qui teſtimoniũ perhibet de me. Exempla ut hoc: Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde. Et: Eſtote perfecti ſicut & pater ueſter, & alibi. Exẽplum. n. dedi uobis, vt & uos ita faciatis. De his n. Dauid: Præceptum Domini lucidum illu. Hiſtoriam maxime præcepta continent. Et alibi. Latũ mãdatum tuum nimis, quia qui diligit ꝓximum, totam legem impleuit. Item: Teſtimonia tua intellexi. Et alibi: Teſtimonium Domini fidele. quia plus fide animi quam oculis carnis teſtimonium indiget. Quarto. Iudicia Domini ve.iu in ſe. Vt ſic. ſ.ſint iudiciorũ noſtrorum exempla iuſtificata, ſicut in iudiciis Dei cõparata habemus. Vñ idẽ alibi: A iudicijs. n. tuis timui. In quo. n. iudicio iudicauerimus, iudicabitur de nobis. In his quatuor qualitatib. ſunt timor, fides, ſpes, charitas. Timore nanque incipimus, fide ſeruamus q̃ incipimus, ſpe erigimur, charitate conſummamur. Finis n. præcepti eſt charitas. Hi ſunt quatuor mẽſes, quos Chriſtus ante meſſem prædixit dicens: Nonne quatuor menſes ſunt uſq; ad meſſem: Vt & nos per precepta Domini atq; mãdata, ac teſtimonia, & exempla, maturos poſt iudicium metamus fructus cum gaudio, qui in lachrymis timoris ſemina pœnitentiæ iactauimus in terra, noſtros portantes charitatis manipulos cum gaudio metamus in cælo. Hieronymus. Marcus euangeliſta Dei. Petri diſcipulus, Leuiticus genere & ſacerdos, in Italia hoc ſcripſit euangelium primus Alexandriæ epiſcopus. cuius per ſingula opus euangelii dicta ſcire, & in ſe diſponere: & diſciplinam in ſe legis agnoſcere, & diuinam Domini in carne intelligere naturam. Qui ſeminat poſt Matthæum, qui fremit ut leo, qui uolat ut aquila, qui diſcit ut homo, qui immolat ut ſacerdos, qui irrigat ut flumen, qui floreſcit ut ager, qui feruet vt uinum Chriſtus. n. de quo loquitur, ut homo naſcendo, uitulus moriendo, leo reſurgendo, aquila aſcendendo.

Hiero.

*Incipit prologus beati Hieronymi in Euangelium ſecundum Marcum.*

Marcus Euangeliſta [a] Dei electus & Petri [b] in baptiſmate filius atq; ĩ diuino ſermone diſcipul⁹, ſa [c] cerdotium in Iſrael agens, ſecũdum carnem Leuita, conuerſus ad fidem Chriſti euãgelium in Italia ſcripſit: [d] oſtendens in eo quid & generi ſuo [e]

¶Confirmationem.

deberet & Chriſto. Nam initium [f] [g]

a ¶Quæ eſt de Iohanne Baptiſta, qui eſt de genere Marci, quia de tribu Leuitica, & ita oſtendit Marcus quid debeat generi ſuo.

principii in uoce propheticæ ex- [h] clamationis inſtituens, ordinem [i]

¶.i. dignitatis.

Leuiticæ electionis oſtendit, ut [k]

a ¶.i. ſola gratia Dei creatum.

prædicans prædeſtinatum Iohannem filium Zachariæ in uoce an-

¶.i. ad hoc emiſſum, ut eſſet uox & angelus annuncians, quę notantur in illis duabus autoritatibus: Vox clamantis. Et: Ecce ego mit. an.

geli annunciantis emiſſum. Non [l] [m] ſolum uerbum carnem factum, [n]

Sequitur poſtill. venerabilis patris: fratris Nicolai de Lyra in prologum euangelii beati Marci.

Marcus euangeliſta. *Euangelio Marci beatus Hieronymus præmittit prologum iſtum: Qui diuiditur in tres partes: quia primò Hieronymus oſtendit ſcriptoris autoritatem. ſecundo, ſcribendi modum & ordinem, ibi: Nam initium principij. tertio, ordinis rationem, ibi: Deniq;. Circa primum oſtenditur autoritas beati Marci ſcriptoris huius euangelij. primo, quantum ad officium poſt eius conuerſionem ad fidem catholicam, cum dicitur:* Diuiſ.

a Marcus euangeliſta Dei electus. *Ad officium enim ſcribendi euangelium fuit à Deo electus & aſſumptus. ſecundo, quantum ad eruditionem in fide catholica pleniorem, cùm dicitur:*

b Et Petri in baptiſmate filius, atque in diuino ſermone diſcipulus. *Ex hoc enim, quòd fuit filius ſpiritualis beati Petri, fuit ei magis familiaris: & per conſequens ſpecialius ab eo eruditus de factis & doctrina Chriſti, ſecundum quòd Petrus uiderat in Chriſto, & audierat ab ipſo: propter quod certius poterat ſcribere euangelium à Petro auditum, quam cæteri diſcipuli eius. tertio oſtenditur eius autoritas ex ſtatu, quem habuit ante conuerſionem, cum ſubditur:*

c Sacerdotium in Iſrael agens. *quia ad ſacerdotes & Leuitas pertinebat ſcire præ cæteris ſcipturas ueteris Teſtamenti, quæ de Chriſto teſtimonium perhibent.* H

d In Italia ſcripſit. *vbi tunc uigebat ſtudium quod à Græcia fuerat Romam tranſlatum: & in eadem ciuitate Marcus rogatus à fratribus ſcripſit iſtud euangelium, vt dicit Hieron. in libro illuſtrium uirorum, & ex ſolemnitate loci ſcriptoris oſtenditur autoritas, quia in talibus locis non ſolent ſcribere niſi homines autentici.*

e Oſtendens in eo. *Sacerdotes enim Leuitici, qui debent intelligere ſcripturas prophetarum teſtimonium de Chriſto perhibentium, ex hoc redduntur magis idonei ad ſcribendum euangelium.*

f Et Chriſto. *quia licet breuiter ſcripſerit euangelium, tamen ſufficienter Chriſto reddidit debitum eius euangelium complete ſcribendo.*

g Nam initium. *Hic conſequenter oſtendit Hieronymus ſcripturæ ipſius Marci ordinem. Circa quod ſciendum, quòd Marcus in principio ſui euangelij ponit quandam præfationem vſque ad illum locum: Fuit in deſerto Iohannes: vbi præmiſſa præfatione incipit narrationem. Primò ergo oſtendit Hieronymus ordinem ſcripturæ Marci quantum ad præfationem ſeu prologum. Secundò, quantum ad narrationem ſeu tractatum, ibi: Deniq; cum perfecti. Circa primum ſciendum, quòd Marcus in præfatione ſui euangelij ponit duas prophetias. Prima habetur Malach. iij. Ecce ego mitto angelum meum. & loquitur de aduentu Chriſti in mundo: ad quem denunciandum præmiſſus eſt Iohannes Baptiſta in hac prophetia deſignatus per angelum. Angelus enim interpretatur nuncius. Secunda habetur Iſa. xl. Vox clamantis in deſerto, parate uiam Domini. Et loquitur de aduentu Chriſti in corde humano per fidem & deuotionem: & de iſtis duobus oſtendit hic Hieronymus (licet obſcure) quòd continentur in præfatione ipſius Marci euangeliſtæ, cum dicitur:* Nam initium princ. *ideſt initiale principium: ſeu prologum à quo incipit ſuum euangelium.* Diuiſ.

h In uoce propheticæ exclamationis inſtituens. *quia prologum ſuum inchoat à prophetijs, ut dictum eſt:*

i Ordinem Leuiticæ electionis oſtendit. *ideſt ſuæ electionis ad ſcribendum euangelium oſtendit ordinem per hoc quòd a principio ſui operis allegat prophetias, quarum intellectum ſacerdotes Leuitici generis, de quibus fuerat, debebant habere.*

k Vt prædicans Iohannem prædeſtinatum. *ideſt à Deo præordinatum.*

l Emiſſum in uoce angeli. *id eſt ſignificatum nomine angeli, ut dictum eſt.*

m Annunciantis. *ſ. Iohannis.*

n Non ſo. uerbum car. factum. *ideſt aduentum Chriſti in carnem, per quam in mundo uiſibilis apparuit.*

NICOLAVS DE LYRA.

¶ *ſcribit reſurrectionem Chriſti, per quam introducimur ad cæleſtia, quia tunc Saluator noſter deuicta morte æternitatis nobis aditum reſerauit, ſicut dicitur in collecta Paſchæ, & in ſignum huius angelus reſurrectionis Chriſti nuncius, qui perennem uitam eius nunciare uenerat, recte in dextera ſedebat ſecundum quod dicit B. Gregorius Homel. xij. Et ſic patet tertium. Quarto in uerbo præaſſumpto deſcribitur numerus determinatus euangeliorum, cum dicitur: Ipſorum quatuor. Circa quod cõſiderandum, quòd licet plura euangelia & à pluribus fuerint ſcripta, quatuor tamen tantum ſunt approbata, ſecundum quod dicitur in prologo ſuper Matthæum: & hoc propter figuram ſacramenti: quia iſte quaternarius numerus multipliciter fuit in lege figuratus. Primò in quatuor fluminibus de paradiſo exeuntibus. Item in quatuor patriarchis principalibus à quibus denominata eſt Cariatharbe ideſt ciuitas quatuor, quia quatuor principales patriarchæ ſunt ibi ſepulti cum ſuis uxoribus. Tertio in quatuor circulis arcæ Teſtamenti. Quarto in quatuor pedibus menſæ propoſitionis. Quinto in quatuor cornibus altaris holocauſtorum. Sexto in quatuor ordinibus lapidum rationalis. Septimo in quatuor deambulatorijs domus Salomonis. Octauo in quatuor uentis mortuos uiuificantibus. Nonò in quatuor minimis terræ, præ cæteris tamen ſapientibus. Decimò in quatuor uiris in fornace Deum laudantibus. Vndecimo in quatuor fabris cornua hæreſum deijcientibus. Duodecimo in quatuor quadrigis per orbem diſcurrentibus. Tertiodecimò in quatuor animalibus oculatis ante & retro, Apoc. iiij. de quibus ibidem ſubditur, quòd requiem non habent die ac nocte dicentia. Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus omnipotens: Cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.* G

¶ Sed & cor.



C

A Hiero. Marcum pene intactum, maiores noſtri prætereunt, quia pene eadem quæ Matthæus narrat, licet quibuſdam diſtinctis teſtimonijs, vt alterius ala alam alterius tangat animalis, & rota rotam eadem via ſequatur, & verſis adinuicem vultibus ſeſe animalia contueantur. In primo canone Marcus cum Matthæo Lucaque comitatur & Iohãne. In ſecundo cum Matthæo & Luca. In quarto cum Matthæo & Ioãne. In ſexto canone comitat̃ ſemꝑ cũ Matthæo, vt duo annuli in vno vecte. Id eſt in quadraginta nouẽ capitulis.

In octauo

¶Eccleſiam.

[a] [b] ſed & corpus Domini in omnia

a ¶Id eſt prædicationem filij Dei. ¶Quod oſtendit ibi ante faciem tuam & ante te. ſcilicet hominem: & hoc eſt quod Chriſto debet. b ¶Iohannis.

per verbum diuinæ vocis anima-

a ¶.i. chariſmatum impletum donis. b ¶Hoc ibi: Qui præparabit viam tuam. Et ibi, Parate viam Domini, rectas facite ſemitas. Et hoc item debet Chriſto.

tũm in initio euangelicæ prædi- [c] cationis oſtenderet: ut qui hæc † le-

a ¶Iohanni. b ¶Principium carnis. c ¶In virtute Domini & operatione.

[d] gens ſciret cui initium carnis in Do-

a ¶Se eſſe habi.

[e] mino, & Ieſu aduenientis habitacu-

a ¶Vt in ſe inueniret illa caro.

[f] [g] lum caro deberet agnoſcere: atque

a ¶Filium Dei. ¶Iohannis. ¶.i. Adam & Eua & diabolo.

[h] in ſe verbum uocis, quod in conſo-

a ¶Illa caro. b ¶.i. recuperet in Chriſto.

[i] [k] nantibus perdiderat, inueniret. Deniq; cum perfecti euãgelij opus in-

[l] traſſent, a baptiſmo Domini prædicare Deum inchoans, nõ laborauit [m] natiuitatem carnis, quam in prio- [n]

a ¶.i. Matthæo, pluralis pro ſingulari: vel quia plures ante eum ſcripſerunt.

ribus viderat dicere, ſed totius expri- [o]

a ¶Non numerum ieiunij, ſed ieiunij numerum, quod quaſi ſubeſt numero pro myſterio numeri.

mẽs expoſitionem deſerti, ieiuniũ [p] numeri, tentationem diaboli, [q] congregationem beſtiarum, & mi- [r] niſterium protulit angelorum: vt [ſ] inſtituens nos ad intelligendum ſin- [t] gula in breui compingens, ne au- [u]

a ¶.i. Matthæi dicta deſtrueret.

toritatem factæ rei demeret, & per- [x] [y]

a ¶.i. prætermiſſum ab eo ſuppleret.

ficiendi operis plenitudinem nõn negaret. Denique amputaſſe ſibi [z] poſt fidẽ pollicẽ dicitur, vt ſacerdotio reprobus haberetur: ſed tantum [a]

¶Fidelibus volentibus ipſum paſtorem.

cõſentiẽs fidei ꝑdeſtinata potuit e- [b] lectio, ut nec ſic in opere verbi ꝑderet, quod prius meruerat in genere. [d] Nam Alexãdriç epiſcopus fuit. Cu- [e] [f] ius per ſingula opus fuit ſcire euan [g]

† legere.

NIC. DE LYRA.

¶ a Sed & corpus Domini. *i. eccleſiam ſeu congregationem fidelium, quæ eſt corpus Chriſti myſticum.*

b In omnia per uer. di. an. *i. viuificatum: quia ſicut anima viuificat corpus vita naturæ, ita verbum diuinum, quod eſt Dei filius veniens in mentibus hominum viuificat eos vita gratiæ. & vtrumque aduentum Chriſti. ſ. in carnem & in mentem denunciauit Iohãnes baptiſta per ſuam prædicationem. Et quia iſta prædicatio Iohannis fuit ordinata ad eruditionem fidelium, ideo ſubditur.*

c Vt qui hæc legens ſci. *i. animaduerteret.*

d Cui initium carnis. in Deo. *i. in Chriſtum, cuius caro non habuit principium ex viro: quia non de ſemine virili natus eſt, ſed virtute ſpirituſſancti illa caro ſanctiſſima fuit formata.*

e Et Ieſu aduenien. ha. *ideſt mẽtem humanam, quæ eſt habitaculum ipſius Ieſu venientis in mentem, vt dictum eſt.*

Iſa. 40. b f Caro debe. agno. *ideſt homo, qui in ſacra ſcriptura vocatur caro. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri: quia per prologum Marci euangliſtæ homo legens debet cognoſcere vtrunque aduentum Chriſti. ſcilicet in carnem & in mentem.* B

g Atque in ſe verbum uo. *ideſt Dei filium quod Iohannem, qui vocatur vox verbi, ſecundum quod habetur Ioan. 1. cap. Ego vox clamantis in deſerto annunciatum.*

h Quod in conſonantibus perdiderat. *ideſt in primis parentibus ſuaſioni ſerpentis conſentientibus in quibus genus humanum perdidit verbum Dei mentes viuificans vita gratiæ.*

i Inueni. *per fidem verbi incarnati, quam prædicauit Iohannes prout traditur in euangelio Marci. Aliter exponitur ab aliquibus ab illo loco.* Caro deberet agnoſcere. *ideſt pater carnalis Iohannis baptiſtæ. ſcilicet Zacharias deberet agnoſcere quòd angelus ei apparens verum ſibi annunciauerat: quia propter dubium verbi eius factus eſt mutus.* Atque in ſe verbum uocis. *id eſt loquelam articulatã.* Quod in conſonantibus perdiderat. *quia licet muti poſſint ſonare vocales ſaltem aliquas, non tamen cum eis poſſunt ſonare conſonantes.* Inueniret: *quia Zacharias in natiuitate filij firmiter credendo recuperauit loquelam, quam perdiderat verbis angeli diſcredendo.*

k Denique cum perfecti euangelij &c. *Hic conſequenter oſtenditur ordinem ſcripturæ Marci quantum ad narrationem ſeu tractatum ſui euangelij, oſtendens eum ordinate ſcripſiſſe per hoc quod aliqua omiſit, eo quòd ſufficienter erant a Matthæo expreſſa, aliqua etiam ab eodem Matthæo dicta breuiter tetigit, vt vitaret prolixitatem & verborum Matthæi oſtenderet firmitatem: quia In ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum. Et in hoc etiam quòd aliqua addidit Matthæi dicta ad perfectam euangelij deſcriptionem. & hoc eſt quod dicitur:* Denique cum perfecti &c. *ideſt narrationem euangelij incipiens & dicit perfecti euangelij: quia lex Moſaica licet eſſet bona, tamen fuit imperfecta: quia populo rudi & imperfecto fuit data: ideo dicitur. Nihil ad perfectum adduxit lex, ſed euangelium imperfectionem legis ſupplevit. vel aliter dicitur.* Perfe. euã. *vt continuetur litera cum hoc quod ſequitur:*

l A baptiſmo inchoans. *quia Chriſtus tempore prædicationis ſuę inceperat. xxx. ſuæ ætatis annum, vt habetur Luc. ij. quod eſt temporis ætatis perfectæ: & ſecundum hoc poteſt dici:* Per. euangelij opus in &c. *eo quòd incipit narrationem euangelij ſui a baptiſmo Chriſti, quo tempore in ætate fuit perfecta.*

m Non laborauit natiuitatem carnis. *ſcilicet Chriſti.*

n Quam in prioribus viderat. *ſcilicet dictis Matthæi ad vitandum ſuperfluitatem.*

o Sed totius exprimens. *ideſt quomodo poſt baptiſmum immediate intrauit deſertum ibi habitando.*

p Ieiunium numeri. *ſcilicet. xl. dierum qui numerus eſt myſticus, eo quòd conſurgit ex denario, per quaternarium ducto: in quo ſignificatur, quòd impletio decalogi in fide verbi incarnati in quaterdenario euangeliorum deſcripti ducit ad vitam beatam, ſecundum quòd dicit Saluator. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Matt. 19. c

q Tentationem diaboli: *quæ plenius deſcribitur Mat. iiij.*

r Congregationem beſtiarum & miſterium protulit angelorum. *vt oſtenderet, quòd animalia rationabilia & creaturæ intellectuales celeſtes obediant ei.*

ſ Vt inſtituens nos &c. *Ad hoc prædicta breuiter tetigit vt inſtrueret nos.*

t Ad intelligendum. *quòd eadem latius dicta a Matthæo vera eſſent. ideo ſubdit:*

u Nec autoritatem factæ rei. *ideſt euangelij deſcripti a Matthæo.*

x Demeret: *ſed magis adderet & confirmaret.*

y Et perficiendi operis. *addendo aliqua his quæ à Matthæo fuerant prædicta.*

z Denique amputaſſe. *Hic conſequenter oſtendit prædicti ordinis rationem. licet enim ſpirituſſanctus principaliter cauſa fuerit huius ordinatæ deſcriptionis, Marcus tamen fuit cauſa inſtrumentalis: & ex parte eius hic aſſignatur dicti ordinis cauſa: Et primo ex eius humilitate. ſecundo ex ſtudioſitate, ibi: Cuius per ſingula. Circa primum ſciendum, quòd ſapientis eſt ordinare ſe & ordinate ſcribere. Humilitas autem maxime diſponit ad ſapientiam diuinam, ſecundum quod dicitur. Vbi humilitas, ibi & ſapientia: & ideo oſtenditur Marci humilitas, cum dicitur:* Denique amputaſſe ſibi poſt fidem pollicem dicitur, ut ſacerdotio reprobus haberetur. *Ex humilitate enim reputabat ſeſe indignum: & ideo reformidabat aſcendere tantum gradum.* Diuiſio. D Prou. 11. a

a Sed tantum conſentiens fidei prædeſtinata potuit. *id eſt diuina ordinatio, quæ ita potens eſt, quòd eis nullus poteſt reſiſtere.*

b Conſentiens fidei. *ideſt condeſcendens deuotioni fidelium, deſiderabant eum habere epiſcopum, fecit aliter ipſum promouendo, licet ex humilitate refugeret, ideo ſubditur:*

a Vt nec ſic in opere uerbi perderet. *ideſt in prædicatione, quod eſt opus epiſcopi. vnde Act. vi. Apoſtoli, quorum ſucceſſores ſunt epiſcopi, vt habetur in decretis, adminiſtrationem temporalium ſeptem diaconibus commiſerunt, vt operi prædicationis liberius vacarent.* Diſt. 21. c. in nouo.

d Quod prius meruerat in genere. *fuit enim de tribu Leui, ad quam ſpectabat ſacerdotium.*

e Nam Alexandriæ epiſcopus fuit: *non obſtante, quòd amputaſſet ſibi pollicem. Non enim dicitur, quòd amputauerit ſibi totum pollicem: ſed forte aliquam partem, per quam non impediebatur a congregando. Et ſimile legitur factum in libro, qui dicitur Paradiſus de Antonio Anachorita, quem cum quidam ciues vellent rapere & conſtituere ſibi epiſcopum, ferro ſecuit ſibi aurem ſiniſtram, dicens. Lex diuina iubet nullum aure præciſa optari in epiſcopum. quod cum Theophilo epiſcopo hoc dictum fuiſſet, reſpondit a Iudæis lex iſta ſeruatur: Ego autem ſi dederitis mihi aliquem auribus truncatum, ſed moribus probum, non dubito eum epiſcopum facere: hoc tamen modo non obſeruatur.* Mutilati & quando ad ordines promouendi ſunt.

f Cuius per ſingula opus. *Hic conſequenter redditur ratio ex ſtudioſitate. Homines enim ſtudioſi magis poſſunt cogitata ordinare & ordinatius ſcribere. Marcus autem fuit valde ſtudioſus, ſecundum quod dicitur hic:* Cuius per ſingula opus ſcire. *ſcilicet prophetias de Chriſto prænunciatas.*

g Euangelii in ſe dicta diſponere. *non ſolum intelligendo, ſed etiam operando.*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

F In octauo canone cum Luca comitatur in xiij. capitulis. In propriis vero quæ maxime vtrunq; explanare diſpono, decẽ octo incedit ſpaciatim capitulis, quæ ſimul omnia ducentatri gintatria ſunt capitula Marcus, excelſus mandato, Lucas, iſte conſurgens uel ipſe eleuans. *Beda.* Marcus Petri diſcipulus rogatu Romanorum euangeliũ ſcripſit, ut quod Petrus uerbo prędicauerat, conſeruaretur in perpetuum literarum memoria. Primo, expulſio dęmonis in ſynagoga ab homine. Secundo, liberatio ſocrus Simonis a febre. Tertio, leproſum mundauit. Quarto, paralyticum curauit. Quinto, in ſynagoga manum aridã curauit. Sexto, dęmoniacum a legione poſſeſſum liberauit. Septimo, fluxum ſanguinis tactus a muliere reſtrinxit. Octauo, filiam Iairi in domo ſuſcitauit. Nono, quinque panibus quinque millia hominum ſatiauit. Decimo, a filia Syrophenisſe dęmonium expulit. Vndecimò, ſurdi & muti hominis aures & linguam aperuit. Duodecimo, cęcum extra vicum Bethſaidę illuminauit. Tredecimò, quatuor millia ſeptem panibus ſaturauit. Quartodecimo hominem a ſurdo & muto ſpiritu (quod diſcipuli nequibant) liberauit.

*Marc⁹ quare euangelium ſcripſerit. In euange. Mar. 10.5.*

gelij ĩ ſe dicta diſponere, & diſci^a plinã in ſe legis agnoſcere, & di^b uinam in carne Dñi intelligere

a Vt prius faciamus opera bona, poſt doceamus.

naturam. Quæ in nos primũ o^c portet requiri, dehinc inqſita uo^d lumus agnoſci, habẽtes merce^e

a Bonæ exhortationis.

dem exhortationis, † quoniã q^f

Tantum.

plantat, & qui rigat vnũ ſunt: q^g aũt incremẽtũ pręſtat, deus eſt.

## NICOLAVS DE LYRA.

a Et diſciplinam in ſe legis agnoſcere: *non ſolum literaliter intelligendo ſed etiam ſpiritualiter.*

b Et diuinam in car. domini intelligere naturam: *quantum ad diſtinctionem naturarum, ut ſuppoſiti vnitatem: & quoniam vitam & doctrinam beati Marci debemus imitari, ideo concludit Hiero.*

c Quæ in nos primum oportet requiri. *doctrinam beati Marci imitando.*

d Dehinc inquiſita uolumus agnoſci. *ſupple ab alijs: quia perfectionem quam aliquis habet, debet alijs tradere ſecundum illud. Vnuſquiſque prout accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei, quia hoc cedit ad magnum meritum: vnde ſubditur.* *1. Pet. 4.b*

F e Habentes mercedem &c. *Sed quia iſte labor ſine Dei adiutorio non proficit, ideo ſubditur:*

f Qui plantauit. *primo erudiendo.*

g Et qui rigat &c. *illam eruditonem fouendo & nutriendo. vnde dicit Apoſtolus. Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit, qui eſt benedictus in ſęcula ſeculorum: Amen. Occaſione cuiuſdam dicti in hoc prologo poteſt quæri, vtrum licitum ſit alicui ſeipſum mutilare: Et arguitur quòd ſic, quia beatus Marcus amputauit ſibi pollicem (vt dictum eſt) nec tamen ex hoc reprobatur. Item occidere ſeipſum peius eſt quàm mutilare. Samſon autem ſeipſum interfecit, vt habetur Iudi. xi.g. Et tamen numeratur inter ſanctos, vt habetur Hebr. xi.f. Item Razias ſeipſum interfecit, vt habetur. ij. Machab. xiiij.g. Et tamen ſcriptura videtur ex hoc ipſum commendare: quia ibidem dicitur, eligens nobiliter potius mori, quàm ſubditus fieri peccatoribus. Item minus bonum eſt contemnendum propter conſeruationem maioris boni, ſicut ad conſeruationem vitæ aliquis proijcit merces in mari: ſed virtus caſtitatis eſt maius bonum quàm membrum corporale: ergo licite poteſt ſibi quis abſcindere virilia propter conſeruationem caſtitatis. Contrarium arguitur per illud, quod habetur in Decretis diſt. lv. cap. Siquis amputauit ſibi virilia, clericus non fiat, quia homicida ſui eſt. Reſponſio. quælibet pars corporis ordinatur ad totum. & ideo de ipſo ordinandum eſt, prout reſpicit bonum totius corporis, & vlterius prout reſpicit bonum hominis & communitatis: quia ſicut pars corporis ordinatur ad totum corpus, ſic corpus ad hominem, cuius eſt pars & vnus homo ad totam communitatem. Ergo ſi membrum aliquod ſit noxium corpori, vt pote, quia propter aliquam egritudinem eſt aliorum membrorum corruptiuum, licite poteſt abſcindi, ne inficiat alia membra: & hoc ab eo cuius eſt ſi habeat artem medicandi, vel ab alio de voluntate eius: quia cuilibet eſt commiſſa cura ſalutis ſui corporis: ſicut etiam homicida vel raptor per iudicem licite occiditur, & a communitate hominum abſcinditur, inquantum eius vita eſſet in nocumentum communitatis: quia iudicibus committitur cura ſalutis communitatis. Si autem membrum ſit ſanum, tunc regulariter non eſt licitũ alicui ſeipſum mutilare. Primo quia homo naturaliter amat ſeipſum, & per conſequens omnia quæ ſunt de integritate ipſius. Et ideo mutilare ſeipſum eſt agere contra charitatem, quam quilibet tenetur habere ad ſeipſum. Item homo ſingularis eſt pars communitatis, & ideo inferre ſibi nocumentum per mutilationem, eſt agere contra commune bonum. Item Deus eſt inſtitutor naturæ, inſtituendo membra in corpore: & ideo mutilans ſeipſum agit contra Deum: in caſu tamen licitum eſt, videlicet ex præcepto Dei occulto, quod alio modo vocatur inſtinctus ſpirituſſancti: quia Deus eſt autor naturæ & Dominus vitæ & mortis* *1. Cor. 3.b* *Pulchra Quæſtio: An liceat mutilare ſe ipſum.* *Reſponſio*

G *& mortis humanæ, & per conſequens omnium membrorum: & ideo ſi præcipiat homini auferri ſibi vitam vel membrorum aliquod, non ſolum licitum ſed etiam debitum eſt hoc fieri: & hoc modo dicit Aug. 1. de ciui. Dei quod Samſon interfecit ſeipſum cũ Philiſthæis: Quod probat ex hoc quod Dominus ad hoc agendum reſtituit ſibi miraculoſe priſtinam fortitudinem. vnde dicit Aug. quod ille hoc latenter inſſerat fieri, qui per ipſum miracula faciebat: Et hoc etiam modo dicit Aug. de quibuſdam ſanctis mulieribus, quæ tempore perſecutionis ſeipſas occiderunt, de quibus eccleſia memoriam facit. Iudæi vero & aliqui Chriſtiani in hoc ipſos ſequentes dicunt, quòd etiam ſine tali præcepto diuino vel inſtinctu licitum eſt alicui ſe occidere vel mutilare in caſu. ſcilicet quando videt ratione ſuæ vitæ vel alicuius membri imminere ſibi ludibrium in contemptum Dei. quia debet negligere vitam propriam: multo fortius aliquam partem ſui corporis. ſed ad præcauendum contemptum honoris diuini: & hoc modo dicunt quod Samſon interfecit ſeipſum, conſiderans quòd Philiſtæi exercebant in eo ludibrium ad laudem idolorum ſuorum, & in diuinum contemptum, & Razias vt habetur. ij. Machab. xiiij. Et eodem modo quædam mulieres ſanctæ leguntur ſibi nares amputaſſe, ne ab infidelibus exerceretur luxuria in corporibus earum in contemptum diuinum. Sed iſtud dictum videtur eſſe expreſſe contra dictum Saluatoris. dicentis Petro: Cum eſſes iunior cingebas te & ambulabas vbi volebas: cum autem ſenueris extendes manus tuas, & alius te cinget & ducet quo tu non vis. Et ſubditur: Hoc autem dixit ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deum: Super quem locum dicit Auguſtinus, quod hic ſatis expreſſit non a ſeipſo ſed ab alio debere occidi qui veſtigia ſequitur Chriſti. Et eodem modo dicendum de mutilatione. Ratio etiam quæ inducitur pro oppoſito non valet: quia licet intentio infidelium ſit exercere ludibrium in ſanctis ad Dei contemptum: tamen ex diuina ordinatione quæ ex malis elicit bona, ordinatur ad Dei gloriam, & meritum electorum: Quod patet in martyribus: qui quanto maiora ludibria & magis exquiſita tormenta ſuſtinuerunt, tanto glorioſius de tyrannis triumphauerunt ad tyrannorum confuſionem & proprium meritum & Dei gloriam qui in martyribus triumphabat. Ex dictis patet ad primum argumentum, quòd Marcus creditur ſibi amputaſſe pollicem inſtinctu ſpirituſſancti. Et eodem modo dicendum ad ſecundum & tertium. Ad quartum dicendum, quòd non eſt licitum ſibi amputare virilia propter obſeruantiam caſtitatis: Tum quia hoc non eſt efficax remedium: Tum quia per hoc non abſcinduntur concupiſcentiæ interiores: Tum quia per aliam viam habetur melius remediũ, videlicet per conatum liberi arbitrij reſiſtendo tentationibus cum adiutorio Dei, ſecundum illud. Fidelis Deus eſt qui non patietur vos tentari ſuper illud quod poteſtis: ſed faciet cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere.* H

*Cap. 26.1.* *Ibidem.* *1. Cor. 3.b* *Seipſos occidentes nulli quãdo excuſantur. Ioan. ult. f* *Expo. in euang. Ioan. tract. 123. in fi. to. 9.* *1. Cor. 10.c*

Marci in prologo ſecundo, vbi dicitur in poſtilla: Ratio etiam quæ inducitur pro oppoſito.

### ADDITIO.

*Hæc ratio eſt ualida & conſona autoritatibus ſanctorum in poſtilla allegatis: licet poſtillator eam reijcere videtur. 1. Reg. xxxi. vbi videtur tenere cum Hebręis & aliis minus bene ſentientibus, qui aſſerunt quòd Saul poſſet excuſari ab occiſione ſui, eo quòd timebat ne in ipſum, qui erat principalis in populo, fierent ludibria in contemptum Dei: quam aſſertionem ſeu opinionem ibidem recitat tãquam veram vel ſaltem tolerabilem: quæ manifeſte contrariatur his quæ in hoc loco tenet, quæ manifeſte ſunt vera: prout patet legenti ea quæ hic & alibi a poſtillatore ponuntur &c.*

### REPLICA.

In prologo circa euangelium ſancti Marci poſtillator mouet quæſtionem. An ſit licitum quemquam ſeipſum mutilare. Et reſpondet quòd non, niſi interueniat inſtinctus diuinus: Et addit quòd Iudęi & quidam Chriſtiani in hoc eos ſequentes dicũt quòd licitum ſit nõ ſolum ſe mutilare, verum etiam occidere ſine tali inſtinctu, ad præcauendum ludibrium & contemptum honoris diuini: ſed illum modum dicendi reprobat poſtillator: & excludit rationẽ eius quia ludibria & tales contemptus Deus ſcit cõuertere in bonum patientis, &c. Hic putat Bur. poſtil. velle inuoluere in cotradictorijs commendãs illum modum dicendi hic. Sed dicit eum ſentire oppoſitum illius. 1. Re. vlti. Sed diligenter perlegenti quod poſtil. ſentit de Saul & alijs ſe interficientibus, patet quòd Bur. ei falſum imponit. Poſtil. enim opinionem Hebræorum & aliquorum Latinorum ibi recitat: ſed finaliter in hoc reſidet, quòd beatus Auguſt. 1. de ciuita. nullam perſonam excuſat ſeſe occidentem, niſi interuenerit diuinus inſtinctus. Ita de Saul dici poteſt, ſi viæ aliæ non ſufficiunt. vnde patet Burgen. fruſtra Poſtillatorem notaſſe.



## GLOS. ORD. CAP. I.

A Nitium euan. Iſid. Euangelium bona annunciatio, qđ ꝓprie ad regnũ Dei & remiſſionem peccatorum pertinet. vñ: Pœnitemini & credite euangelio: & appropinquabit regnũ cęlorũ. Hiero. Quatuor euãgelia vnũ ſunt, & vnũ quatuor. Itaq; & Marci liber dr̃ euangelium, & ſimiliter aliorum: quia vnum omnia, & omnia vnum.

*Ab in Mar. 1.10. 9.*

b Ie. C. *Hier.* Ieſus Hebraice. Sother Grece, Saluator latine. Xp̃s Græce, Meſſias Hebraice vnctus Latine. i. rex ſacerdos: dicitur de generatione Dauid regis, & Leuitico. *Ibidem.*

c *Fi. d. Bed.* Matth. dicit, filij Dauid filij Abrahã. Marcus dicit: filij Dei vt paulatim à minorib. ad maiora ſurgamus. Et Matthæus q humanam generationem ſcribit, conuenienter eũ filiũ hoĩs dixit. Marcus ãt, q ſuũ librũ ab initio euangelicę ꝑdicationis inchoat, conuenienter eũ filiũ Dei appellat. Euãgeliũ em̃ ſolius Dei eſt. Vbi notãdũ, ꝙ euangeliſtę vno ſpũ ſcripſerũt ſed diuerſũ ſibi ſcribẽdi & initiũ & finẽ ſtatuerũt. Matthæus, a natiuitate incipit, in reſurrectiõe finit. Marcus, ab initio ꝑdicationis Chriſti vſq; ad aſcẽſionẽ & diſcipulorũ ꝑdicationẽ ꝑuenit. Lucas, a natiuitate Iohãnis vſq; ad aſcẽſionẽ dñi, cũ diſcipuli in Ierl'm expectãt aduẽtum ſpũſſãcti. Ioãnes ab ęternitate verbi Dei inchoat, in reſurrectione Domini conſummat. *In euange. Mar. li. 1 c. 1. tom. 5.* *Matt. 1.a*

d *Si ſc.* Marcus ꝓphetarũ teſtimonia ꝑmittit qbus hæc vetera & nõ noua, ſed a ꝓphetis ꝑſcita & prædicta aſſerit. in quo & Iudęos q legẽ & ꝓphetas ſuſceperãt ad euãgeliũ inuitat: & Gẽtiles q euãgeliũ tenebãt ad venerationem legis & prophetarũ prouocat, ne qs iuxta hęreticos alterũ ſine altero ſuſcipiat. *In prophetis.*

B

